


14
7 P
36



COMMENTARIA
FEVDALIA

AD CELEBERRIMVM TITVLVM
Si De Fevdo Defvncti, contentio sit inter Dominum, & Agnatos Vassalli.

IN QVIBVS DIFFICILIORES, AC IN PALATIIS FREQVENTIORES (omnes ferè) Feudales Quæstiones, & auctoritatibus, & argumentis ad partes, additis quoque Tribunalium quam plurimis Decisionibus, vera methodo illustrantur.

AVTHORE
OCTAVIO BAMMACARIO
Iure consulto, & Philosophiæ Doctore, Aduocato Feudista in supremis Regni Neapolis Tribunalibus.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.


Cum Summarijs, & duplici Indice; Vno Capitum, & quæstionum præcipuarum. Altero vero rerum omnium locupletissimo.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.









VENETIIS, M D CIII.

Apud Ioannem Guerilium.



ILL^mo ET EXCELLENT^mo D.

DON IO. ALONSO PIMENTEL

BENEVENTANORVM COMITI,

PROREGI, LOCVMTENENTI, ET CAPITANEO GENERALI

IN REGNO NEAPOLIS,

Domino suo Colendissimo,

OCTAVIVS BAMMACARIVS FOELICITATEM.



VERA quidem (Illustrissime & excellentissime Princeps) fuit illa philosophorum sententia, quæ summum bonum in rerum cognitione, & scientia collocarunt; quid enim ad diuinitatem qua nil beatius, hac ipsa propius accedit?hoc medio diuina cõtemplamur,humana cognoscimus, atque tractamus: hanc admirati semper sunt potentissimi Reges, hanc cõsequi exoptarunt gloriosissimi Imperatores,hac demum frui omni studio Maximi Pontifices contenderunt. Legimus enim priscos illos heroas in disciplinam peritorum hominum,nedum filios suos, sed & seipsos tradidisse; Pericles qui multos annos Athenis præfuit priusquam ad rempublicam regendam accederet, ab Anaxagora institutus fuit; Alexander Magnus à magno Aristotele. Sapientum autem consuetudinem & amicitiam à Regibus esse expetitam testimonio sunt Plato & Aristippus qui cum Dionysio coniunctissime vixerunt; Scipionemq; Africanum Athenas profectum hi

ſtoriç prodiderunt,vt Panetium Rhodium Stoicç diſciplinç celebrem ea çtate philoſophum inuiſeret,eiuſque familiaritate atque eruditione frueretur: Sic Iulium cęſarem in Gnido inſula Theopompum familiarem habuiſſe.Sed quos ego Grçcos Romanoſq; commemoro?non ne traditũ eſt Hiſpaniarum huiuſque noſtri Regni Reges idem factitaſſe? inter quos celeberrimus fuit Alfonſus ille,in Aſtronomicis obſeruationibus,& planetarum motibus adeo peritus,vt eius ſolerti perueſtigatione trepidationis motus,& Nonum cçlum,antiquis temporibus incognitum, inuentum ſit: Carolus tandem inuictiſſimi nominis Imperator quintus tanto ſcientiarum rerumque omnium ſtudio flagrauit vt non ſolum in Mathematicis,ac Geometricis Diſciplinis, quibus abunde inſtructus erat,ſed in cçteris etiam humaniorib. (Hiſtoria prçſertim)omnis eſſet,atque aſſidue verſaretur: eiuſque munificentia præceptores ſuos maximis dignitatibus cohoneſtatos,atque illuſtratos,Adrianus Sextus Pontifex Maximus teſtis eſt. hæc quidem aliaque præclara exempla,mortalium compellunt animos,vt die noctuque ſtudijs inſudent;his præcipue temporibus, quibus te Principe doctrinis prædito ac munificentia,maxima æquitate & ſapiẽtia reguntur. Id enim profectò geſtarum Rerum tuarum celebris fama, optimeq; ac ſapientiſſime Valentiæ Regnum adminiſtratum abunde eſt teſtimonio:vt interim cæteras tuas,tuorumque maiorum Hiſpaniæ magnatum prçclaras actiones prætermittam: quarum fama noſtras Italas,Orientales item,ac Septentrionales peruaſit nationes;vt iam firma penes nos, atque indubitata ſit ſpes,Excellentiæ tuç adminiſtrationem omnium veterum optimorum Principum facta,non modo æquaturam, verum etiam lõgo poſt ſe interuallo relictura͂ eſſe.Eſt enim ita comparatum vt qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talis quoque ſit reliqua ciuitas; & quæcunque morum immutatio in Principibus fuerit, eadem ſemper in cæteris magiſtratibus,& populo ſequatur.At quoniam grauiora & magis ardua negotia quæ in tuo Collaterali,cui tu ipſe præes,Conſi-

lio,

lio, ſingulis fere diebus in hac, felici futura Regni Guberna-
tione, cæteriſq; magiſtratibus pertractanda erunt, in profun
diſſima feudorum verſantur tractatione; in ea nouum opus
maximis laborib. & diuturnis Vigilijs, vt vaſta requirit mate
ria, comparatum, merito ſub tuo præſidio in lucem edere
conſtitui. Illud itaque hilari animo ſuſcipere digneris, me-
que ipſum inter tuos connumerare; ac ſi quando te à Guber
naculo huius regni, ad otium tranſtuleris, harum feudalium
quæſtionum lectione animum oblectabis. Vale heros, ac
diu viue, qui ad publicam exortus es vtilitatem.



AD OCTAVII

BAMMACHARII IVR.V.D.

præstantissimi opus.





ARTHENOPE lapsis qui, Bammacharius, annis,
Adiutus sacra Pallade, Charus erat:
Claruit vt sophiæ cultor, legumq; peritus,
Inter quas vrbes Itala terra nitet:
Primitiæ sed cum facundo ex vbere mentis
Protinus, Octauij, prominuere tuæ,
Charior es Latio, Gallis, & gratus Iberis,
Ipsaque res celebrat nomen vbique tuum:
Visere des Paduam suscepto è semine fructus,
Cæsareum quod ius, Cæsaris arua, sapit.
Pagina feudales multum hæc præstabit in vsus:
Artificis quæsit dextera, monstrat opus:
Nauita non omnis Zanchæas persecat vndas,
Australesve sinus, occiduumque fretum.
Chara dedit primum, charissima plura supersunt,
Tempore, si iubeant fata, legenda suo.

Fabritius de Sanctis V. I. D.

ELEN-

ELENCHVS

OMNIVM CAPITVM

SVB TIT. SI DE FEVDO DEFVN. &c.

CONTENTORVM.



IN-

INDEX
PARTICVLARIVM OMNIVM QVAESTIONVM, QVAE SVB QVOLIBET CAPITE DISPVTANTVR.

Quæstiones sub Cap. Si de Feudo, &c.

Quæstiones sub Cap. Moribus.

Quæstiones sub Cap. vassallus, &c.

Quæst. sub Cap. Si quis, &c.

Quæst.

Quæst. sub Cap. Qui clericus.

Quæst. sub Cap. Omnes filij.

Quæst. sub Allegationibus pro Illustrissimo Principe Asculi.

Quæst. sub Cap. Naturales. &c.

Quæst. sub Cap. Si vasallus.

Quæst. sub Cap. in Generali.

Quæst. sub Cap. Beneficium, &c.

Quæst. sub Cap. Si vasallus, &c.

Quæst. sub Cap. Domino committente.

Quæst. sub Cap. Feudum ea lege.

FINIS.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Consiglio di X. infrascritti hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, del Circ. Secretario del Senato Lorenzo Massa, & del Reuerendo Pre Ruberto Cusano Lettor publico, che nel libro intitolato Commentarius Analiticus ad celeberrimum titulum, si de feudo defuncti &c. Auctore Octauio Bammacario Iureconsulto, & Philosophiæ Doctore, non si troua cosa alcuna contra le leggi, & è degno di stampa, concedono licentia, che possi esser stampato in questa Città.

Dat. die 18. Decembris 1602.

D. Z. Paolo Gradinigo.
D. Andrea Minoto.
D. Lunardo Mocenigo.

Capi dell'Illustrissimo Consiglio di X.

Illustrissimi Cons. X. Secretarius.
Leonardus Ottobonus.



COMMENTARIVS ANALYTICVS

AD CELEBERRIMVM TITVLVM, Si De Fevdo Defvncti, contentio sit inter Dominum, & Agnatos vassalli.

IN QVO DIFFICILIORES, AC IN PALATIIS FREQVENTiores (omnes ferè) Feudales Quæstiones, auctoritatibus, & argumentis ad partes, additis quoque Tribunalium quàm plurimis decisionibus, vera methodo illustrantur.

PROOEMIVM.



CONSVEVERE Sapientes, qui de scientijs cuiuscũque generis eorum doctrinas vera methodo, cæteris omnibus detegere opinabãtur, antequam ad Theoricæ explicationem deuenirent, principia, causasque veras præmittere, atque docere; Aristotele teste in 1. libro Physicorum in principio. Tunc enim scire putamus vnumquodque cum principia prima & causas primas cognouerimus: Nec contingit aliter se habere: primo resolutionum posteriorum text. 7. Idemq; Generalis Auriga priusquam de natu rali cunctarum rerum ageret Philosophia libros duos primeuos Physicos nobis reliquit, in quibus de principijs, & causis naturalium rerum, ac de ipsa agitur natura. Mathematici quoq; libros integros de eorum principijs Euclide comite edidere. Astronomi antequam ad planetarum theoremata per Georgium Purbachium, cęterosque illius scientiæ peritos composita explicãnda deueniant, libros à Ioanne Sacrobusto editos, in quibus de principijs Astronomicis agitur, exponere solent. Theologi quoque, & ipsi Legũ Conditores (vt cæteros sub silentio relinquamus) pro terminorũ cognitione quatuor Institutionũ libros edidere.

Similiter & nos antequam de Feudis agamus, eorum principia, ortum, diuersasq; genera, atque vitam, & interitum præmittere necessarium fore putamus. Verum enimuerò, quia materia hęc latas habet fimbrias, ac integro de per se eget volumine, & Feudistę varijs in locis de prædictis cõmẽtarios edidere: integrosque Tractatus de generibus, & qualitate feudorum, Item de eorum origine Marin. in 1. libro de subfeudis, & de feudorum principijs Iser. & Feudistæ in c. 1. §. huius autem generis supradicta, in quibus causis feudum amittatur, & alibi, ac nos quoque plura inferius dicemus. Qua de re nè Historicus, Philosophus, vel cæterarum scientiarum Peritus in hoc Opusculo esse videar, sed Feudista (licèt minimus) omissis his omnibus, inuocato priùs Diuino præsidio, ac Beatissimæ Virginis, assumptum frãgẽdum lapidẽ reuoluamus.

A SVM-

SVMMARIVM.

1 Miles & Feudatarius idem sunt, & confunduntur.
2 Feudalis qualitas prodest agnatis etiam transuersalibus proximis successuris in possessorio.
3 Seruitij præstatio probat feudi qualitatem in possessorio.
4 Possessorij causa præcedit petitorium, etiã de iure feudorum.
5 Feudum in dubio antiquum præsumitur origine non probata.
6 Feudum antiquum respectu succedentiũ potest esse nouum.
7 Feudum in dubio an præsumatur nouum, vel antiquum. & ex quibus coniecturis qualitates istæ deteguntur.
8 Possessor feudi in dubio obtinet.
9 Agnati in possessorio præferuntur domino prætendenti feudatarium absque successore decessisse, & qua ratione.
10 Libera res qualibet in dubio præsumitur.
11 Iuramentum in causis feudalibus non semper possessori defertur.
12 Agnatus habens iuris dispositionem pro se obtinet in possessorio.
13 Status quæstione pendente quis obtinebit in possessorio?
14 Carbonianum edictum habet locum in feudis.
15 Filius scriptus hæres in testamento obtinet in possessorio non obstante Quæstione status sibi proposita.

QVÆSTIO PRIMA.

16 Text. in l. fina. §. de edicto diui Adriani, Vtrum habeat locum in feudis.
17 Alienare dicitur legando feudum, vel extraneum instituendo. & num. 25.
18 Legata, & Institutiones in feudis prohibitæ sunt absque assensu.
19 Feuda transeunt cum vniuersitate.
20 Feuda veniunt in petitione hæreditatis in petitorio, non in possessorio num. 22. fusius num. 43.
21 Allodium in dubio res qualibet non feudũ præsumitur.
23 Hæres scriptus in testamento in possessorio obtinebit.
24 Tex. in c. 1. de successione feudi in petitorio procedit & in feudo ex pacto, non in hæreditario, & num. 27.
26 Lex fin. C. de edicto Diui vtrum procedat in instituto extraneo, vel remotiori agnato in feudis.
28 Decisiones Sacri Consilij, & cæterorum Tribunalium in hoc articulo.
29 Dispositio Defuncti non valet quando non concurrit cum dispositione legis feudalis, vel cum forma concessionis feudi.
30 Garsia Mastrillus Doctor laudatur.
31 Ludulfus Schraderi notatur.
32 L. fi. C. de edic. Diui non procedit instituto incapaci in feudis.
33 Fœmineus sexus de iure communi feudorum non est omnino exclusus à feudalium successione, & quid in Regno.
34 Legis fin. C. de edict. Diui dispositio. Quatuor modis ampliatur, & totidem limitatur.
35 Dispositio Testatoris in feudis absque assensu difformis à dispositione legis non gaudet beneficio l. fi. C. de edicto Diui.
36 Legis fin. C. de edicto diui dispositio requirit qualitatem hæreditariam.
37 Agnati promptè probantes qualitates incapacitatis instituti impediunt dispositionem l. fin. C. de edicto Diui.
38 Probationes promptæ dicuntur, quæ in continenti fiunt.
39 Institutio Secundogeniti in feudis vbi ius Francorum viget absque assensu corruit.

QVÆSTIO SECVNDA.

40 Dispositio legis fin. C. de edic. Diui vtrum procedat quando testamentum non est in scriptis redactum, sed nuncupatiuum, & voluntas per testes benè probatur.
41 Testamentum nuncupatiuum dicitur verè, & propriè testamentum.
42 Scriptura non est de essentia testamenti.
43 Feudum ex pacto, an veniat in petitione hæreditatis.
44 Petitio hæreditatis actiuè, & passiuè comprehendit feudum hæreditarium.
45 Feudum hæreditarium censetur comprehensum vendita, cessa, & repudiata hæreditate.
46 Cap. ex præsumptuosè in Regno corrigit tex. istum.
47 Agnatis in Regno promptè, & aperto iure non probantibus successibilitatem feudorum, sequestratur possessio penes fiscum ex dispositione, c. ex præsumptuosè.
48 Cap. ex præsumptuosè in verbis illis exprimitur, claro, & aperto Iure.

Deci-

CAP. SI DE FEVDO sub Rubrica si de feudo defuncti Militis.



IVIDITVR tex. iste in duas partes, In prima deciditur possessorium. In secunda petitorium. Secūda ibi eo facto, breuiter ita summatur: feudatario mortuo agnati in gradu successibiles sunt in possessione conseruandi. Deinde iudicium petitorij agitabitur. de intellectu huius summarij infra cum Iser.verba faciemus.

Noto Primo,ex tex.quod miles, &
1 feudatarius idem sunt, & confunduntur,factaque militis mentione de feudatario iure isto intelligitur,supra quo temp.miles cap.2.& 3. Imperator Lotharius.cap.1.de feudo sine culpa non amit.c.2.Iser.hic in princ.

2 Noto Secundo, quod continuatur possessio inter defunctum, & agnatum proximiorem etiam transuersalem respectu qualitatis feudi, & propterea probata qualitate feudi tanquam antiqui etiam per aliquas coniecturas agnati in hac qualitate antiquitatis in possessorio erunt conseruandi,& hic est uerus secundum Iser. sensus istius Cap.dum voluit agnatos eo casu esse in feudi tanquam antiqui, & paterni possessione manutenendos, quando probant feudum, vt paternum possessum fuisse vetustisque temporibus ante defuncti mortem dictū seruitium vti de paterno feudo recepis-
3 se, & probata hac quasi possessione antiquitatis, & præstationis seruitij in eadem quasi possessione agnati erunt conseruandi argumento l. cum de in rem uerso. ff. de vsuris l. in finalibus ff.finium regundorum.Ill.Regens de Ponte,consil.15.num. 2. & hæc iure communi feudorum procedunt, sed quid de Regno infra latius interpretando cap. Regni ex præsumptuosè explicabimus num...

4 Tertio noto ex text.quod causa possessorij ante petitorium est discutienda etiam in Materia feudali, & in hoc pari passu cum allodialibus proceditur l.incerti C.de interdictis cap. cum Ecclesia Sutr.na de causa possessio. & proprieta.

5 Noto quarto, ex text.quod feudum in dubio præsumitur antiquum,quando origo non probatur propter temporis antiquitatem,& vassalli, & feudatarij pręmortui feudum vti antiquum tenuerunt secundum Iacob. Beluis. Nicol.de Neapol. Bald.Præpos.& Aluaro. hic primo notab.argumento dictę l.cum de in rem verso,de vsuris, sequitur Tiraquell. de retractu. §. 32. Glos.vnica num.91.qui plures cumulat Bald.consil.310.nume.5.lib.3.Bello.consil.33.numero primo.Grat.consil.4.in principio volum.primo Bursa. consil.63.numero primo. alios plures congerit, & sequitur Ioannes Petrus Surdus cons.quinto num.primo. Decius consil. 395. numero primo. Blascus Lanza Siculus in repetitio. manu scripta cap. volentes quæstio.vndecima fusius probat præsumi antiquum, vt benignior fiat interpretatio. Et vos addatis aliud requisitum, vt magis tuta sit conclusio, quod vasalli recentiores seruitium pro hoc feudo tanquam antiquo tribuerunt:& ita conciliatur Iser. doctrina cum Bald. Belu. & cæteris.magna est etenim præsumptio pro factis antiquis secundum Barto.in l.admonendi de iureiuran. Possent enim dari plures casus,in quibus feudum est antiquum, & respectu succedere volentium est nouum,§.his vero supra de gradibus succede. in feud. Item quādo moriens feudatarius fuisset de feudo antiquo inuestitus vti de feudo nouo, & in hoc causa cognita, & ex certa scientia vtriusque fuisset al-

teratus Inuestituræ tenor, & articulus iste an feudum in dubio præsumatur antiquum, vel nouum latè discuti tur à Crauet. in tract. de antiquit. tem por. quinta parte nume. 4. & sequent. vbi recenset coniecturas probādi feudum esse antiquum, & est text. ad hoc in cap. item placet, supra de inuestit. in maritum facta, & cap. si vero domi nus de gradibus succed. in feudis in materia Alciatus. præscriptio. 28. reg. 3. & alij, quos cumulat hic Lipar. ex quibus præsertim Crauetta veritas ar ticuli istius detegitur, quibus adde Dominum de Anna alleg. prima, nu. 18. & singula. 633. vbi Dominus Fabius eius filius cæteros congerit ad rē gulam quod uasallo possidente feudum antiquum, Domino vero possidente, nouum præsumitur Andr. in ca pit. primo, in fi. de gradibus succed. in feud.

Nota quinto post Aluaro. & alios
7 quod possessio feudi inducit præscriptionem, ut in dubio Domino non probante, causa expediri debeat per iuramentum possidentis, vt in text con
8 cordat, supra de contrAuer. inuestit. in princip. & §. item si uasallus, & cap. si. supra si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oriatur concordat Gloss. hic. quæ se remittit. & bene ad distinctionem, §. sacramentum. infra de consuetu. recti feu. secundum quam distinctionem intelligitur iste tex. Ioannes Bartolomæus Scayampi cons. feudali 108, nu. 11. Ratio conclusionis istius est, quia constituto agnato proximiori in possessione feudi, onus erit agenti petitorio probare eius intentionem, scilicet feudum esse nouum, & actore non probante reus absoluetur, & sic, Reus obtinebit per regulam, qua possessores vincere solent.

Limitatur tamen id, quod supra diximus de possessione consignanda interim agnato feudatario, vt non proce
9 dat quando Dominus vellet incontinenti, & per promptas probationes demonstrare feudum esse nouum, Tunc enim impedire tur traditio possessionis agnato per regulam dolo facis petere dicta l. dolo de reg. iur. l. si is, à quo vt in possess. legato, Iser. in sequenti cap. Aluaro. hic num. quinto, & alij, secus tamen erit si probatio altiorem requireret indaginem l. fina. C. quorum bonorum, vbi Bartol. & alij Cinus in l. secunda, Cod. de edict. diui cum materia. l. si quis condictionis C. locati.

Quærit hic Iacob. de Beluis. rationem, quare agnatis cōsignatur possessio feudi antequam causa petitorij inter eos, & dominum terminetur. Triplex ab eodem & cæteris assignatur.

Prima quia vassallus in vltimus erat in possessione tempore mortis de feudo vti antiquo, & taliter præstitit ser uitia secundum Iser. hic post Iacobū de Belu. & ex regula l. fina. C. de edic. diui. hæres in eadem possessione seu quasi erit conseruandus, & l. prima, quorum bonorum, continuatur etenim quodammodo possessio à defuncto ad agnatum l. cum miles in princ. ff. ex quib. cau. maior. quam bald. hic allegat.

10 Secunda est ratio, quia dominus est actor hoc casu, & eidem incumbit probandi onus l. qui accusare C. de eden. postquam quælibet res libera præsumitur l. fina. de seruit. & l. altius C. eo. tanto magis quia ab antiquo vassallus feudum retinuit vti antiquum l. cum de in rem verso de vsuris l. in finalib. ff. finium regundorum.

Tertia potest esse ratio, quia dominus non negat feudum, sed qualitatem feudalem, idest feudum esse antiquum, & quia in hac quasi possessione antiquitatis agnati reperiuntur, cum præstatione seruitiorum, ideo in ea conseruantur. Nec obstat Martinus Laudensis, quòd feudum potius præsumitur paternum, quam nouum, & hac ratione agnati conseruantur, quia aliis prædictis non concurrentibus dictum hoc esset dubitabile secundum verum intellectum Iser. hic, & text. in cap. 1. in fine de gradibus succed. in feudis supra hoc non probat, imò potius oppositum ex eo text. ibi sed scio aliter pronuntiatum. Sed pro Martino melior esset text. in capit. Item placet de inuest. in maritum facta vt supra diximus. & notanda est doctr. bald. hic dicentis, quod ex parte vnius lineæ feudum

dum potest esse antiquum. Nouum vero ex parte alterius, illos ad hoc refert & sequitur Surd. consilio 5. numero 31.

Glos. hæc diuiditur in tres partes, In prima opponit, & soluit. In secunda assignat vnum simile. In tertia for mat, & soluit quæstionem. Secunda ibi Item quod dicit. Tertia ibi, sed quid si status, oppositio, quæ fit in prima parte est, quod in text. agnatus anceps de eius iuribus, quodammodo iurare cogitur ad finem obtinendi, & sic incidit in periurium, Sed respondetur, quod in arbitrium eius erit iurare, vel actori transferre iusiurandum l. videamus de in litem iura. l. qui bona de damn. infect. progreditur vltra, Glosator dicens, quod non semper
11 Iusiurandum possessori, vel actori defertur, sed ex causis, ex personis circumspectus iudex arbitrabitur, cui deferendum sit: capit. Sacramentum infra de consuet. recti feudi, secundum quem text. iste intelligitur, & in his omnibus Gloss. à Baldo, Præposito Aluarot. & cæteris approbatur & bene.

Secunda pars Glos. ibi, item quod dicit, impugnatur, & malè a Præposito hoc loco. Glos. enim nil aliud dixit, nisi allegauit vnum simile de l. fin. C. quorum bonorum, in quo disponi-
12 tur, quod habens iuris dispositionem pro se, debet lite pendente super quæstione petitorij immitti in possessione bonorum allodialium, & in hoc assimilatur, & adæquatur cum dispositione feudali, non tamen dicere voluit Glos. prout illam malè intelligit Præposit. quod in hoc text. agnati agunt interdicto quorum bonorum, vel ex edicto diui Adriani, tunc enim legitimè opponi posset exceptio dolo facis, &c.

Sed ad instar illius interdicti, quorum bonorum lex feudalis prouidet agnatis in possessono probantibus feu dum vti antiquum fuisse possessum, & seruitia tanquam de feudo antiquo fuisse per dominum recepta.

Gloss. in tertia parte vers. sed quid si status format quæstionem quis erit
13 in possessione feudi conseruandus, quando status quæstio mouetur, dicit, quod Dominus, & hoc Iser. intelligit, quando per vassallum contra Dominum status quęstio mouetur, dicendo, quod non est filius veri Domini, & summatim probauerat se Domini filium, sic erit in possessione seu quasi non feudi, sed seruitij, & vassallagij conseruandus, & hoc est carboniani beneficium l. prima, C. de Carbonia. edicto ff. eod. l. Carbonianum §. pen. & l. tertia, §. causę l. 2. C. de ordine cognitio. & hoc Carboniani benefi-
14 cium habere locum in feudis vltra Gloss. & Isern. sequuntur communiter Doctor. Bald. in cap. primo, num. 14. versic. quæro nunquid an agnatus Ias. in prælludijs num. 41. Iacobi. Curt. & alij, quos congerit hic Lipar. potest etiam moueri quæstio, à Domino contra vassalli filium dicendo illum non esse filium, & per summariam cognitionem de falsa filiatione constabat, ideo eidem denegabatur Carboniani beneficium dicta l. tertia, §. causæ & interim Dominus in feudi possessione conseruabitur, sed quid si esset filius scriptus hęres in testamen-
15 to non obstante quæstione status, an debeat in feudi possessione immitti, & conseruari per edictum Adriani respondet quod sic l. secunda, C. de edict. Diui, & in hoc etiam Glos. ab Isern. & quàm plurimis approbatur.

CÆTERVM quia satis quotidiana etiam in Regno isto, & practicabilis est hęc materia, expedit illam fusius discutere.

QVÆSTIO PRIMA.

16 QVÆRO ergo vtrum dispositio l. fina. C. de edict. diui Adri. habeat locum in feudis? præsupponendo quod non appareat testamentum esse factum præuio Regis assensu, vnde testatoris ordinatio, & dispositio non valet in feudis cap. primo, de succes. feud. l. Imperialem infrà de prohib. alien. per Feder. & Lothar. capit. primo, §. donare qualiter olim poterat feud. alien. igitur si testamentum corruit, quo modo missio in posses-

sionem feudi illius vigore fieri poterit?

17 Item qui feudum legat, vel in eo hæredem instituit dicitur alienare, l. peto, §. fratre de legat. secundo, l. si quid §. certum C. de secund. nupt. sed alienationes iure communi, & Regni sine assensu sunt prohibitæ l. Imperialem, & l. Imperialis de prohibitio. alienat. per Federic. & Lothar. & l. Regni Constitutionem diuę memoriæ, Ergo etiam institutiones, & legata sunt in testamento prohibita.

18 Rursus opponi potest contra institutum regula dolo facis, &c. & l. is, a quo, vt in possessio. legato. item de capitu. primo, donare qualiter olim poterat feud. alien.

Communiter tamen Doctores tenent edictum Adriani habere locum in feudis Gloss. & Isern. hic sequitur Afflict. in fine, & fusius decisio. 119. vbi Addentes, & ante alios Doctores feudistas hic, fuit originalis doctrinà Guido. de Suzar. in dicta l. finali, C. de edict. diui, quem refert, & sequitur Ioannes Andreas ad Specu. de testament. §. penult. in finali additio. Capic. in l. Imperialem colum. 47. versicu. & quod missio in possessionem, & in verbo feuda bonorum appellatione in eius inuestitura Curt. in tertia parte, 21. quæstio. & consil. 41. numero 5. & 6. Bald. in capitul. primo, versicu. vel dicquarto de controuer. int. masc. & fœm. & in capit. primo, numero quinto, de successio. feu. Freccia libro tertio, differ. 17. inter feuda ex pacto ab hæreditarijs Lipar. hic, qui prædictos allegat, & sequuntur Domin. de Anna singul. 535 ex antiquis Oldrad. consilio 270. Alexand. consilio quinquagesimo quinto, libro quarto, & in dicta l. fina. de edicto diui, vbi sequuntur Iason numero vigesimosexto, Sapia numero nonagesimoprimo, Zuccard. numero 485. Menoch. latè de adipiscen. possession. remed. quarto, numero 375. Achilles personalis in tractat. de adipiscend. possessio. numero 104. Curt. Iun. in dicta l. final. numero 84. & consilio vigesimoprimo, numero septimo, & 30. numero decimo, & 41. numero quinto, Brun. consil. primo, numero octauo, & 83. numero primo, & consilio secundo, Gozad. consilio septimo, Ruin. 18. numero 20. & 45. numero 11. libro primo, Parisien. 22. numero 66. & 23. numero 89. & 41. numero tertio, libro primo. Socin. Iun. consilio 75. numero 28. & 76. numero 95. Bellon. consilio decimo, numero primo, Alciat. respons. 199. in fin. & doctissimè non minus quàm fusè responso 257. Tiraquel. tract. le mort. part. 4. declarat. 5. numero 21. Berou. consilio 67. numero 73. libro primo Thom. de Marinis de feudis titulo 6. numero 25. Ossasc. decisio. 23. numero 36. & decis. 26. nume. 13. Roland. consilio 2. numero 27. lib. 3. qui de communi testatur, & conclusionem ampliat procedere etiam extraneo instituto in feudis, & malè, ut infra suo loco dicemus Decius consilio 424. numero 11. & 467. numero 9. & 588. numero octauo, ita iudicatum testatur Anna loco citato Rimi-nal. Iun. consilio 69. numero octauo, libro primo, Beluis. & Præpos. in sequenti capit. inter filiam hoc eodem titu. Ias. consilio 152. columna secunda, versicu. ergo ex prædictis, plura Ludouic. Molina libro 3. capit. 13. per totum, & numero 44. Bursat. consilio 89. numero 30. & sequent. libro primo, post alios, quos congerit, & iterum fuit recepta opin. per tribunalia D. de Ponte consilio 20. numero octauo, & 62. numero 18. & 19. conferunt Doctores infra citati in prima ampliatione, num. . .

Mouentur Guido de Suzar. & sequaces per capitul. sequens incipiens, inter filiam hoc eodem titu. in quo orta contentione inter filiam, & agnatos de possessione prædij allodij, filiâ in possessorio præfertur, ita in casu, de quo agitur à simili dicunt Doctores præsertim Socinus Iunior dicto consilio septuagesimo quinto, numero trigesimo, libro primo, quando agnati dicunt esse feudum, & fœminam incapacem quamuis scriptam hæredem, quia testamentum nullum dicto ca. 1. de

de successiõn. feud. & §. donare
qualiter olim poter. feud. alienat.
fœmina vero dicit ad feudum es-
se admittendam, allegando esse
fœmineum, vel aliam iustam cau-
sam, qua probata obtineret in pe-
titorio, hac de causa in possessorio
obtinebit secundum Laudensem di-
cto capit. seq. primo notab. Soci. Iun.
post alios.
19 Item cum Vniuersitate transeunt
feuda, quæ alias non transirent C. ex
literis de Iure patrona l. in modicis
de contrahent. emption. & veniunt
in petitione hæreditatis, vbi hic Iser.
20 concludit Bart. & Doctor. in l. si pa-
troni ad trebell. & nos latius infra de
conclusionis istius veritate verba fa-
ciemus, ergo a quocunque hærede
scripto petatur, debet in possessorio
obtinere. Item posset dari casus,
quod in petitorio fœmina posset ob-
tinere, & si de Iure communi feudo-
rum sit incapax. ergo in possessorio in-
terim erit manutenenda, & his Iuri-
bus, & rationibus radicata est prædi-
cta communis opinio.
Nos autem quid dicemus? Veris-
sima est communis opinio cum limi-
tationibus infra tradendis; rationes
tamen falsæ. Nec text. in §. inter fi-
liam hoc tit. in quo fundata est com-
munis sententia, aliquid probat; imo
in eo text. satis diuersa militat ratio,
siquidem contentio illa erat inter fi-
liam, & agnatos de qualitate rei hæ-
reditariæ, postquam filia dicebat es-
se allodium, agnati vero feudum, &
sic filiam insuccessibilem, fuit tamen
in possessione prælata filia: non illa
ratione, quia fuerat hæres instituta,
hac enim de re verbum nullum, sed
quia pro ea erat Iuris præsumptio;
postquam quælibet res allodialis, &
21 non feudalis in dubio præsumitur Do
ctor. in capit. primo, supra de feudi
cognitio. l. altius C. de seruitu. Ergo
filia habens pro se Iuris præsumptio-
nem rem esse allodialem merito fuit
in possessione prædii agnatis prælata,
igitur text. ille continens diuersam
rationis decisionem ad casum, de quo
agitur a simili allegari non potest, &
quamuis feuda veniant in petitione
22 hæreditatis id in petitorio non in pos-
sessorio procedit, & sic vides rationes
pro hac vera opinione adductas esse
falsas.
Vnica tamen, & vera ratione præ-
ter Doctores probatur communis o-
23 pinio, etenim de Iure communi feu-
dorum nil scriptum habemus, ne-
que statutum, si scriptus hæres in te-
stamento debet in possessorio obti-
nere, antequam petitorii causa ini-
tium habeat, ergo recurrimus ad Ius
Romanum capit. primo de feudi co-
gnitio. Et sic ad Adriani edictum,
merito text. in dictę l. final. C. de edi-
24 cto diui habet locum in feudis. Nec
obstat text. in capit. primo de success.
feudi ibi nulla ordinatione defuncti
manente, vel ualente, quia text. ille
in petitorio loquitur, & etiam in feu-
do ex pacto, & prouidentia non hæ-
reditario Camer. fol. 24. columm. se-
cunda, in quo infra fatebimur Edi-
ctum Adriani non procedere, & ita
limitabitur communis conclusio vt
procedat in hæreditario feudo. Nec
obstat regula dolo facis, & l. is, a quo,
quia altiorem requirunt indaginem
in causa petitorii, pro terminatione
tamen possessorii, sufficit interim te-
stamenti non cancellari, neque vi-
tiari productio. Minus obstat, quod
testando dicitur alienare, id enim
procedit instituto extraneo in feudo,
25 & a Iure non vocato, & hoc casu fa-
temur cum Afflict. decis. 119. & aliis
edictum Adriani non procedere, se-
cus tamen erit quando immediatè
successurus agnatus, vel agnati insti-
tuuntur, ex quibus bene probata, &
protecta remanet communis opinio,
& conclusio, quod text. in l. fin. C. de
edict. diui habet locum in feudis.
26 Quæ conclusio perperam a quam-
plurimis ampliatur, vt procedat e-
tiam instituto extraneo, vel remo-
tiori agnato de Iure ab intestato non
successuro in feudis, vt adhuc habeat
beneficium edicti Adriani Gozad.
consil. septimo column. secunda in fi.
Soci. Iun. consil. 75. numero 29. lib. 1.
& ad hoc malè ab aliquibus allegatur
Dec. consil. 424. numero 12. alios con-
gerit, & perfunctoriè sequitur Ia-

cob.

cob. Menoch. consil. 158. numero 88. vltra Cardin. Alex. in l. Imperialem §. præterea ducatus de prohibit. feud. alien. per Feder. ex lege peto §. fratre de leg.2. Brun. consil.38. numero 2. & 44. numero 12. Paris. consil.1. numero 4. mouentur, quoniam beneficium hoc edicti diui Adriani datur filiæ, vel alii proximiori agnato non vt filio, vel agnato, sed tanquam hæredi scripto in testamento, ergo quilibet hæres etiam extraneus scriptus vt hæres habebit hoc beneficium, quæ ratio falsissima est, ea etenim ratione filia, vel alter proximior agnatus hæredes instituti in feudis habent beneficium l. fin. quia testamentum non habet Iuris repugnantiam, imo assistit Ius pro testamento, & testator ita disponens habet assensum legis, & successiuè in hoc actu institutionis tantum concurrit voluntas, & potestas, merito suam habet promptam exequutionem, quæ non militant instituto extraneo, vel remotiori agnato ad feudi successionem non

27 vocato, vel in legato alteri facto, tunc enim procedit text. dict. cap. 1. de success. feu. Afflict. benè decis. 159. numero tertio. Doctissimus Dominus Regens de Ponte nũc meritissimus Mar

28 chio consil.20. numero 8. & consi.62. numero 18. & 19. vbi ita iunctis Tribunalibus decisum esse testatur, Iacob. dict. l. fin. numero 49. de edic. diui, plures ad id congerit Menoch. dicto remed.4. de adipisc. possess. nume. 381. & Docto. in dict. cap. 1. de succes.

29 feud. dicunt defuncti dispositionem non valere, quando non concurrit cum dispositione legis feudalis, vel cum forma concessionis feudi Bald. consil.33. ad euidentiam primo volumine, & 384. præmittendum in princip. lib.4. 143. quod pro regula prima column. lib.1. Petr. de Gregor. Sicul. in tract. de Iudiciis causarum feudalium q.18. & in tract. de concess. feudi part.4. quæst. 11. numero 13. quem ad pennam ante impressionem videram, nunc tamen accessit docta additio Dõ

30 Garsiæ Mastrilli mei amici colendissimi qui ceteros congerunt. Camer. latissimè per nouem columnas disputat articulũ in l. Imperialem fol.23. colũ. 3. versic. ampliat. secundo. Capicius vsque ad fol.26. freccia libro 3. differ. 20. inter feuda ex pacto ab hæreditariis Cannet. fol. 10. addentes ad Affli. numero 6. Curt. in 4. par. numer. 129. versic.3. limitanda est Iser. post Gloss. in l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ in princip. Capic. in l. Imperialem fol. mihi 10. versic. ampliate secundo. Franciscus de Amicis fol. 129. numero primo, & fol. 131. colum. prima quicquid Menoch. malè, & perfunctoriè dixerit prædicto consil.158. numero 88. Nicolaus Intrigliolus de feudis centur.2. artic.92. numero 15. & 16. Beroius consil.67. numero 64. versi. & adhuc lib. primo. Decius tamen consil.424. in casu suo benè loquitur, quãdo fœmina remotior in gradu, successibilis tamen, & vocata à Iure feudali deficientibus aliis proximioribus agnatis fuerit hæres instituta, quod habeat illud beneficium, & in hoc bene concurrit Menoch. post alios de adipiscent. possess. remed. quarto numero 378.

31 Ex quibus liquet notorius error, in quem incidit Rodulphus Schraderi in tract. feudali par.7. capit.2. numero 40. qui dicebat dispositionem dict. l. fin. de edicto diui procedere etiam instituto incapaci in feudis, & quod

32 peius ad id probandum vtitur auctoritate Ioannis Andr. dict. §. pren. de testament. Alex. dict. l. fi. & aliorum, supra citatorum, qui in terminis prædictis non loquuntur, quando incapax instituitur, sed quando filia, vel alter agnatus in feudis successibilis, & si quis diceret de Iure communi feudorum fœminas non esse ad succes

33 sionem vocatas cap.1. §. hoc quoque, & §. filia vero, supra de success. feudi cum simil. Ergo incapaces. Nos negamus consequentiam: etenim etsi sexus fœmineus ad successionem simpliciter non sit vocatus: non tamen fuit omnino inhabilis ad successionem feudalium declaratus, imo habilis, quando feudum ita conceditur, vt filiæ succedant, dicto §. filia vero de successfion. feudi. capitul. primo. de feudo fœminæ

næ cum concord. vel quando feudum
est fœmineum, & prima Inuestita
fœmina fuit, quæ de Iure communi
procedunt. In Regno tamen sim-
pliciter sexus fœmineus fuit ad suc-
cessionem feudalium habilitatus per
l. Regni, vt de successionibus.

34 Ampliatur secundo, vt multo magis
procedat conclusio, quando filia, vel
proximior agnatus hæres institutus
in feudis reperitur in possessione per
eum capta post mortem feudatarij.
In ea enim sine scrupulo erit conser-
uandus Decius consil. 498. num. quar
to Ias. 171. column. secunda Rolan. 2.
numero 31. libro tertio, & male hac
de re dubitat Menoch. loco supra cita
to numero 377.

Ampliatur tertio etiamsi notoriè
constat bona hæreditaria esse feuda-
lia, nec dissentiunt ab hac conclu-
sione Ias. consil. 152. column. fin. nu-
mero sexto & septimo, libro quarto,
& Iacobin. in dicta l. fin. numero 49.
C. de edic. diui, vt eos dissentire testa-
tur, & malè Menoch. de adipiscend.
possess. remed. quarto numero 379. lo-
quuntur etenim in hærede instituto,
qui in Inuestitura non est compræ-
hensus, quo casu agnatis se opponen-
tibus, idque in promptu probanti-
bus ex regul. l. dolo facis, & leg. is, à
quo vt in possess. legato. impeditur ca-
ptura possessionis, & sic Iacobi. cum
Afflictus. concordat dicta decisione
119. Iser. hic Camer. & alijs supra
citatis.

Ampliatur quarto, vt hoc reme-
dium possessorium ex regula dictę l.
fin. procedat etiam in maioratu, in
quo vltimus successor, seu vocatus o-
stensa prima concessione non dicam
testamento vltimi morientis, quod
nil sibi prodest. Sed prima scriptu-
ra, cuius virtute vocatus est, hic vlti-
mus agnatus habeat remedium pos-
sessorij dicta l. fin. postquam eadem in
hoc articulo ratio militat post Gre-
gor. Lopez concludit Molina libro
tertio primogeniorum capit. 13. nu-
mero 45.

Limitatur primo conclusio, vt pro-
cedat in feudo hæreditario, & eo ca-
su, quo testator disponit, prout Ius
35 statuit, conformatque se cum Iuris
dispositione tam si in feudo viuatur
Iure Francorum, quam Iure commu-
ni, & Longobardo, quo casu obtinet
scriptus hæres in possessorio vigore di
ctę l. fin. ex prædictis, cuius opposi-
tum est, si sumus in feudo ex pacto,
vel quando Testator disponit aliter,
quam Ius intelligit, & decernit ita vt
ex hoc nouo facto feudatarij; filij, vel
agnati succedant Afflict. dict. decis.
119. Marinus libro tertio de subfeud.
17. different. inter feuda hæreditaria
à feudis ex pacto, & prouidentia. Do-
ctores in capit. licet de voto dominus
de Ponte dict. consil. 20. & 62. nume-
ro 18. & 19. Quidam Auctor. Alciat.
respons. 257. numero sexto versicul.
tertio principaliter ratio limitationis
est, quia dispositio dictę l. fin. requi-
36 rit qualitatem hæreditariam, & quod
sit scriptus hæres. Ergo in bonis,
quibus hæc qualitas deest, dispositio
illius l. non procedit, & tunc pro-
priè nulla ordinatio, vel defuncti di-
spositio valet, & procedit dicto capi-
tul. primo de success. feudi Camer. fol.
24. column. secunda in leg. Imperia-
lem post Capic. & alios, quos alle-
gat, aliaque concordantia Iura con-
gerit.

Limitatur secundo, vt non proce-
dat conclusio, quando agnati habe-
37 rent promptas probationes, quod
feudum hoc de cuius successione age-
retur, talis esset naturæ, & qualita-
tis, vt fœminæ non succedant, vel
institutus ille esset seruus, Clericus,
vel alio modo incapax capit. qui Cle-
ricus hoc eodem titul. capitul. primo
de feudo fœmin. & capitul. primo de
milite vassal. qui arma belli deposuit,
eo casu productis his promptis pro-
bationibus incapacitatis cessaret be-
neficium illius edicti Adriani, ita ibi
tenet Zuccardus numero 486. Cam-
peg. inter consil. Bruni secundo nu-
mero nono Gozad. consil. 50. nume-
ro 26. Portius Imolens. consil. primo
numero 65. Ofasc. decis. 26. numero
tertio, & 14. Rolan. consi. secundo nu
mero 38. in fine lib. 3. Menoch. de adi
pisc. possess. remed. quarto numer. 381.
Achilles Personalis in tract. de adipi-
scend.

ſcent. poſſeſ.numero 110.& ſequent. Beroius conſil.67.numero 64. verſic. præterea illud libr. primo dicta l. is. à quo vbi Bart. & communiter ff. vt in poſſeſſion. legator. quando tamen di-
38 cantur promptæ probationes Iudicis erit arbitrarium, & promptæ dicuntur, quæ incontinenti fiunt, huic concluſioni concordat Iſer. in ſeq. cap. & hic, & poſt alios in dicta leg. fin. Alciat. bene reſponſ.257.numero quarto verſiculo. ſecundo principaliter eſt enim illud interdictum legis fin. remedium adipiſcendæ cui opponi poteſt exceptio dolo facis petere quod reſtituturus es l. dolo. ff. de doli except. quando in continenti probatur hodie conſtat, hodie agatur dicta l. is, à quo, & hic eſt verus Iſer. intellectus ſecundum Lipar. hic poſt Loffr. in verbo tantum lit. L.

Limitatur tertio, vt non procedat concluſio quando agnati remotiores, vel ſecundogeniti haberent æqualem titulum cum filia, vel cum primogenito, puta quia ipſi eſſent inſtituti dicit Alciatus d. reſponſo 257. numero ſecundo, tunc propter tituli paritatem cenſentur legitimi contradictores ipſius filiæ ſentit Bart. in ead. l. fin. §. ſin autem aliquis verſic. quæro quid de teſtamento de edicto diui, intelligenda tamen ſanè erit doctrina
39 Alciati, vt procedat, quando eum hoc titulo, ſeu inſtitutione ſecundogenitorum, vel aliorum agnatorum in gradu remotorum interueniret Regis aſſenſus, vel illius, a quo feudum immediatè tenetur, aliàs hæc inſtitutio tanquam ipſo Iure nulla non prodeſſet, vt diximus ſupra in prima ampliatione.

Limitatur quarto, vt non procedat remedium dictæ l. fin. quando tractaretur de poſſeſſione muniti Caſtri, cuius recuperano difficilis eſſet, quando agnati in petitorio obtinerent Caſtr. l. 2. in fin. C. de edic. diui vbi Iaſ. Gozad. conſil. ſeptimo numero 11. & 12. Menoch. loco citato numero 383. & de recuperanda poſſeſſione remedio primo. nu. 314.

QVÆSTIO SECVNDA.

40 QVÆRO SECVNDO vtrum remedium illius l. fin. C. de edic. diui habeat locum in feudis, quando inſtitutus eſt hæres in teſtamento nuncupatiuo in ſcriptis non redacto, & à Notario non recepto, ſi tamen de inſtitutione conſtat per teſtes coram Iudice examinatos numero ſeptem rogatos, & in ſcriptis redactos, atque publicatos iuxta l. publicari C. de teſtib. ex noſtris feudiſtis Dominus Ioannes Vincentius de Anna allegatio. 90. tenet, quod ſic poſt gloſſ. communiter receptam in dicta l. fina. de edic. diui Bal. ibi numero 40. Bartol. numero 17. in fine Corneus numero 25. Alexand. numero 21. Zuccard. numero 346. verſic. fallit ſecundo Tiraquel. de retract. §. primo gloſſ. prima numero 14. Neuiz. conſil. 26. numero quarto, & eſt vera opinio, teſtamentum enim nuncupatiuum factum coram
41 ſeptem teſtibus, dicitur verè teſtamentum, & eidem competit definitio teſtamenti §. primo Inſtitution. de teſtament. & l. 1. ff. eod. & aliud non eſt neceſſarium, quam nominare hæredem coram eis l. fin. & l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem C. qui teſtament. facere poſſunt: vbi Cinus Bald. & Salic. Caſtrenſ. in l. hæredes palam in princip. ff. de teſtament. Ergo præſuppoſita inſtitutione coram ſeptem teſtibus rogatis habemus teſtamenti eſſentiam, cui virtus, & exequutio virtute edicti Di-
42 ui Adriani concedi debet. Item ſcriptura non eſt de eſſentia teſtamenti, nec eſt caſus requirens ſcripturam enumeratus in capit. primo de præſcription. in ſexto, ſed fieri poteſt coram ſeptem teſtibus Iuribus prædictis & voluntas ſola eſt de eſſentia, ergo illa probata per ſeptem teſtes rogatos habere debet exequutionem, & probatur in leg. fin. C. de codicil. Nec obſtat oppoſita deciſio relata dicta alleg. 90. quæ propter ſuſpicionem teſtium non omni exceptione
43 maiorum proceſſit.

Feu-

43 Feudum venire in petitione hære-
ditatis concludit hic Isern. per text.
cum Gloss. in l. item videndum para-
grafo finali, de petitio. hæreditat.
& in cap. primo, an agnatus in princ.
§. quid ergo, & §. huius autem gene-
ris, ex quibus causis feu. amitt. & ali-
bi passim, quæ conclusio verissima est,
& ab omnibus recepta in feudo hære
ditario, non in feudo ex pacto & pro-
uidentia. Loffred. consilio 14. nume.
6. & cum hac distinctione concordan
tur dicta per Bartol. & Doctor. in l. si
patroni ad Trebellian. & Gloss. cum
eodem Barto. & Doctoribus in l. Item
videndum §. fina. ff. de petitio. hæred.
Marin. latè 8. differen. inter feu. ex pa
cto ab hæreditarijs. Socin. Iun. consil.
75. num. 30. libro primo. Tiraquel. in
tracta. Le mort saisit declarat. 5. num.
19. Alexan. consil. 19. lib. 5. Ruin. con
sil. 45. num. 11. lib. primo, qui cæteros
congerunt. Et ex hac vera conclusio-
ne duo præcipui effectus oriuntur.
44 Primus, quod in petitione hæredi-
tatis actiuè, & passiuè venit feudum
hæreditarium etiam si de eo non fue-
rit in libello, vel sententia facta men
tio DD. in dicta l. si Patroni, & Frec-
cia prædicta 8. differen.
45 Secundus, quod repudiata hæredi-
tate, vel ea uẽdita, & cessa venit etiam
feudum hæreditarium non ex pacto,
in quo Iure proprio tanquam hæres
primi acquirentis non vltimi morien
tis agnatus succedit capit. primo, an
agnatus cum materia.
Corrigitur in Regno dispositio
istius text. per Regni cap. ex præsum-
46 ptuosè sub rubrica de feudo sequestrã
do, feudatario decedente sine prole
legitima. 225. in ordine: siquidem in
hoc tex. orta erat contentio inter agna
tos defuncti dicentes feudum esse an-
tiquum, & consequenter ipsos manu-
tenẽdos in possessione, & nil in prom-
ptu producebant nisi possessionem de
functi quæ ad hæredes certo modo de
bet continuari, sed hoc in feudis non
est omnino concludens. Dominus ve-
rò contendebat feudum esse nouum;
& tamen agnati fuerunt in possessio-
ne conseruati, qui nil in promptu de-
ducebant ad probandum feudum esse
antiquum, vt in tex. qui in hoc corrigi
tur in Regno per cap. ex præsumptuo
sè, in quo statutũ fuit feudatario mor-
47 tuo sine legitima prole si agnati in
promptu non probant ipsos claro, &
aperto Iure succedere, possessio feudi
sequestri loco remanet penes fiscum
& infra annum de possessione seu
possessorij causa agitabitur, quo elapso
in petitorij tantum causa agnati au-
diuntur, & hoc disponit text. ille.
Cuius materiam vtilem, & quoti-
dianam in Regno, & à Iure isto exor-
48 bitantem, aliquantulum discutere ex-
pedit, verba illa de aperto Iure, claro-
que vocetur, &c. sumpta fuere ex
text. in §. in bonæ fidei Instit. de actio.
ibi eas compensationes, quæ iure aper
to nituntur, idest iure scripto, & liqui
do à peritis non controuerso exponit
Iser. loquendo in materia dicti cap. ex
præsumptuosè in l. Imperialem §. il-
lud quoque præcipuum num. 69. cir-
ca finem, & ibi addentes lit. S. Loffre.
in cap. 1. colum. 26. vers. hoc etiam cla
rè ostenditur Imperator Lotharius.
Ideoque agnato habente ius apertum
& liquidum pro se circa successionem
feudalium consignatur possessio, alias
sequestri loco penes fiscum extaret, do
nec infra annum possessorium discu-
tietur, eoque elapso petitorium, vt in
tex. præfati capit. ex præsumptuosè.
Cuius decidendi rationem à Regni
Peritis hucusq; non enucleatam expli
49 care necesse erit, quæ talis est, etenim
eo ipso quod hic agnatus, qui defuncti
successionem, & feuda tanquam pro-
ximior, illorumque possessionem adi-
pisci prætendit, fundata est Regij fisci
intentio, dum agnatus dicit talia bo-
na esse feudalia fatetur directum do-
minium esse penes Regem, sicut om-
nia, quæ in Diœcesi sunt, præsumun-
tur esse Episcopi, nisi probentur exem
pta cap. omnes Basilicæ 16. quæstio. 7.
Sic feuda, & Castra quaternata om-
nia, quæ sunt infra fines Regni per as-
sertionem agentis, vel conuenti, qui
fatetur illa tenere à Curia Regis And.
in l. Imperialem nume. 66. & 68. de
prohib. alien. per Feder. & probatur
in l. Regni, si dubitatio, vbi idem Iser.
& alij post Gloss. & tacito authore plu
ra

ra dicit Author quidam, §. quinto quęstio. 2. nume. 6. & 7. ergo postquam agnatus, qui successionem feudi prætendit, fatetur duo, rem esse feudalem, & sic directum dominium esse penes Regem, fatetur etiam mortem feudatarij, & consequenter vtile dominium esse cum directo consolidatum tacitè, & ex his duobus, iuris est pręsumptio feudum integrum reuersum esse ad dominum concedentem, & consequenter possessorium summarium pro eo terminari debet, pro quo est iuris præsumptio cap. cum personę de priuileg. in 6. cum eius materia, de qua Capicius decisio. 189. D. Præsid. de Franch. decisio. 85. & sic nimirum, si possessio feudalium mortuo feudatario penes fiscum, pro quo iuris est præsumptio, sequestri loco conseruari debet, nisi claro, & aperto iure per promptas inuestituras, & probationes agnatus succederet: quia tunc non fit sequestrum imò factum reuocaretur Affli. latè decisio. 195. 196. & 197. & conformat se quodammodo prædictum cap. cum l. apud Iulianum ff. de iure fisci teste Luca de Penna in additione antè Afflict. dicta decisio. 196. in materia eiusdem cap. vltra addentes ibi videndi sunt Afflict. in l. Regni violentias numero 14. & Constit. causas nume. 4. in fine, Lipat. ad Iser. in dicta l. Imperialem §. illud numero 69. verbo in Regno, Minad. decisio. 35. columna secunda, & capit. il-
50 lud non habere locum in subfeudis Baronum est vera conclusio; vltra addentes, ibi concludit Capyc. in ead. l. Imperialem columna 21. vers. capit. Regni ex præsumptuosè Frec. 15. different. inter feuda quaternata à feudis planis numero 21. libro 3. Addentes ad Afflic. decisio. 196. & cap. illud non habere locum, quando possessio feudi ante mortem feudatarij penes aliquem peruenit particulari titulo quāuis assensus non producatur in prom-
51 ptu sufficit illum allegare. Fusè D. Io. Vincentius de Anna Alleg. prima. & 144. doctissimus D. Regens de Ponte Morconi Marchio consil. 15. colum. 2. post Alexand. consi. 83. visa, lib. 2. & ita conciliatur doctrina dictæ alleg. 1.
52

cum Afflict. decisio. 197. in qua agnati fatebantur, non habere assensum, & hac de causa à possessione ceciderant, & est cantela pro causarum patronis notanda.

SVMMARIVM.

1 *Filia præfertur Agnatis in possessorio feudi, in petitorio tamen agnatis defertur iusiurandum, & num. 14. & 15.*
2 *Allodium non feudum in dubio quælibet res præsumitur.*
3 *Castrum cum Vassallis de iure communi feudorum allodium, non feudum præsumitur, secus in Regno.*
4 *Iurisdictio ad Castrum de iure communi feudorum feudalis præsumitur, non allodium.*
5 *Iurisdictio est potestas de publico introducta.*
6 *Feudum aliud dicitur rerum, aliud iurisdictionis, & diuersum respectu corporum.*
7 *Castrum in Regno in dubio feudum præsumitur.*
8 *Villa, Oppidum, Burgum, & id simile in dubio in Regno feuda præsumuntur non allodia.*
9 *Bona omnia, quæ in Regno sunt, non præsumuntur Regis.*
10 *Castrum, Villa, vel Oppidum possessum ab Ecclesia in Regno in dubio allodium, non feudum præsumitur.*
11 *Fœminæ iure isto à feudorum successione sunt exclusæ: in Regno, tamen sexus fœmineus habilitatus est ad succedendum.*
12 *Allodium est proprietas quædam, quæ à nemine recognoscitur.*
13 *Allodij definitio, seu descriptio.*
16 *Emphyteosis concessa ab Ecclesia includit filiam.*
17 *Iusiurandum quòd agnatis contra filiam defertur, quomodo, & quando defertur.*
18 *Agnati in promptu deducentes rem controuersam esse feudum obtinent etiam in possessorio: idem quando actualiter reperiuntur in possessione num. 19.*
20 *Intellectus istius textus.*

Cap.

CAP. INTER FILIAM, & cap. Defuncto.

IN præcedenti text. explicita fuit contentio orta inter Dominum, & Agnatos feudatarij, in præsenti determinatur
quæstio orta inter filiam, & agnatos.
In sequenti vero inter Dominum, &
filiam, & ita breuiter summatur, fi-
1 lia præfertur agnatis in possessorio,
sed vtroque in petitorio deficiente in
probatione agnatis defertur Iusiuran-
dum, & in duas partes diuiditur. In
prima terminatur possessorium, in se-
cunda petitorium, secunda ibi defi-
cientibus.

2 Noto ex text. quod in dubio res
quælibet allodialis præsumitur, &
non feudalis, & hæc est vera istius
text. decidendi ratio, licet aliam assi-
gnet Iacob. Menoch. de adipiscend.
possession. remed. quarto numer. 376.
Ioannes Bartholomæus Scarampi
consil. feudali 108. numero 11. Iser.
in capit. 1. numero secundo in fine in-
fra de controuer. inter mascul. & fœ-
min. vbi Lipar. late in vers. libera: an-
te eos Odoffr. in summa feudali capit.
Incipiente, cui incumbit probatio in
causis feudorum, quem Iser. allegare
solet sub tit. summæ incipientis cum
natura, cuius notitiam non habuit
Lipar. ipse testatur in capit. primo de
controuer. inter masculum & fœmin.
vers. secunda summa, & alibi Octa-
uian. Cacher. decision. 26. numer. 13.
& per totum, qui materiam explicat
istius capitis, pluresque allegat, quos
consulto prætermitto, Alexand. quo-
que testatur quamlibet rem in dubio
allodium præsumi non feudum per
istum text. consil. 129. numero secun-
do, & 136. numero secundo libro pri-
mo. sequitur nouissime Rodulph.
Schraderi in tractat. de feudis part. 3.
capit. quarto numero 54. Grat. consil.
10. numero secundo Soci. Iun. consil.
3 65. numero 24. Quam conclusionem
de Iure communi feudorum, & Ro-
mano nos procedere ampliamus etiã
ad Castrum cum vassallis habitatum,
quod in dubio allodium potius, quam
feudum præsumitur, & latius for-
mando quæstionem probat Iacobinus
in vers. de Castro Rubei montis nu-
mero 16. post Ioann. Andr. ad specul.
tit. de feudis §. quoniam super homa-
gijs vers. 30. in additione, quæ inci-
pit cessante, Bald. in capit. primo su-
pra de controuer. inuestitur. column.
4. & in l. libertas de statu homin. in
Auth. sicut C. de sacro sanct. Eccles.
& alios, quos allegat, vtiturque ra-
tione, quia feudum seruitutis est spe-
cies: notatur in l. si cuius §. primo de
vsufruct. ff. sed quælibet res libera nõ
subdita præsumitur l. altius C. de ser-
uitut. & aqua. Ergo feudum non præ-
sumitur, allegat etiam Bald. in capit.
significauit de rescriptis, qui secun-
dum eum loquitur in Comitatu, vt
præsumatur allodium, & non feu-
dum, nisi contrarium probetur. Ego
tamen in libro meo talem doctrinam
non reperi.

4 Limitatur eodem Iure conclusio
prædicta, vt procedat in Castris, a-
lijsque corporibus non in Iurisdictio-
ne quæ etiam Iure communi attento
in dubio de publico, & feudalis præ-
sumitur non allodium idem Iacobi
5 loco citato. Est enim iurisdictio po-
testas de publico introducta l. 1. de iu-
risdict. omn. Iud. Gloss. magna circa
med. in §. Iusiurandum vero Auth. de
defensor. Ciuita. hoc Ius publicum in
magistratibus consistit leg. 1. §. huius
studij ff. de Iust. & Iure, & iurisdictio
tanquam minus plena deriuatur a ple-
nissima, quæ est in Principe l. prima
de offic. eius l. more, & l. quia de iuris-
dict. omn. iudic. & sic non repugnant
hæc, quod corpora locorum, & Ca-
stra cum hominibus, & vassallis te-
neri possint, atque possideri iure pri-
uato, & in allodium, & ita præsumi,
nisi contrarium probetur; Iurisdi-
ctio vero in homines, & vassallos ip-
sos feudalis, & de publico præsuma-
tur, est de mente Innocent. in capit.
cæterum de iudicijs numero quarto
vers. Item ordinem, qui differentiam
constituit inter feudum rerum, & feu-
6 dum iurisdictionis. Ex cuius dictis
hanc notabilem reassumpsit Theori-

cam Paulus Castrensis a Iacobi. relatus consil. mihi 179. incip. In Christi nomine in causa, quam magnificus Dominus Titius habet cum Domina Thelda numero quinto vers. secunda ratio est: sequitur Marin. Frec. in titul. de differentijs inter feuda quaternata a planis, & de tabula numero 34. circa finem vers. iurisdictio etiam in dubio, qui Cassan. allegat tit. de feudis §. 4. num. 18.

7 In Regno tamen isto valet argumentum contrarium, est Castrum, ergo præsumitur feudum, imo habetur loco feudi quaternati, non è contra. probatur in l. Regni Iustitiarij nomen, & normam in fine, vbi Gloss. in vers. præter quæstiones de Castris, quæ dicit hæc verba, pro istam exceptionem præter quæstionem de Castris, &c. probatur, quod Castra sunt feuda, eo ipso, quod Castra sunt cum supra de feudis dixerit, vt argument. ff. de leg. primo l. Titiæ, & ibi Iser. subdit, quod Castra habentur loco quaternatorum feudorum, quia vtriusque cognitio scilicet tam Castri, quam magni feudi quaternati eidem magistro Iustitiario pertinet, vt text. ille dicit: idem Iser. post Gloss. in constitut. si dubitatio, ampliat conclusionem vt procedat etiam si scriptura nominet terram Burgum, villam. Op-
8 pidum, vel aliud simile, & sic fiscus agens probando quod est Castrum, vel feudum quaternatum, fundata est eius intentio, & possidens titulum ostendere tenetur, non illa falsa ratio-
9 ne, quod omnia, quæ in Regno sunt Regis præsumuntur sicut omnia, quæ in Diœcesi sunt, præsumuntur Episcopi capit. omnes Basilicæ 16. quæstione prima capitul. cum venerabilis de relig. domibus. Sed quia dominus feudi directus, & sic prætendens habere vtile illud ostendere tenetur, sed quæ decidendi ratio assignari potest in conclusione ista, quod Castrum in Regno præsumitur feudum quaternatum: duplicem assignat Marin. loco citato; quæ in substantia in vnam reassumuntur longo discursu probatam, cui addo Guglielmum Pernum 1. notab. feudor. nu. 79.

10 Sed quid in Ecclesia possidente Castrum cum vassallis in Regno, villam, vel oppidum, an præsumatur feudum, & sic feudum Regis. Idem Iser. in dicta constitut. Iustitiarij nomen, & normam, versic. sed quid in Ecclesia ad partes disputat quæstionem concludens tandem allodium præsumi; & Fisco Regio non probante esse feudum, liberum censebitur, sicut cæteræ res Ecclesiæ, quæ non sunt in Regis iurisdictione eo ipso, quod sunt in Regno ipsius; & Constitutio illa de rebus Ecclesiæ non intelligitur, quibus Temporalis Princeps legem non imponit, alias irrita esset capit. dudum de reb. Eccles. non alien. in sexto cum simil. Idem Marinus loco supra citato numero 34. in fine. dixi late in capit. qui clerici numero 138.

Ad intellectum istius tex. videnda sunt dicta per Ludouicum Gozadinum consi. 2. numero 9. & consi. 7. numero 10. & consil. 10. nume. 30. & consil. 50. num. 26.

11 Noto secundo, quod agnati excludunt feminas a successione feudorum iure isto, quod in Regno per legem vt de successionibus est correctum, & sexus femineus habilitatus.

12 Tertio Noto ex text. quod allodium est proprietas quædam, quæ a nullo recognoscitur, secundum Bald. & Afflictus hic in tertio notab. idem Bald. in capit. 1. §. ad hæc de pace iuram. firm. gloss. in l. penult. C. de ingenuis, & manumis. hinc dicimus allodium esse Ius proprium a solo Deo, & nemine alio recognitum, quod probatur in hoc tex. Bald. in capit. 1. infra de allod. in princip. Ioann. Pet. Surd. consil. 143. numer. 22. post Iacobin. in versic. dictique uassalli co
13 lum. 2. numero 2. & dicitur allodium quasi aliundè non recognitum, sed purum, & liberum Alber. in l. si familiæ C. famil. erciscun. Soc. consil. 75. numero 23. Gozad. consil. quarto numero septimo, & idem est allodium, quod proprium, & libertatem denotat. Bertran. consil. 169. numero 2. libro 6.

14 Gloss. hæc diuiditur in tres partes,

in

in prima assignatione decidendi rationem ad text. in duabus sequentibus opponit, & soluit. Secunda ibi, sed quid est. Tertia ibi huic capit. obuiare videtur. orta erat contentio inter filiam dicentem prædium esse allodiale, & agnatos asserentes esse feudum, vel partem feudi, quia nil in promptu à partibus deducebatur ad probandum qualitatem feudalem, idcirco filia fuit in possessione prælata, rationem assignat Gloss. quia pro filia est præsumptio, & ideo fundata est eius intentio l. fine Cod. de probatio. postquam quælibet res præsumitur allodialis in dubio Alberic. Brun. consilio primo, numero secundo, opponit Gloss. in secunda part. dicens ergo eadem ratione in petitorio filiæ deferri debet iuramentum, agnatis non
15 probantibus, & non ipsis agnatis, vt in text. dicitur in secunda parte, quia actore non probante reus absoluitur l. qui accusare C. de eden. soluit Glos. dicens hoc non esse omnino absolutum, ut semper agnatis deferatur iuramentum, sed secundum distinctionem positam in capit. Sacramentum infra de consuetud. recti feu. opponit in tertia parte de capit. sequenti, vbi iuramentum datur filiæ, soluit, quod ibi præsumptio erat validior pro filia, hic in petitorio erat validior pro agnatis, & est solutio communiter recepta, quia vna præsumptio debilior tollitur per validiorem, l. diuus de restit. in integr. l. fina. ff. de eo, quod metus causa cum simil.

Opponit Bald. in eo, quod dictum fuit rem quamlibet præsumi liberam præsertim in hoc text. & ea ratione filiam in possessorio obtinuisse dum in text. fit mentio de libellario contractu, qui species est seruitutis, ergo non est absoluta conclusio, & ratio ista decidendi istius text. sed facilis est solutio secundum Afflict. & alios, quia & si seruitus sit, non tamen repugnat successioni filiæ §. emphyteosim Authen. de non alienan. etiam
16 si ab Ecclesia fieret libellus, vel datio in emphyteusim, adhuc filia, & eius descendentes succederent secundum veram literam Isern. hic Iacobus Beluis. assignat aliam rationem dicens id procedere quia filia est hæres de iure Authent. de hæredita. ab intestat. & dominium præsumitur continuatum in filiam l. in suis de liber. & posthum. postquam res quælibet præsumitur libera, nisi probetur seruitus l. siquis ædes de seruit. vrba. prædior. Andr. in capit. 1. de contro. int. masc. & fœmi. & hæc ratio verissima est in se, libet tamen illam cum Federico Schench hoc loco clarius explicare, & in dubio non debere seruitutem aliquam rebus paternis esse indictam, quo minus filia dictante natura hæres sit in bonis paternis l. maximum vitium C. de liber. præter. quare cum regulariter sola feudalis qualitas paternę successionis commodo filiam priuet §. hoc quoque, supra de his, qui feudum dare possunt, consequens est eam in paterna hæreditate non præsumi, nisi probetur, qua probatione pendente, æquum est, vt interim filiæ possessio permittatur, quæ in vita patris, quasi domina dicitur, dicta l. in suis de liber. & posthu. cæteras authoritates pro conclusionis istius munimine congerit Tiraquellus in tractat. le mort saisit parte quarta declaratione quinta, numero 20. & 21. Domini de Anna singul. 549. qui plures quoque congerunt Camillus Salernus in consuetud. si cui militi conclus. 22.

17 Porrò tam etsi text. dicat deficiente probatione iusirandi electionem dandam esse agnatis, suppleri tamen debet, & temperari, Si verosimiliora, & presumptiones magis opitulentur agnatis, quàm filiæ dicto capit. Sacramentum de consuetud. recti feudi, ita etiam intelligitur text. in capi. primo, in fine de controuer. inter mascul. & fœmin. capit. primo, de Capit. qui Cur. vendi. secundum Gloss. Beluis. Aluaro. & alios hic.

Limitat Isern. text. istum non pro-
18 cedere, quando agnati in promptu deducerent, & probarent prædium hoc esse feudum, vel partem feudi, tunc enim agnati in possessorio non filia obtinerent per regulam l. is, à quo ff. vt possess. legata sequitur Martin.

Laudens. Præposit. & Afflict. hic Ripa libro primo responso. capit. primo, numero 82. Gozad. consilio 12. num. 8. Brun. consilio primo, numero quarto, & consilio 18. numero 12. Alexan. in l. si patroni columna quinta, ad Trebellian. Iason in præludijs feudorum numero 43. Octauianus Cacheranus decisio. 26. numero primo, & secundo, & per totam. Ioannes Campegius, consilio 2. numero 9. versiculo secus si nullam haberet similitudinem Ias. consilio 138. columna fina. libro 4. Iacob. Mandell. Albensis consil. 78. numero 16. qui Ludouicum Gozadinũ consil. 50. numero 7. & 20. atque cæteros congerit.

19 Limitatur secundo, vt non procedat text. iste quando agnati iam sunt in possessione Menoch. de adipiscend. possessio. remed. 4. numero 380. Salern. vbi supra, & tradit Decius consi. 517. columna fina. Gozad. consi. 50. numero 16. Iacob. Mandel. dicto consilio 78. numero 18. in cæteris pro materiæ supplemento videndus est Tiraquellus in tractat. le mort saij sit le uif. parte 4. declarat. 5. Octauian Cacheran. decisio. 26. & decisio. 23. nume. 36. Iacob. Mandel. consilio 78. nume. 16. Menoch. in tractat. de adipiscend. possessio. remed. 4. numero 375. & sequen. Rimin. Iun. consilio 69. num. 8. Domini de Anna singul. 569. qui cæteros congerunt Rodulf. Schraderi de feudis par. 3. cap. 4. numero 54. ad intellectum istius text. plura Socin.
20 Iun. consil. 68. num. 24. Grat. consilio 10. num. 2. dixi supra. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Feudum de caducitate successionis, quod dicitur.*
2 *Inuestitura pure de feudo alieno facta per superuenientiam dominij vtrum validetur.*

QVÆSTIO PRIMA.

3 *Venditio, refutatio, & quilibet alius contractus super re feudali factus præuio assensu, Vtrum per superuenientiam inris, vel dominij validetur.*
4 *Lex cum vir ff. de vsucapionibus. Vtrum habeat locum in feudis.*
5 *Superuenientia dominij validat actum in feudis secundum magis communem, & receptam sententiam. & num. 11.*
6 *Ioannes Franciscus de Ponte feudista magnus Regens, & Marchio.*
7 *Inuestitura de alieno feudo facta habetur pro non facta, & num. 27.*
8 *Inuestitura in diem, vel sub conditione facta, an valeat.*
9 *Inuestitura pure facta inducens votum captandæ mortis, vtrum prohibita sit.*
10 *Iurisdictio superueniens delegato, vtrum acta validet, antea nulliter facta.*
12 *Inuestitura de alieno feudo facta, sumit vires feudo aperto inuestitori.*
13 *Inuestitura nudo pacto facta prodest possidenti. & num. 26.*
14 *Assensus pendente lite impetratus, vtrũ validet actum.*
15 *Opinio vltima in dubio in feudis approbata censetur.*
16 *Lex, qui filium §. Sabinus, ff. ad Trebellia. cum gloss. eiusque regula procedit in feudis.*
17 *Fictio translatiua habet locum in feudis.*
18 *Francisci de Amicis terminorum error corripitur.*
19 *Principia naturalia tria, materia, forma, & priuatio.*
20 *Ius superueniens prodest ad capiendum, quando contractus est nullus.*
21 *Fictio translatiua de tempore ad tempus procedit in feudis.*
22 *Assensus superueniens prodest in feudis.*
23 *Assensus extenditur ad futura.*
24 *Legatum factum de fructibus peruenturis in dominio heredum Testatoris post mortem legatarij valet.*
25 *Inualidum à principio aliquando conualescit, & quando.*
27 *Clausula ex nunc pro tunc superueniente dominio inuestienti quid operatur.*
28 *Isernia locus in c. si quis fecerit, quo tempore miles explanatur.*
29 *Iacobus de Belusio ab Iser. allegatur.*
30 *Ius superueniens in iudicijs, an prosit actori.*

QVÆSTIO SECVNDA.

31 *Concessio feudi facta à Rege credente feudatarium esse mortuum qui verè viuebat,*

uebat, & postea moritur, an valeat, vel
conceditur tanquam vacans ex vna cau-
sa non vera, vacat tamen ex alia vera an
concessionario prosit concessio.

32 *Clausula iuribus curiæ, & alienis semper*
saluis apposita in prædicta inuestitura,
quid operatur.

33 *Refutatio, an fieri possit de feudo sub præ*
dicto tenore concesso.

CAP. MORIBVS.

PARVM frequens in pa
latijs est materia istius
capit. & nostris præser-
tim temporibus illam
practicari non vidimus,
quamuis Iser. & Afflict. tempore, ali-
quãdo in praxim redacta sit, vt ipse te
statur sua decision. 292. & de materia
fusè Petr. de Gregor. in tractat. post
hæc scripta impresso de concessione
feudi part. prima quæstione tertia, cui
in aliquibus me non subscribo, præ-
sertim his, quæ numero 12. scripsit,
Paris. late alios congerit consilio 22.
numero 41. libro primo. Propterea
penitus intactam relinquamus, ete-
nim assumptum onus est vtiliora ma-
gisque frequentia feudalia dubia pro
debilibus intellectiuæ nostræ poten-
tiæ operationibus explanare. Propria
itaque est materia ista validitatis in-
uestiturarum de feudis non existenti-
bus actualiter in pleno dominio con-
cedentium, sed in potentia proxima
ad actum reducibili per mortem con-
cessionarij feudum tenentis absque
prole, vel per crimen feloniæ ab eo
commissum, alijsque similibus mo-
dis, & sic superueniens dominium,
quando inuestitura sub conditione
prædicta vel in diem est facta validat
actum concessionis, & dicitur hoc
1 feudum de caducitate successionis, vt
in text. & vltra Doctor. hic, & in ca-
pit. primo qui success. tenean. Capit.
quoque late in inuestit. capit. feudo-
rum genera versic. de caducitate suc-
cessionis per totum Bursat. consil. 29.
& 30. libro primo Guer. Piso. in præ-
lud. feudon. fol. 243. Hieron. Scurfur.
consil. 137. & 128. Andr. Gail. practi.
car. obserua. libro secundo obseruat.
155. Menoch. consil. primo numero
419. & 420. Dominus Fabius Anna
eius singul. 61. quibus pro materię sup
plemento recurrendum erit, & sin-
gul. 98. eius pater singul. 64. & alleg.
45. latissime Rodulph. Schraderi in
tractat. de feudis par. 3. capit. secundo
per totum, qui plures cumulat Ni-
col. Intrigl. de feudis quæstione 64.
centur. prima Antonius Gamma deci
sion. 67. Expedit itaque nil extra ma-
teriam discutere, sed articulum il-
lum difficilem, satisque quotidianum,
& materiæ consanguineum a Docto-
ribus, quos hactenus vidi non plene
enucleatum, fusius eneruare pro de-
claratione verborum Iser. hic nume-
ro secundo ibi nisi dixisset deuolu-
2 tum, vel deuoluendum. Verum in-
uestitura purè (non in diem, vel sub
conditione iuxta terminos istius tex.)
de feudo alieno facta per superuenien
tiam dominij in inuestiẽtẽ, validetur.

QVÆSTIO PRIMA.

3 GENERALIS itaque sit titu
lus quæstionis, vtrum vendi-
tio, vel refutatio, ac quilibet alius
contractus de feudo alieno cum legi-
timo superioris assensu factus, cuius
dominium tempore venditionis, re-
futationis, vel id genus contractus
penès donantem, & vendentem esse
putabatur, vel non putabatur, & non
erat: Validetur, viresque recipiat
per superuenientiam dominij vel al-
terius iuris penès venditorem, vel re-
futantem? Et genericè quæritur, v-
4 trum tex. in l. cum uir de vsucap. cum
simil. habeat locum in feudis?
Feudistæ multi tenuerunt negati-
uam opinionem. Communis tamen
opinio, ut ex catalogo, & auctorita-
te doctissimorum virorum infra fun-
dabimus, tenuit contrariam, & ve-
riorem opinionem pro qua pluries
5 consultus in grauissimis causis respon
di, præsuppositis habilibus terminis
dictę l. cum vir, quod intersit autho-
ris ius prædictum superuenisse, quia
alias de euictione teneretur, & eo ca-
su de iure ciuili ius superueniens pro-

dest Areti.in l. omnia ff. si cert. petat. Doctores in dicta l. cum vir.

Petr. de Ceruot. antiquus Feudista, quem Bald. hic refert inclinauit in illam opinionem, quod per superuenientiam iuris, vel dominij non validetur actus (alioquin legitimus, vt præsupposuimus in feudis) sequitur Aluarot. hic numero tertio, intra dentes in hanc opinionem inclinat Iacob. Cuiac. libro primo, de feudis titu. primo, §. si vero Archiepiscopus circa finem Iacobin. de Sancto Georg. versiculo inuestiuit talem numero 12. Hieron. Scursur. cons. feudali 137. numero 11. Afflict. in cap. Si quis fecerit inuestituram in princip. & num. 15. supra quo temp. miles, & tenentes hanc opinionem pro ea ponderant verba Isern. in dicto capitulo. si quis fecerit ibi alias qui uendidit rem: inducendo dictionem illam alias aduersatiuè præcedentibus in quibus dixerat, quod speciale est in feudis, vt valeat inuestitura iuxta tenorem istius cap. motibus; in diem vel sub conditione, alias de iure communi confirmatur venditio per superuenientiam dominij; & pro hac opinio. Afflict. in dicto capit. si quis fecerit in principio falso allegat Bald. & Beluis. ibi, nec opinionem prædictam expresse recipere voluit, sed sub dubio illam allegauit nouissimè doctissimus Regens

6 de Ponte nunc meritissimus Marchio consilio 36. numero 11. & 12. obiter sequitur dominus Fabius de Anna nũc Consiliarius Doctissimus consilio 39. numero 66. tunc collega meus in illa causa.

Subscriptis iuribus, & medijs pugnari potest pro Afflic. Iacobi. & Sequac.

Primo ponderando text. in dicto capit. si quis fecerit, quo tempo. miles,

7 vbi inuestitura facta de feudo alterius absque illius consensu pro non facta habetur. sed quod a principio est nullum ex post facto non potest effectum siue principium sumere, sine noua inuestitura l. quod ab initio de regul. iuris, l. qui res §. aream de solutio. Gloss. in l. seruum filij de legat. primo, cum simil. ergo, &c.

Secundo inualidum à principio tractu temporis non conualescit cap. non firmatur de regul. iur. in sexto, vbi Dinus multa concordantia congerit, & contraria soluit Gloss. in l. Imperialem in principio infra de prohib. feu. alien. per Feder. Sed contractus iste a principio est nullus ex defectu dominij vendentis, vel alio modo contrahentis. Ergo ex post facto per illius superuenientiam non firmatur.

8 Tertio idem sequeretur præsupposita contraria opinione pro vera, & eundem haberet effectum inuestitura in diem, vel sub conditione facta, quæ effectum sumit purificata conditione, consequens est absurdum secundum Afflict. in princip. dicto cap. si quis fecerit, ergo & antecedens.

Quarto loquendo particulariter de inuestitura, quæ fit de feudo per mortem feudatarij ad dominum reuersuro, negari non potest, quin inducat votum captandæ mortis, & maximum insidiarum timorem, hi mores, & pactiones prohibiti sunt l. fin. C. de pactis l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig.

9 Ergo etiam hæc inuestitura pure facta inducens votum captandæ mortis est prohibita. probatur in capit. secundo, supra de feudo dato in vicem l. commissor. tenendo Placentinorum opinionem, & præter cæteros ad idem adduco text. magis apertum in capit. primo, infra de clerico, qui inuestit. fecit, & capit. primo, qui succes. tenean. il secundo, à simili Bald. in l. prima, C. qui pro sua iurisd. quæstio. quarta, loquens in iurisd. superuenienti de

10 legato, quod non validet acta per prius nulliter facta.

11 CÆTERVM communis grauissimorum Feudistarum sententia tenuit ius superueniens validare actum (de cætero validum) in feudis, & procedere text. in l. cum vir. de vsucap. & l. si quis alienam de actio. empti cum similibus, & pro hac communi & vera opinio. ego pluries consultus respondi auctoritate glossæ in dicto capit. si quis fecerit in versicu. pro non facto quo tempo. miles, cuius originalis fuit doctrina: sine Iacobi de Ardizo.

dizo. feudorum patris in eius summa
capitulo nono, versic. si vero faciant,
qui dixit inuestituram purè factam de
alieno feudo non valere, subdit hæc
verba, quantum ad hoc, vt successor
teneatur adimplere, vel quantum ad
12 hoc, vt statim capiat effectum, sed
capiet demum feudo aperto inuesti-
tori, & non successori capitul. mori-
bus, si de feudo defuncti, extra de
donatio capit. consultationibus, hæc
ille: & fusius capit. 22. cuius rubric.
est nunquid datore ius suum recupe-
rante ius receptoris reintegretur co-
lumn. tertia versic. & sine faciat quis
laicus, sequuntur Iacob. de Belu. hic,
& in dict. capitul. siquis fecerit supra
quo tempor. mil. vers. Item quæritur,
& approbando Gloss. ibi, pro ea alle-
gat dict. l. cum vir ff. de vsucap. Bald.
dict. capit. siquis fecerit numero sexto
qui distinxit inuestituram factam nu-
do pacto, & eo casu non valet, quia
non habet a quo vestiatur pactum, ni-
13 si possideret inuestitus, quo casu ex-
ceptione tutus esset, vel interuenit
stipulatio, & valet, quia non habet, a
quo impediatur, vt per eum: sequun-
tur ibidem Aluaro. sibi contrarius nu-
mero quinto versicul. quæro, quid si
dominus Cardin. Alexand. versicul.
item post eundum Martin. Laudens.
versicul. in Gloss. hoc intelligendum
Camer. qui non clare eius sententiam
aperuit in l. Imperialem fol. 56. lit. P.
versicul. Nec obstat, quod ius super-
ueniens Gugliel. Annettonius in tra-
ctat. de iure feudorum capit. septimo
circa finem Odoffr. in summa feuda-
li titul. qualit. fiat inuestit. circa finem
Ioann. Blanc. in summa feudali libro
primo capit. 6. numero 23. aliquid bo-
ni in hoc scripsit nouissime Franc. de
Amic. in eius confusa repetit. capitul.
primo de his, qui feud. dar. posses. fol.
207. column. prima versicul. & primo
quæram, qui prædictam quoque se-
quutus fuit opinionem, non dissentit
Oldrad. consil. 22. quæstione secunda
neque Rodulph. Schraderi tractat. de
feudis part. 4. capit. primo numero 17.
qui sicco pede, vt Iurista, non uti feu-
dista prædictam probauit conclusio-
nem, conferunt, quæ probat Domi-
nus Lanar. consil. 17. post hæc scripta
impresso de assensu impetrato pen-
14 dente lite, ut ualidet actum, & idem
Lanar. expresè hanc recepit opinio-
nem consil. 92. numero 23. & 24. &
pluries Afflict. tempore practicatum
fuisse testatur Afflict. decision. 292.
fuit supplicatum præuia Consultatio-
ne, & relatione Sacri Concilij adeo
quod de opinione ista amplius dubi-
tare nefas esset, a qua non recedit Io-
annes Vincent. de Anna in capit. pri-
mo de vasall. decrep. ætat. nume. 264.
versic. ex cuius dictis, qui ad hoc pon-
derat verba Iser. hic numero secundo
ibi nisi dixisset deuolutum, vel deuol-
uendum. Facit & sequitur Antonius
Gamma decis. 67.

Iser. luce clarius pluribusq; in locis
prædictam recepit sententiam in leg.
Regni Grandis vtilitas circa finem
ibi nam multo magis, & supra qui
success. tenean. post numerum 13. &
hic numero secundo Ioanne Vin-
centio Anna teste loco proxime ci-
tato.

Probatur clare in dict. capit. si quis
inuestierit supra de feudo dato in vi-
cem l. commis. tenendo vltimam re-
latam opinionem Mediolanensium,
& Cremonensium, quæ in dubio ap-
15 probata censetur ex regula leg. qui fi-
16 lium §. Sabinus cum Glos. ad Trebel.
eamque alias S. C. approbauit Afflict.
teste decision. 292. & si quis cum Ca-
mer. fol. 32. lit. S. se opponeret dicens
Obertum hunc morem seruasse sem-
per reprobatas opiniones in fine re-
tulisse capit. primo de eo, qui sibi, &
hæred. suis capit. primo §. similiter de
capit. Corradi. addo. capit. 1. §. his con-
sequenter hic finitur? lex. Nos id ne-
gabimus; postquam in dictis Iuribus
præsertim in capit. primo de eo, qui
sibi, & hæredib. suis retulit prius opi-
nionem veram, dixitque pro ea fuis-
se iudicatum, & sic dum cæteras sa-
pientum recensuit opiniones, alia
non erat necessaria reprobatio post-
quam per sententiam fuerant repro-
batæ; sic dicimus de opinion. Inno-
cent. cuius vltima relata censetur ap-
probata secundum Bald. in Auth. ex
testamento column. 11. C. de collatio.
& in

& in l. si idem cum eod. §. final. de iu-
risdict. omn. Indic. quia de re nos la-
tius disseruimus infra in capit. bene-
ficium a uassallo numero 73. eod. tit.
Ad idem adduco text. in capit. primo
in princip. supra de inuestit. de re alie.
facta. ibi sed in eo nulla est differen-
tia, &c. & probatur in dict. capitul.
consultationibus de donationibus, &
in capitul. primo supr. qui success. te-
nean. & in dict. l. cum uir de usucapit.
l. fundum, de fundo dotali cum simil.
in quibus probatur superuenientiam
dominij validare contractum celebra
tum ab eo, qui dominio carebat etiam
in donatione, §. aliæ autem Institut.
de donatio. §. hoc autem Auth. de non
elig. secundo nubentes.

RATIONIBVS probatur con
clusio secundum Bald. in dicto capit.
si quis, fecerit quo temp. miles, quia
contractus iste non haber aliquod le-
gitimum impedimentum, ergo valet
argumento, l. proinde, ff. si cert. pe-
tat, l. si quis alienam, de actio. emptio.
Item nil impedit, quin fiat fictio hæc
17 translatiua dominij, postquam certę
sunt & ab initio personæ, quæ contra-
hunt res super qua contrahitur, & pre
tium interuenit, quæ sunt de sub-
stantia emptionis, non dicatis de for-
18 ma materiali, vt erroneè dixit Franc.
de Amic. horũ terminorum ignarus;
etenim apud Peripateticos in primo
19 libro Physicorum, nec in tota philoso-
phia terminus iste reperitur: & mate-
ria & forma est naturale principium
entium satis distinctum, & separa-
tum, & addita priuatione faciunt tria
naturalia rerum cunctarum principia
de quibus Aristot. & cæteri fusè in pri
mo libro physicorum.

Sed vt ad rem redeamus, præsuppo
sitis substantialibus contractus res
aliena etiam vendi potest, & sic con-
tractus iste celebratus cum assensu
nullus dici non potest, & quando do-
minium peruenit ad venditorem, vel
refutantem, nil etiam obstat, quod
possit dictam translatiuam fictionem
impedire, Ergo contractus iste nul-
lo modo infirmari potest, quando per
uenit ad casum, de quo contrahentes
cogitauerint, & a quo incipere po-

test; & eo casu ius superueniens pro-
dest etiam ad agendum ne dum ad ex
cipiendum l. a Titio, de rei vendicat.
quando tamen contractus de cęteris
20 esset nullus ius superueniens prodes-
set ad excipiendum tantum l. illicite,
ff. de rebus eor. Barto. Imola, & ciui-
listæ in dicta l. cum vir. de vsucap. ad
quos recurratis.

Item quando lex disponit de domi
nio, quod est ius, procedit per viam fi
ctionis trãslatiuę, de tempore ad tem
21 pus, quæ fictio in his casibus proce-
dit, vt subtiliter probat Aretinus in l.
omnia, ff. si certum petat.

Rursus non ne ius feudale quam
plurimis in alijs casibus fictionem
hanc admittit, actusque conualidat
per iuris superuenientiam, ut in assen-
su superueniente, & contractum vali-
22 dante Isern. in l. Imperialem, colum-
na quarta, & cæteri Feudistæ infra de
prohib. alien. per Feder. & porrigitur
23 ad futura l. sicut §. si debitori, ff. qui-
bus mod. pign. vel hypot. solu.

Item legitimatio ad feuda retrotra-
hitur præsertim facta per subsequens
matrimonium latè dicemus in capit.
naturales hoc titu. Camer. hæc, & a-
lia dicit in l. Imperialem fol. 9. colum.
quarta, Dominus Lanar. consilio 92.
numbro 23. & 24.

Item ad quid disputatione egemus
postquam ius feudale prouisionem ali
quam specificam non fecit in hoc arti
culo, si ius superueniens validet con-
tractus, & iura, quæ in oppositum al-
legata fuere planum inferius habe-
bunt responsum, meritò ciuili lege
scripta vti poterimus capit. primo, su-
pra de feudi cognit. Imò ius feudale
prædictam comprobauit opinionem,
vt supra probatum fuit, ergo pro ea e-
rit iudicandum.

Item de rebus suis quilibet ad libi-
tum disponit l. in re mandata C. man-
da. & de futuris paciscimur, & illa pa
cto renunciamus C. de pactis l. pri-
ma; vendimus futura l. nec emptio
de contrahen. emptio. & obligatio bo
norum complectitur futura l. fina. C.
quæ res pigno. obligar. possit. & quan-
do eue niunt illa, quę futura erant quã
do contrahebantur, trahuntur retro

vt videantur tempore contractus ex-
titisse l. necessario §. quod si pendente
de pericul. & commod. rei vendit. l.
potior. qui potior. in pign. ergo feu-
do aperto, vel peruento venditori vi-
detur tunc concessum, vel vendi-
tum, quando primus contractus ce-
lebratus fuit, argumento l. de acces-
sionibus in fine de diuers. & tempor.
præscript. Iser. fuse dicto capitul. pri-
mo post numerum 13. qui success. te-
24 nean. Item legatum factum de fru-
ctibus peruenturis in dominio hære-
dum testatoris post mortem legatarij
valet l. qui fructus, & l. fundi de vsu-
fruct. leg. l. vt hæredibus de leg. se-
cundo ita contractus iste per domi-
nij superuenientiam consolidatur.
Nec contra factum proprium inue-
stiens, vel refutans venire poterit l.
post mortem de adoptio.

Contraria superius adducta cum
facilitate soluuntur, nec obstant tex.
in capit. primo de clerico, qui inue-
stit. fecit, & capit. si quis fecerit quo
tempor. miles, & alia, quæ statuunt
inuestituram pure factam non vale-
re, quia procedunt, quoad finem, vt
successor teneatur adimplere, vel
quo ad hoc, vt statim capiat effectum
sed capiet demum feudo aperto in-
uestitori capitul. consultationibus de
donatio, cum alijs supra adductis;
Solutio per eadem formalia verba
fuit Ardizo. in dicto capitul. 9. versic.
si vero faciant inuestituram, & capi-
tul. 22. à ceteris feudistis non ponde-
rata. Tertia est solutio, quia Iura
simpliciter dicunt inuestituram de a-
lieno feudo factam non valere. Ne-
mo enim dat, quod non habet, regu-
la nemo plus Iuris. Sed quando do-
minium postmodum superuenit, in
hoc iura prædicta non se extendunt,
nec inuestituram inualidant. Ergo
remanet dispositio iuris communis
Romani dict. l. cum vir, & similium
validantium actum cui recurrendum
erit capitul. primo, supra de feudi co-
gnit. quæ regula etiam feudorum iu-
re est recepta dicto capit. secundo de
feudo dato in vicem l. commiss. secun
dum verum intellectum, supra com-
probatum.

25 Ad secundum argumentum, quod
inualidum ab initio tractu temporis
non conualescat bifariam responde-
tur procedere, quando in solo tempo-
ris tractu conualescentia fundatur se-
cus tamen erit, quando in superue-
nientiam alterius iuris etiam radica-
tur secundum Cagnol. in dicta regu-
la quod ab initio numero secundo, vel
secundum Decium ibi numero 10.
post alios dicatis regulam non proce-
dere, quando causa confirmans su-
peruenit, quo casu confirmatur,
quod ab initio difficile, vel nullum
fuit.

Nec vos moueant uerba Afflict. di-
cto capit. si quis fecerit, quo tempor.
26 miles, qui nedum ueritatem articuli
non agnouit, sed nec Bald. eius pace
dixerim, intellexit, dum putauit Bal.
nostræ se subscripsisse sententiæ, si
interueniret stipulatio, & inuestitus
copulatiue possessionem adeptus fuis
ser. Bald. uero disiunctiuè loquutus
fuit, ut sola stipulatio sufficiat ad a-
gendum, & nudum pactum ad ex-
cipiendum, ut ex eius lectura li-
quet.

Ad argumentum ab absurdo per
eum factum, Respondetur negan-
do consequentiam, & do instantiam,
quia inuestitura pure facta statim
transfert dominium, præsertim stan-
te clausula ex nunc pro nunc superue-
niente dominio totali eidem inue-
27 stienti, de cuius clausulæ uiribus Ci-
uilistæ late in l. lecta in fine ff. si cert.
petat. l. huiusmodi la secunda de uer-
bor. obligat. & in clement. dudum §.
si uero de sepultur. & alibi passim.
Inuestitura uero in diem, uel sub
conditione non nisi ea purificata ef-
fectum sumit, ut probatur in hoc
text. falsa ergo est Afflicti consequen
tia, ut eundem pariat effectum, pu-
ra, & conditionalis inuestitura, idem-
que Afflict. decision. 292. Regi cum
toto consilio contrarium respon-
dit.

Ad argumentum, quod inducitur
uotum captandæ mortis, respondet
Iser. dicto capitul. primo numero 13.
qui success. teneant. supra, quod per
huiusmodi inuestituras militantes
ali-

alliciuntur ad bellum pro Republica, & quando tristes sequuntur euentus id præter intentionem, & voluntatem concedentium erit, etsi eueniens hæc sinistra, non est, quod eis imputetur 24. quæstione quinto capit. de occidendis, & hoc argumentum quod particulare est in inuestitura facta de feudo alteri concesso, qui prole caret triplicem aliam habet solutionem, vt per Iacobin. in dicto versicul. inuestiuit talem numero 12. ad quem (si opus erit) recurratis.

Neque Iser. in dicto capitul. si quis fecerit aliquid clare euomuit contra

28 nos, & nequaquam hoc credendum erit, postquam Gloss. luce clarius nostram tenuerat opinionem, quam si Isern. impugnare voluisset, dixisset, argument. l. vnica §. fin autem C. de caduc. toll. & dictio illa, alias, qua vtitur Iser. sumitur pro aliquando legi cum hi §. modus il secundo de tran. fact. & sensus Iser. planus est, quod speciale fit in feudis, vt valeat inuestitura in diem, vel sub conditione, vt in hoc text. sequitur Iser. dicens, alias, idest aliquando etiam pure valet, si dominium superuenerit inuestienti, & hoc modo plana sunt Iserniæ verba, quæ si quid obscuri in se continent, dum se referunt ad capitul. primum qui success. tenean. secundum eius dicta ibi, & in dict. constitut. Regni Grandis vtilitas in fine sunt intelligenda l. asse toto de hæredib. institue. C. quibus in locis magis apertè pro nobis loquutus fuit, & tanto fortius prędicta procedunt, quia

29 Iserniæ tempore edita erant opera Iacobi de Beluiso, quem Isern. honorificè allegauit in l. Imperialem numero 89. versicul. hoc dominus Iacobus de Beluiso de prohibit. feud. alien. per Feder. qui in dicto capitulo Si quis fecerit exptesse approbando Gloss. tenuerat superuenientiam dominij etiam in feudis validare actum. Quis ergo sani capitis negare poterit, quin Iser. si voluisset Gloss. & Iacobi de Beluiso opinionem eo in loco reprobare expressè id dixisset? Ergo dum non dixit illam tacitè approbauit, imo expressè in alijs locis vt supra probatum fuit; hanc igitur communem ad mentem Iser. & veram esse opinionem ex prædictis nouiter detectum remanet.

30 Quid in iudicijs, an ius superueniens prosit Actori Ciuilistæ omnes in l. non potest ff. de iudicijs, & in l. si rem, §. fin. de pignor. actio. & in l. si mandauero tibi, aut Titio ff. mandati. Canonistæ in capitul. Abbate sanè de sentent. ex re iudic. in 6. & alibi congerit Schraderi in tractat. de feudis parti decima sectio. decimaseptima, numero 76. & sequen. sexagesimonono.

QVÆSTIO SECVNDA.

31 QVÆRIT Isern. numero secundo quid si Rex concedat Titio feudum Martini credens, Martinum mortuum, qui uiuebat, & postea moriatur, an debeatur Titio, vel concessum esset feudum tanquam vacans ex vna causa non vera, vacauerit tamen ex alia vera, an in beneficium concessionarij prosit concessio? concludit, quod non, nisi dixisset deuolutum, vel deuoluendum vel aliter de mente appareat velle concedere feudum, ex quacunque causa vacans, vel uacaturum capit. susceptum de rescrip. in sexto de præbend. cap. quamuis, & capitul. cui de non sacerdotali eod. libro l. si ita de auro, & argent. lega. cum alijs per Isern. adductis bene ornatis per Lipar. hic, cui adde Capicium in capit. feudorum genera §. de caducitate successionis quarta limit. materia hæc satis plana est, & per Canonistas præsertim in dict. locis, & pluribus Rotæ decisionibus hic per Loffr. & alios congestis benè enucleata ad eos recurratis, ne alienos labores sine fructu transcripsisse videar. Videte quoque Marin. libro secundo quæstione 11. Ioannem Vincentium de Anna alleg. 62. numero 15. & sequent. & singul. 64. Dominum Lanar. post hæc scripta impressum consil. 18. numero septimo Camillum Salernum in consuetud. si cui milit. uersicul. uigesimo tertio concordant fol. 313.

Non

Non omitto, quod Signorolus de Homodeis, consilio 60. incipiente, magnificus columna secunda, versic. secundo casu, dicit notabile verbum, quod si in hac concessione feudi nondum aperti iuxta terminos istius text. apposita sit clausula illa iu-
32 ribus Regiæ Curiæ, & alienis semper saluis, talis concessio valida erit tanquam relata ad tempus habile in quo Rex de ipso feudo disponere poterit argumento, l. in tempus de hæredibus institue. refert, & sequitur Petrus de Gregor. in tractat. de concess. feudi part. 8. quæstio. 15. numero 8. quod pro nunc cogitandum relinquo, & an facta alicui inuestitura iuxta ter-
33 minos istius text. possit deinde per feudatarium refutari feudum absque alio assensu in proximè successurum vigore priuilegij. Hieronim. Scurfur. consilio 128. tenet quod sic & ampliat ca pitu. primo, infra de alien. feudi pater. & §. sed & res supra per quos fiat inuestitura.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus negans feudi conditionem, seu seruitium ex certa scientia feudo priuatur, & num. 6.*

2 *Vassallus occupans allodium domini non priuatur feudo.*

3 *Alleganti Inuestituram incumbit onus probandi.*

4 *Feudatarius negans partem feudi illa dum taxat parte non toto feudo priuatur.*

5 *Emphyteuta negans partem rei emphyteoticæ illa dumtaxat parte priuatur.*

7 *Priuatio feudi, & quodlibet crimen præsupponit dolum, vel culpam.*

8 *Vassallus ignarus negans feudi conditionem non punitur pœna priuationis idem in dubitante, & in hære de.*

9 *Heres negans feudi seruitium non punitur priuatione quia ignarus præsumitur.*

10 *Vassallus pauper, qui propter inopiam non præstat seruitium non priuatur feudo.*

QVÆSTIO PRIMA.

11 *Vassallus seruitium extraiuditialiter negans siuè feudi conditionem, an puniatur priuatione feudi?*

12 *Negans incidenter feudum, sed ex proposito punitur priuationis pœna.*

13 *Negans feudum extra iudicium seriosè & deliberate priuatur feudo.*

QVÆSTIO SECVNDA.

14 *Negans feudi conditionem, & seruitium, an licita sit penitentia ad euitandum pœnam priuationis feudi.*

15 *Priuationis feudi pœna datur ratione contemptus Domini, & quia semel mentitur vassallus.*

16 *Negans feudi conditionem, an priuetur ipso iure.*

17 *Quasi contrahitur in iudicijs.*

18 *Mendacium feudatarij, non pratoris, vel Domini authoritas consideratur in pœna priuationis feudi.*

19 *Negans feudi conditionem etiam personaliter arbitrio iudicis punitur.*

20 *Persona Domini debet videri vassallo venerabilis, & honesta, & non contemnenda.*

21 *Vassallus negans non priuatur feudo, si ab etate, vel alia iusta causa excusatur.*

22 *Negans feudi conditionem, & incontinenti se corrigens an priuetur.*

QVÆSTIO TERTIA.

23 *Text. iste an correctus sit in Regno per Capitulum Roberti Regis incipiens, nolumus tuam latere notitiam.*

24 *Negans feudum vel illius partem, & seruitium etiam, in Regno feudo priuatur.*

25 *Seruitium diminutè præstitum habet pœna Quadrupli in Regno.*

26 *Pœna quadrupli de iure communi statuta fuerat in allodio.*

27 *Negans tacitè, & negans expresè diuersimodè punitur.*

28 *Decidendi rationes à Doctoribus tradita impugnantur.*

29 *Negans feudum, & Dominum deficit in fide, & grauiter punitur.*

30 *Noua decidendi ratio, ac diuersitatis inter prædictas conclusiones explanatur.*

31 Serui-

31 *Seruitium soluens diminute non peccat in infidelitate.*

32 *Seruitium præstitum longo, vel longissimo tempore à vassallo tanquam feudatario, si deinde negatur, an cogi possit ad seruitium continuandum?*

33 *Seruitium præstans, an debeat rem ostẽdere, pro qua seruit, vel præsumitur pro toto eius patrimonio seruire? & num. 47.*

34 *Præstatio seruitij longinqua arguit præscriptam inuestituram.*

35 *Actio personalis causata à continua præstatione seruitij non sequitur fundum.*

36 *Inuestitura præscripta oritur ex longæua præstatione seruitij.*

37 *Dominus an debeat rem ostendere, super qua seruitium habet.*

CAP. VASSALLVS si feudum.

TEX. iste in tres partes diuiditur. In prima statuit pœnam priuationis feudi contra vassallum ex certa scientia negantem feudum, vel illius conditionem,
1 idest seruitium feudo impositum, vt exponit Cuiac. libro tertio, titu. quinto, post Isern. & alios hic. in secunda, non priuat alium vassallum hoc scientem, & non detegentem.

2 In tertia disponit in beneficium Vassalli celantis aliam rem veluti allodium, vt ex hac occultatione feudum non perdat. Secunda ibi alius. Tertia ibi, aut si aliam rem, hoc dicit in summa, vassallus scienter negans feudum, vel seruitium feudo impositum conuictus eo priuatur. Sed negans allodium non priuatur feudo, alius autem vassallus id detegere non tenetur, concordat text. in capit. fin. de leg. Corradi capitu. vassallus feudum il secundo, hoc eodem tit. & concordat consuetudo Parisiensis §. 30. quem docto Glossemate illustrauit Doctor ille, & insimul istius cap. materiam explicauit, cui recurrendum erit, ex quibus iuribus colligi-
3 tur quoque conclusio, quod allegant inuestituram incumbit onus probandi Alexand. consilio 136. numer. 2. lib. 1.

Gloss. prima, hic communiter recepta benè exponit text. loquentem de scientia intelligendum, ita vt crassa, & supina ignorantia non sit excusata, l. nec supina, ff. de iur. & fac. ignotan.

Et vlterius progrediendo resoluit quæstionem feudatarii, qui feudipar-
4 tem negauit, an conuictus toto feudo priuetur text. in capitu. primo, infra de vassal. qui contra Constit. Lothar. feudum alienauit, statuit pro ea parte tantum negata priuari, & non toto feudo, Pœna enim crimini proportionabilis esse debet l. sancimus C. de pœnis, & in hoc quoque Gloss. communiter hic ab Isern. Bald. Aluarot. Præpos. Authore quodam. §. 30. nu. 6. Ias. & alijs in l. fina. C. de iure emphiteut. ac cæteris recipitur: quicquid dixerit Petrus de Cernetis hic com-
5 muniter reprobatus, in emphyteosi eadem conclusio procedit, Speculat. de locato, §. nunc aliqua versicu. 29. Barbat. consilio 37. libro secundo. Iason. & alij in l. secunda, C. de iure emphyteo.

6 Not. ex text. quod vassallus conuentus à Domino scienter negans rem, quam tenet esse feudalem, nec à Domino tenere, amittit feudum, concordat text. in capit. vassallus feudum il secundo, infra hoc eodem tit. Iacobi. in versiculo dictique Vassalli promiserunt non committere feloniam, columna nona, causa vndecima Curt. in quarta part. versicu. 19. causa priuationis: vltra Docto. hic, & ex hac scientia præsupponitur cul-
7 pa, & dolus, ex quo oritur pœna priuationis.

8 Limitatur prima conclusio, vt non procedat in vassallo ignorante, quo casu probata ignorãtia eidem subuenitur dicto capitu. vassallus feudum el secundo, hoc titu. Author quidam bene dicto §. 40. nu. 5.

Limitatur secundo, ut non procedat, quando dubius esset uassallus, & dubitanter responderet, quo casu nec etiam priuabitur feudo, quia in homine dubitante non cadit dolus dicto capitul.

pit. uassallus feudum in tertio dicto.
9 Tertio in hærede, in quo probabiliter cadit ignorantia l. qui in alterius de reg. iur. Iser. in constitut. si uassallus septima column. uersic. secus si ignoranter. plures alias ampliationes, & limitationes posuit Quidam Author. dict. §. 30. ultra Mann. in prima Author. numero sexto, & tertia Author. numero 45. Afflict. decision. 255. Camer. fol. 76. column. tertia, & alios, quorum dicta non repeto, & quid in vassallo inope, qui propter inopiam non præstitit seruitium non dolosè
10 Camer. fol. 94. colum. prima post Iser. ibi Iacob. Ardizo. & alios.

QVÆSTIO PRIMA.

11 DVBIVS tamen est ille articulus, an text. iste procedat, nedum in negatione Iudiciali, sed etiam in extraiudiciali. Auctor quidam §. 30. numero 17. tangit articulum concludens procedere etiam si negatio in iudicio fiat, nedum principaliter, sed incidenter: ex proposito
12 tamen, & dolosè, imo etiam extra
13 iudicium dummodo seriosè, & deliberatè fiat, non per lubricum linguæ vassallo non perseuerante argument. l. quicquid calore de regul. iur. lubricum linguæ faciliter ad pœnam trahi non debet l. famosi ad leg. Iuliam maiestat. & contemnitur ab Imperatore leuiter dictum l. vnica C. si quis Imperator. maledixer. Et in terminis ego addo Affl. decis. 255. & ibi Addentes late.

QVÆSTIO SECVNDA.

14 QVÆRIT hic Iser. an vassallo neganti feudum, vel seruitium ad euitandum pœnam huius capit. licita sit pœnitentia, postquam semel in iudicio negauit, vel etiam extra iudicium ex proposito tamen, & dolose, non ex ludibrio, vt supra proxime dictum fuit? Iser. confirmauit sententiam contra vassallum, qui semel contentiose negauit non obstante pœnitentia etiam re integra, vt amittat feudum, quem defendit, & sequitur Auctor quidam §. 30. quæstione quarta numero 18. Iacob. tamen de Beluiso post Ardizo. fuit in opinion. vt licita sit vassallo pœnitentia, vsque ad litis contestationem imo dubitando dixit Beluis. vsque ad sententiam: sequuntur Bald. Aluar. & Præpos. hic.

Mihi tamen Iser. & eius classis opinio semper iuridica visa fuit, etenim
15 pœna hæc datur ratione contemptus Domini, & quia semel mentitus est, eo ipso extitit conditio huius capitul. & capitul. vassallus feudum il secundo hoc eod. titul. cum simil. imo ip-
16 so iure fuit priuatus feudo secundum Afflict. decision. 255. quamuis in hoc contentio aliqua sit inter Doctores, & sic in pœnam mendacij punitur l. de ætate §. qui interrogatus de interrogato. actio. Vnde dum semel negauit quæsitum est ius domino, quod eo inuito auferri non potest regula ius nostrum l. fin. de pactis leg. si post mortem §. fina. de contractab. & sic non est locus pœnitentiæ. In-
17 super in iudicijs quasi contrahitur l. 3. §. idem scribit de peculio. ergo eo ipso, quod negauit ius suum amisit ex hoc quasi contractu. Et si tu subtilis diceres hæc argumenta procedere ratione iudiciarij contemptus, & quando in iudicio negat vassallus, non tamen si extra iudicium ex his, quæ supra in præcedenti articulo tetigimus, & sic rationes non sunt generales, huic dubio respondet Vlpianus in dict. leg. de ætate §. qui interrogatus, dicens hæc verba, sed si a Prætore fuerit interrogatus nihil facit Prætoris authoritas sed ipsius re-
18 sponsum, siue mendacium, pœna igitur hæc fundatur in feudatarij mendacio, non in iudicis, siue Domini auctoritate, & sic dum iudicialiter, & extra mentitur, eo ipso priuatur, & Domino quæritur ius, quod ab eo absque ipsius facto auferri non potest dict. regula ius nostrum, & Afflict. decisio. 255. testatur decisum fore in mendacio extraiudiciali & feudatarium feudo priuatum. dico tamen quod augetur pœna ratione contemptus iudicis, cuius persona semper

C vene-

venerari debet l.final.de iurisd.omn.
iud. ita vt arbitrariè ratione contem-
ptus personaliter puniri etiam possit
vltra feudi priuationem, pœna inquit
19 Isern.non desinit esse nocens Loffre.
tamen & Lipar. legunt, pœnitentia,
ego autem expono, pęnitens non desi
nit esse nocens l. qui ea mente de fur-
tis, consumauit delictum mentiendo,
& sic non est locus pœnitentiæ, quia
delinquens puniendus est l.final. de
legat. primo, alias omnes homicidæ,
delinquentes pœnitentia ducti puni-
rentur, quod est satis absurdum.

20 Rursus persona Domini debet vi-
deri vassallo venerabilis, & honesta
non contemnenda,& neganda, præte
rea text. in capit. vassallus feudum el
secundo, hoc eodem titu. dicit, quod
vassallus negans feudum amittit per
verbum præsentis temporis. Ergò
non datur pęnitentia, quia simel ex-
titit conditio huius capitu. & sic res
non dicitur amplius integra, dum se-
mel fuit mentitus, & dominus con-
temptus, ex his non obstat, §.fin. dicta
l.de ætate.

Limitatur tamen conclusio, vt non
21 procedat, quando ætas, vel alias iusta
causa vassallo neganti patrocinatur ar-
gumento dicta l. de ætate §. ex causa
22 cum sequent. vel quando in continen
ti, antequam Dominus confessionem
acceptauerit, vel ad eius animum in-
iuriam sibi factam reuocauerit peri-
tiores consulendo pro commisso, vel
aliter eius mentem detegendo vassal-
lus negationem reuocauit, tunc enim
ex subita reuocatione non videtur fi-
ctum, vel indeliberatè factum, non
ex animo l.tertia de diuor. l. quicquid
calore cum similib. de regul. iur. Au-
thor quidam, dicto §. 30. numero 18.
qui in pluribus alijs articulis materiæ
consanguineis doctè loquitur.

QVÆSTIO TERTIA.

23 QVÆRO TERTIO cum
Isern. an dispositio istius text.
habeat locum in Regno, vel per capi.
Regis Roberti incipiens nolumus
tuam latere notitiam sit in omnibus
text. iste correctus ? faciamus duas
conclusiones. Prima est, quando
24 vassallus negat feudum, vel illius
partem, & conditionem, idest serui-
tium, vt supra in principio exposui-
mus, hoc casu etiam in Regno feu-
do priuatur, neque in hoc capit. Re-
gni aliquid noui statuit Afflict. decis.
255. & ibi Addentes, & Doctores in-
ferius in secunda conclusione citandi.

Secunda conclusio est, quando feu
25 datarius non in totum negauit serui-
tium, sed illud fecit diminutum vel
in pecunia soluit diminutè, si cum con
sensu Regis in pecunia soluit serui-
tium, sed diminutè, hoc casu non
priuatur feudo in Regno, sed pœna
quatrupli punitur feudatarius in eo,
quod diminutè fecit, vel soluit Isern.
hic, & in constitutione si vassallus co
lumna 7. versicu. quid si feudatarius,
& ibi Afflict. Camer. fol. 76. colum.
3. versicu. secunda conclusio, & fol.
94. lit. F, Frecc. in 5. author. numero
16. Afflict. in cap. sed nec est alia iu-
stior numero 47. supra titu. primo Pa
ris de reintegra. feu. Capic. in cap. feu
da addotant. columna fina. Adden-
tes ad dictum capit. Regni, & cæteri
Regni, periti communiter sequuntur
varijs in locis.

26 Hæc pęna quatrupli a iure commu
ni Romano sumpta fuit l. aufertur in
fine ff. de iure fisci l. qui in contracti
bus. C. eod.

Diuersitatis rationem assignat Iser.
27 inter has duas veras conclusiones di-
cens, capitu. Regni procedere in ne-
gante tacitè, seruitium præstando di-
minutè, cæterum text. iste procedit
quando expresè negat scienter inter-
rogatus à Domino quia alia est causa
voluntatis expresę quàm tacitę l.
eum, qui certatum de verb.oblig.in fi
ne, & nimia contumacia plus punitur.

Tertio quia lex non corrigitur, ni-
si quatenus expressè corrigitur, & in
his, in quib. corrigēs expressè loquitur
§. trib. Auth. quib. mod. natur. effic. sui,
alium pratium dat intellectum hic Af
flict. numero 33. dicens capit. Regni
procedere, quando vassallus non in-
terrogatur, ad non & vassallus respon
dit dicendo mendacium, quod soluit
diminutum seruitium.

CÆTE-

28 CÆTERVM duæ primæ deci-
dendi rationes edicta etiam illa Afffli-
cti patum iuridicę sunt. Expressum, &
tacitum idem operatur l. tum quid si
cert. petat. & in vtroquecasu concur-
rere debet dolus vassalli non soluen-
tis, & fraudantis, alias non punire-
tur, nec in quattuplum (vt supra di-
ximus) & text. in l. qui in contracti-
bus C. de Iure fisci, & l. aufertur in
fine ff. eod. ex quibus ortum habuit
capit. Regni, præsupponunt dolum
alias non posset sequi pœna leg. san-
cimus C. de pœnis, & vbi dolus con-
currit, est plusquam contumacia.
Nec fundatur text. iste in interroga-
tione facta a Domino, vt Afflict. di-
cit, sed in mendacio, & in fidelitate
vassalli negantis dominum, siue ab-
sente, siue præsente domino, & tam
iudicialiter, quam extra vt idem Af-
flict. dicit decision. 255. & nos cum
Authore quodam, supra tetigimus, in
terrogatio ergo hæc quam Afflictus
præsupponit non est de essentia, nec
est vera diuersitatis ratio.
Noua igitur, & Analitica inter prę
dictas duas veras iuris conclusiones
29 differentiæ ratio, & decisio explana-
ri potest, quia primo casu negans feu-
30 dum, & dominum deficit in fide, &
tanquam infidelis grauissimè deli-
quit: negans substantiam feudi, quod
a fidelitate dicitur, & merito feudo
priuatur in hoc text. cum similibus.
Qui vero obedienter seruitium sol-
31 uit, vel fecit, sed diminutè non pec-
cat in infidelitate, sed in quantitate
tantum, vel in solutione pecuniæ, &
sic vti mitius peccans tanquam frau-
dator punitur in quatruplum. dict. l.
aufertur in fine ff. de iure fisci l. qui
in contractibus Cod. eod. probantur
hæc in dicto capit. Regni ibi obedien-
ter veniens præstet personale serui-
tium, tamen non integrè, &c. ratio
igitur illius decisionis in obedientia
fundata est, & ea ratione in Quatru-
plum tantum punitur, textus autem
iste fundatus est in inobedientia, &
infidelitate, & hac de causa grauiter
punitur priuatione feudi, illa tamen
Iserniæ ratio prædictis suffragari po-
test, quia lex in his, in quibus ex-
pressè corrigitur tollitur in reliquis
vero capitibus remanet incorrecta di-
cto §. tribus. Auth. quib. mod. natu-
ral. effician. sui. ex quibus liquet Af-
flict. error, & quorundam nouissi-
morum scribentium hic numero o-
ctauo in fine qui terminos, & iuris
veras regulas confundunt.
32 QVÆRO QVARTO cum
Iacobo de Beluiso post antiquos hic;
vassallus præstitit seruitium longo,
vel longissimo tempore tanquam vas-
sallus, demum denegat seruitij præ-
stationem, & negat etiam feudum,
An possit cogi ad seruitium præstan-
dum? Et hinc oritur secunda quæ-
stio (præsupposita opinione commu-
ni affirmatiua, quod ad seruitium ex
hac præstatione teneatur in futurum)
An debeat tem ostendere cuius causa
33 præstitit seruitium, vel præsumatur
pro toto eius patrimonio præstitisse,
Iacob. Beluis. hic formauit quæstio-
nem, & in vtreque articulo eius sen-
tentiam prætulit contra vassallum: se-
quuntur Aluaro. Martin. Lauden. &
Afflict. hic & non discrepat Præpo-
sit. qui doctè loquitur, & ex antiquis
Nicol. de Neapol. hic Azzo in eius
Broccardo, qui incipit, sed si soluerit
præsumitur de toto patrimonio Ia-
cob. de Ardizo. capit. 78. Gloss. in l.
secundo versiculo repellere in fine C.
de iure emphi. Alber. in leg. si certis
annis C. de pactis, & aliqui, quos al-
legat hic Præposit. communis tamen
Auriga Iser. præ cęteris distinctè di-
sputauit articulos in capitul. primo de
controuers. int. mascul. & fœmin. nu-
mero tertio versic. quid ergo si vassal-
lus vsque ad numerum 10. inclusiuè,
& in l. Imperialem §. illud de prohi-
bit. alien. per Feder. numero 66. vbi-
que concludit contra vassallum cum
aliquali tamen modificatione in se-
cunda quæstione vt per eum.
Plures leges hinc inde congerunt
Iacobus Ardiz. & Beluis. sub ten.
tamen magis probant leg. cum ali-
menta de alimentis, & cibar. legat. l.
si quis argentum §. primo C. de dona-
tio. l. certum de confess. 12. quæstio-
ne secunda, longinquitate, & in se-
cundo articulo l. si fideicommissum

§. tractatum ff. de iudic. subdit Isern.
34 quod ex hac præstatione longinqua oritur præsumpta inuestitura, seu promissio, & actione personali cogi poterit vassallus ad soluendum, vel præstandum seruitia in futurum allegat illa notabilia iura, cum de in rem verso de vsuris. si certis annis Codice de pactis leg. obligationum §. plane de action. & obligation. & hæc actio personalis ortum
35 habens ex continua præstatione non sequitur fundum leg. finali in fine de contrahend. emption. hæc enim solutio census, vel seruitij præstatio, verè non facit bona censualia, vel feudalia, si non probatur verè contractum præcessisse leg. hærennius de decurio. leg. si quis Cod. de Fabricens. libro vndecimo lege vxori §. scorpitum de vsufruct. legat. oritur tamen ex hac solutione, & præstatione iuris præsum-
36 ptio præcessisse contractum Glossa in dicta leg. secundo versiculo repellere in fine Cod. de iure emphiteu. quæ duo iura allegat, & ibi Doctor. capitulo primo in princip. de consuetud. recti feud. probatur in sequenti capitulo, si quis per triginta vbi quæstione quinta fusius materiam explicabimus leg. finali Cod. de fundis patrimon. libro vndecimo leg. comperit C. de præscript. 30. annor.

Circa secundum articulum probatur conclusio supra firmata, nam
37 eo ipso, quod dico me teneri tibi ad decem pro bonis, debeo ostendere, quæ bona Authent. de mandatis Principum §. coges, secus si non dicerem pro bonis, quia actione personali teneor ad decem capitulo primo infr. de controuers. inter masculum, & fœmin. vbi Isernia numero octauo postquam hinc inde enucleauit articulum ad partes arguendo concludit, quod dominus debet probare pro quibus bonis exigit seruitium, vt hic in text. dicitur ibi inde conuictus, &c. & in dicto capitulo primo de controuers. inter masculum, & fœmin. si dominus probare non potest, vassallus ostendere tenetur tot bona, quæ proportionata sint ad solitum militare seruitium, etiam attenta Regni vel loci vbi fit præstatio annua consuetudine circa quantitatem bonorum, pro quibus seruitium taxari solet, & hæc procedunt quantumcunque vassallus sit diues secundum Isern. & bene, & ad hoc confirmandum addatis vos doctrinam Bald. hic dicentis, quod in huiusmodi factis antiquis, & dubijs communis hominum antiqua fama, & memoria factis operatur l. si arbiter de probat. leg. Iudicia Cod. de rei vendicat. cum simil.

Nec obstat text. iste ibi inde conuictus, & capitul. final. de lege Corradi ibi siquidem probatum fuerit, &c. capitulum primum in secundo re spon. infra de controuer. inter masculum, & fœmin. quæ iura requirunt probationem faciendam pro parte domini ad finem, vt vassallo negante dominus obtinere possit, ad quæ iura fortis est responsio, dicit Beluis. Vos tamen faciliter respondeatis, quod annua illa præstatio seruitij est sufficiens præsumptio, & probatio ad condemnandum vassallum ad continuandum solitum seruitium dicta leg. si certis annis Cod. de pactis leg. cum de in rem verso ff. de vsur. capitulo si quis per triginta infra eod. leg. final. C. de fundis patrimon. libro vndecimo cum alijs supra adductis, & sic iura illa, & similia, quæ requirunt probationem faciendam pro parte domini, verificantur in hac probatione, quæ oritur ex continua præstatione iuris præsumptione, merito vassallus ostendere tenetur tot bona feudalia, quæ proportionata sint ad solitum seruitium per eum præstitum, & in futurum præstandum, quæ conclusio in hærede habente probabilem ignorantiæ causam non procedit leg. qui in alterius de regul. iur. Beluisi. & cęteri hic, &c.

SVMMARIVM.

1 *Præstatio seruitij, & possessio triennalis inducit præscriptionem in feudis.*

2 *Text. iste originem traxit a Iure Longobardo.*

3 *Seruitij præstatio uniformis cum cursu triginta annorum, & enunciatio inuestituræ, inducunt iuris, & de iure præsumptionem præcessisse inuestituram, & numero 7.*

4 *Inuestitura allegari saltem debet, sed non produci ad finem obtinendi.*

5 *Allegans immemorabilem possessionem loco inuestituræ, probansque præstationem seruitij uniformem cum cursu triginta annorum obtinet.*

6 *Praxis pro causarum Patronis notanda, & quotidiana.*

7 *Cursus triginta annorum cum releuij, vel adohæ præstatione uniformis, & allegatione inuestituræ sufficiunt ad obtinendum in petitorio.*

8 *Collatio, seu confirmatio unica sufficit ad obtinendum in possessorio, & concurrente cursu triginta annorum etiam in petitorio.*

9 *Ioannes Vincentius Anna feudista doctus.*

10 *Contractus emphyteuticus ex præstatione census præsumitur.*

11 *Emptio, vel donatio de feudo libera non præsumitur spatio triginta annorum.*

12 *Præscriptio Tricennalis specificè opponi debet, nec sufficit opponere exceptionem carentiæ actionis in genere.*

13 *Seruitium semel præstitum sufficit, si feudatarius semper seruire paratus fuit, & cursi sunt anni 30.*

QVÆSTIO PRIMA.

14 *Possessio Tricennalis cum præstatione seruitij, & allegatione tituli, an requirat bonam fidem vel sufficit, si possessor fuit in mala fide.*

15 *Possessor spatio triginta annorum cum ceteris requisitis tutus est exceptione secundum utramque opinionem.*

16 *Præscriptio Tricennalis est merè odiosa, & currit negligentia non petentis nullo attento fauore præscribentis.*

17 *Præscriptio de qua in tex. isto est fauorabilis vel saltem non odiosa.*

18 *Præscriptio hæc est pœna quædam legalis contra non petentes.*

19 *Malæ fidei possessores cauti sint, ne cadant a possessione.*

20 *Interdictum recuperandæ competit vassallo 30. annis possidenti.*

21 *Præscriptio annalis datur in feudis.*

QVÆSTIO SECVNDA.

22 *Præscriptio Tricennalis an prosit quando possidens non habet titulum.*

23 *Ostendere titulũ nõ cogitur possessor 30. annorũ cũ præstatione seruitij uniformi.*

QVÆSTIO TERTIA.

24 *Possessor triginta annorum si cadit a possessione post lapsum triginta annorum, an possit feudum tanquam Dñs vendicare.*

25 *Spoliatus indistinctè semp. est restituẽdus.*

26 *Prædo etiam tuẽdus est in sua possessione.*

27 *Præscribens bona fide habet utilem rei vendicationem.*

28 *Præscribens feuda in Regno spatio 30. annorum cum præstatione seruitij, & præsẽtia aduersarij cõtra quoslibet, erit tutus*

29 *Præsentia aduersarij de iure Regni requiritur ad præscribendum.*

QVÆSTIO QVARTA.

30 *Præscribens si concurrit cum Domino ad vendicandum quis præfertur.*

QVÆSTIO QVINTA.

31 *Dominus utrum spatio triginta annorũ præscribat ius petendi seruitium sicut vassallus, hoc tempore præscribit feudum.*

32 *Præscriptio Tricennalis, est correlatiua inter Dominum, & vassallum.*

33 *Relatiuorum uno posito: necessario sequitur, & reliquum secundũ methaphisicos.*

34 *Præscriptio Tricennalis non sufficit quando præstatio seruitiorum est difformis, & non respectu certæ rei, sed contentaria requiritur.*

QVÆSTIO VI.

35 *Vassallus an possit contra Dominum 30. annorum spatio præscribere libertatẽ, & directum dominium feudi non seruiendo.*

36 *Vassallus semper præsumitur seruire paratus.*

37 *Interpellatio requiritur ad finem, vt vassallus contra Dominum præscribat.*

38 *Seruus potest præscribere libertatem.*

39 *Ciuitates recõmendatæ alicui Regi, vel magno Domino quanto tempore præscribunt: si non præstant præsidium, & subsidium in caualcatis.*

40 *Priuilegium non perditur per non vsum, quando necessitas, vel casus non accidit.*

41 *Vassallus nunquam præscribit nisi requisitus negauerit seruitium allegans libertatem.*

42 *Præscriptio in feudo honorifico quo modo procedere potest.*

QVÆSTIO VII.

43 *Præscriptio subfendatarij, vtrum prosit Domino adeo vt subfeudo resoluto ad Dominum incrementum etiam præscriptũ ad Dominum resoluatur.*

44 *Augmentum spectat ad eum, cui deuoluitur subfeudum.*

45 *Subfeudatarius quicquid præscribit occasione subfeudi accrescit subfeudo.*

QVÆSTIO VIII.

46 *Tricennalis hæc præscriptio inducta per istum text. an de iure feudorum verè militet, vel iura hæc corrigantur per l. Imperialem vt requiratur centenaria, ibi, nullius temporis præscriptione impediente.*

47 *Consuetudo antiqua erat in Regno, per quam feuda non præscribebantur. & numero 56.*

48 *Alienare prohibitus censetur etiam prohibitus præscriptionem pati, & quo modo. numero 57.*

49 *Præscriptio tricennalis secundum communem non est sublata, sed longi temporis decem, vel viginti annorum, & numero 56.*

50 *L. Imperialis cum similibus, quæ præscriptiones tollunt non comprehendunt tricennalem.*

51 *Tricennalis præscriptio contra desides introducta fuit.*

52. *Lex. Imperialem ibi nullius temporis præscriptione impediente, &c. quo modo intelligitur, & num. 54. & 56.*

53 *Clausula non obstante præscriptione non excludit quadragennalem, & multo minus centenariam. & num. 55.*

58 *Alienatio quæ fit à lege, & præsciptio censetur permissa absque assensu hominis.*

59 *Alienare prohibitus non prohibetur hæredem ab intestato venientem instituere.*

QVÆSTIO IX.

60 *Præscriptio Tricennalis, an habeat locum in Regno.*

61 *Præsentia aduersarij requiritur in Regno ad finem præscribendi, & probari debet.*

62 *Tex. iste in Regno non est correctus.*

63 *Assensus Regius per cursum triginta annorum non præsumitur.*

64 *Regnum totum est vna Prouincia.*

QVÆSTIO X.

65 *Præscriptio hæc tricennalis, vtrum contra fiscum in Regno procedat, vel textus iste corrigitur per legem Regni Quadragennalem.*

66 *Præscriptio alia in quęsitis & fisco incorporatis, alia in quærendis.*

67 *Tex. iste in Regno non est correctus in fisco per constitutionem Quadragennalem.*

68 *Constitutio Quadragennalis non remouet donationes, & inuestituras præsumptas ex diuturnitate possessionis & præstationis seruitij.*

69 *Tricennalis præscriptio quomodo contra fiscum opponi potest.*

70 *Cautela pro Aduocatis notanda, & frequens circa modum opponendi exceptionem pręscriptionis Tricennalis contra fiscum.*

71 *Pręscriptio Tricennalis vtrum currat contra serenissimum, & potentissimum Dominum nostrum Regem absentem à Regno.*

72 *Proregis pręsentia an sufficiat ad pręscribendum contra Regem.*

73 *Proreges de nouo feuda donare nequeunt.*

74 *Proreges soliti sunt habere mandata suę Catholicę Maiestatis Domini nostri Regis ad vendendum.*

QVÆSTIO XI.

75 *Pręscriptio Tricennalis completa cum*

fendatario,

QVAESTIO XII.

QVAESTIO XIII.

QVAESTIO XIIII.

Consue-

115 *Consuetudo vicinorum feudorum, eorumque natura vtrum præsumatur in feudo præscripto.*

QVÆSTIO XV.

116 *Tricennalis præscriptio an procedat respectu tertij.*
117 *Possidens feudum bona fide tanquam suum præscribit.*
118 *Præscriptio tricennalis duplex eodem tempore currere potest, quando non Dominus exigit à non vassallo.*

QVÆSTIO XVI.

119 *Merum Imperium vtrum sit sit præscriptibile; & quibus modis præscribitur.*
120 *Iurisdictio qualibet præscribi potest.*
121 *Restitutio in integrum vtrum competat aduersus tricennalem præscriptionem.*

CAP. SI QVIS PER triginta.



REQVENS & vtilis est materia ista, & à Feudistis diuersis in locis cõfuse tamen coaceruata, expedit per distinctas quæstiones altiori methodo ipsam explicare, text. iste succinctè ita sumatur præstatio seruitij; & possessio
1 tricennalis inducit præscriptionem in feudis; hoc dicit, concordat, cap. 1. infra de contrauer. recti feudi cap. 1. §. fin. supra si de inuestit. int. domin. & vasfallis oriatur Glos. notab. in c. fin. ver-
2 sicu. per triginta cum legib. sequen. Iacobus Ardizo, feudorum pater optimè materiam, prout antiquitas patiebatur explicatur capit. 34. sub rubrica vtrum præscriptione acquiratur feudum licet in locis prædictis & in præludijs num. 45. & §. quid ergo nu. 8. de inuest. de re alien. facta, & alibi prout inferius congruis in locis explicabimus Bartol. in l. 3. §. ex contrario de acquirend. posses. & in l. cum de in rem verso de vsuris. Gloss. in l. secunda C. de iure emphit. docto. in l. comperit, C. de præscript. triginta vel quadraginta annor. Ruin. alios locos coaceruat, consilio decimo, numero tertio, libro primo Paris. laté consil. 101. per totum lib. primo.

3 Noto ex text. quod tria copulatiue requiruntur, vt possidens hac tricennali possessione tueri possit. Primo possessio triginta anniorum completorum. Secundo præstatio seruitij vniformis, & non difformis argumento eius de in rem verso de vsur. Author quidam titul. primo §. septimo numero nono. Paris. in capitul. ad audientiam de præscription. Frecc. in prima author. quæstione 28. numero tertio circa finem. Alexand. consilio 136. ipso, & examinato tertia columna libro primo Dec. 144. libro primo Balb. de præscriptio. quarta par. quarta prælud. quæstione 12. versiculo primo igitur fol. 79. Author. quidam late §. septimo numero 18. ad 23. post Afflict. in quarto notab. Iacob Cuiac. lib. primo, de feudis tit. vltimo Franciscus Scherch hic num. 6. Duarenus, cap. 8. Et hæc duo expressè probantur in text. 5. etiam allegari debet inuestitura, quamuis non producatur, & ex his tribus oritur iuris, & de iure præsumptio possidentem, vel eius prædecessores inuestitos fuisse.

4 Tertium hoc requisitum copulatiuè additum est ab Isern. hic post principium ibi si autem dicat se inuestitum allegat Gloss. in l. secunda, versiculo repellere in fine C. de iure emphyteut.

Idem Isern. in præludijs §. illud, & in capit. sciendum supra de feudi cognitio. Alexand. consilio 136. 2. & 3. colum. libro primo, & 133. columna 4. libro 4. vltra Doctores hic Afflic. notabili 3. & 6. & fusius decisio. 324. in primo dubio præsertim, numero quinto, qui conclusionem prædictam etiã
5 procedere dicit, si loco tituli, siue inuestituræ Possidens allegaret immemorabilem, & antiquissimam possessionem, quia probata tantum possessione tricennali cum præstatione seruitij obtinebit, alios congerit, & sequitur Balb. in tractat. de præscriptio. 4. par. quarte principalis versic. 1. igitur.

Consue- quæro

quarto fol. mihi 79. tom. 17. tract. Camer. in l. Imperialem numero octauo lit. C. ponit praxim istius capituli vt dicant cauti patroni causarum ipso-
6 rum habere inuestituram, & loco inuestiturae praesentandae probabunt cursu temporis triginta annorum prae-
7 stitisse seruitium Domino suo. Ex quibus sic copulatiuè probatis inducetur inuestitura quaedam praesumpta, qua vasallus erit tutus, idem Iser. in l. Imperialem §. praeterea ducatus infra de prohibit. feud. alie. per Feder. & in capitul. primo §. quid ergo supra de inuestit. de re alien. facta Bald. consil. 339. column. quarta versiculo quarto probatur libro quarto Anna in rubrica de vasall. decrepit. aetat. versicul. inuestirentur, Buriat. consil. 46. libro primo numero 18. Dec. consil. 144. & mature numero secundo, & quarto Ias. consil. 209. column. prima, & secunda libro secundo Cassan. consil. 11. numero 84. alios congerit Vrsill. ad Afflict. decision. 254. numero quinto, & in materia nouissimè plura scribit Schraderi in tractat. feud. part. quinta capitulo quarto. huiusmodi etenim inuestiturae cum releuij, vel adohae praestatione, & cursu triginta annorum tri-
7 buunt ius ad praescriptionem validam, & ad obtinendum Abbas antiquus in capit. dudum de decimis Afflict. in capit. primo column. quarta per quos fiat inuestit. Andr. in capit. primo §. ille tamen in fine nume. 12. versicul. sed an sufficiat de controuer. apud pares termina. probat vnicam
8 confirmationem, & collationem sufficere ad possessorium, & concurrente cursu triginta annorum sufficere etiam ad obtinendum in petitorio seu in proprietate. decision. hanc vti notabilem commendat doctus feudi-
9 sta Ioannes Vincentius Anna alleg. 144. num. 5. & 6.

Limitatur notabiliter text. iste ab Isern. in constitut. si dubitatio in fine versicul. haec autem allegatio, vt procedat in inuestituris continentibus annuas praestationes, & seruitutes, quae inuestiturae praesumuntur ne dum ex tricennali possessione sed ex praestatione seruitij, sicut ex praesta-
10 tione census praesumitur contractus emphyteuticus l. comperit C. de praescript. triginta annorum l. final. C. de fundis patrimo. l. cum de in rem verso. de vsuris Isern. de controuers. inter masculum, & foemin. numero o-
11 ctauo. Sed in contractibus emptionum, vel donationum in quibus forte allegatur, feudum venditum, vel donatum liberum, absque seruitij praestatione, & in effectu per triginta annos feudatarius non praestitit seruitia, adhuc non praesumeretur contractum donationis, vel venditionis praecessisse, eo enim casu non loquitur text. iste, qui in duobus copulatiue fundatur in possessione, & praestatione seruitij: quorum altero deficiente text. non procedit, est de men-
12 te D. de Ponte consil. 97. numero 17. & haec praescriptio opponi debet, & non sufficit opponere exceptionem carentiae actionis in genere, idem D. de Ponte consil. 47. post Guid. Pap. decision. 221. & alios. Seruitium
13 fuisse praestitum semel sufficit si infra hoc tempus casus alias domino non accidit, erat tamen feudatarius seruire paratus quo seruitio semel praestito, & ex tunc triginta annis elapsis possidens tutus erit capit. cum Ecclesia in fine, extra de causa possess. & propriet. & ibi Innocent. Iser. hic column. secunda versicul. hoc autem Praepos. Martin. Laudens. Aluaro. & caeteri post eum Author quidam titu. primo §. septimo numero nono Misinger. centur. quarta obseruat. 29. Ias. part. 6. Libborius Hactiferus in eius opuscul. feudali capitul. septimo column. tertia. Vesemb. hic capitulo sexto. Gloss. hic format, & non soluit quatuor quaestiones similis Gloss. in capitul. primo supra de feud. dat. in vicem legis commisso.

QVAESTIO PRIMA.

14 QVAERIT Primo an dispositio istius text. & conclusio supra firmata procedat etiam si possessor sit in mala fide, vel requiratur bona fides? innuit Gloss. in opinionem, vt pro-

procedat etiam si sit in mala fide, &
possit vti exceptione sequuntur Isern.
Bald. numero nono Aluaro. numero
tertio Præpos. column. secunda Af-
flict. in primo Notabili numero se-
cundo quicquid dubitando dixerit
Laudens. Beluis. & Nicol. de Neapo-
li, concludit tamen Beluis. quod pos-
15 sidens iste vassallus habet exceptio-
nem, & sic cum communi concor-
dat, probatur in leg. si quis emptionis
C. de præscriptio. triginta annorum
vbi Gloss. & Ciuilistæ, ratio quia ge-
neraliter, & indistinctè loquitur tex.
iste, ergo ita intelligendus leg. de pre-
tio de publicia. secunda quæstione
quinta capit. consuluisti capitul. solitę
de maior. & obed. cum simil. præte-
16 rea præscriptio est mere odiosa; &
currit negligentia non petentis, nul-
lo attento fauore præscribentis, adeo
quod siue in bona, siue in mala fide
cum titulo, & siue præscribens sem-
per per prædictam possessionem tri-
ginta annorum erit tutus contra om-
nes, si est in possessione Bartol. in l. si-
cut C. de præscriptio. triginta anno-
rum. in feudis tamen, & præsertim
17 præscriptio hæc, de qua in text. est fa-
uorabilis potius, vel saltim non odio-
sa, quia vtriusque gratia subuenitur
non solum vassalli, sed etiam Domi-
ni argumento leg. statu liberos §. stic-
cus de statu liber. leg. cum de in rem
verso, de vsur. Bald. & doctor. in ca-
pit. si quis demanso, numero quinto
de controuers. inuestit. sequitur Ias.
in l. prima numero 42. C. de seruis fu-
gitiuis, & quod sit mere fauorabilis
tenet Hieronim. Scurff. consilio 66.
numero 18. libro primo Rodulphus
Schraderi in tractat. feudali par. quin-
ta capit. quarto numero 20. Afflict. in
primo notab. numero 17. Tertio ne
subditi de eorum iure semper dubi-
tent, & propter eorum libertatem est
inductum Gloss. singul. in auth. de
18 tempor. non solut. pecu. §. primo, &
est pœna quædam legalis contra non
petentes argumento l. sed etsi per Pre-
torem §. sed si dum, ex quibus causis
maio. quam allegat Præposit. hic er-
go bona, vel mala fides iure isto, &
etiam ciuili, quo feudales quæstiones
dirimuntur capit. primo supra de feu.
cognit. non est in consideratione sed
in pœnam non petentis, & percipien-
tis seruitia inducta est præscriptio
Bald. hic post alios de iure Iustiniani
id minimè controuerti posse testatur,
& ex hac malæ fidei possessione exce-
ptionem tantum oriri in beneficium
possidentis non actionem ad vendi-
candum, casu, quo caderet a posses-
19 sione nisi adesset bona fides dicta leg.
si quis emptionis §. primo C. de præ-
script. triginta annorum, & ideo cau-
ti sint malæ fidei possessores, ne ca-
dant a possessione Balb. in dicto tract.
20 de præscript. fol. mihi 79. numer. ter-
tio tom. 17. tractat. secus tamen es-
set si vassallus vteretur remedio in-
terdicti recuperandæ, & esset in ca-
sibus, in quibus datur illud interdi-
ctum, tunc enim eo vti posset, & re-
stituta sibi possessione vteretur exce-
ptione contra molestiam eidem infe-
rentes in petitorio, vt dicam infra in
21 tertia quæstione Gloss. datur etiam in
feudis annalis præscriptio cap. Titius
infra eod. concurrente agnatione re-
spectu possessorij feudi scientia, & an-
ni circulo. Dominus Lanar. late con-
sil. 69. numero nono, & 10. quem
pro nunc videte vltra dicta ibidem a
nobis. De iure tamen canonico, an
procedat videte Bald. Aluaro. Præ-
posit. & alios qui Canonistas conge-
runt in cap. fin. & in capit. ad audien-
tiam de præscriptio.

Quæstio Secunda.

22 QVÆRIT SECVNDO
Gloss. an text. iste procedat e-
tiam si possidens non habeat titulum;
concludit, quod sic cum modificatio-
ne tamen supra posita, vt possidens
alleget saltim titulum, & probet pos-
sessionem cum præstatione seruitij,
ex quibus præsumptio oritur titulum
præcessisse, & adesse. Isern. hic Al-
uaro. & est de mente Afflict. & alio-
rum vltra Ciuilistas in dicta l. si quis
emptionis C. de præscriptio. triginta
annorum, non cogitur tamen osten-
23 dere titulum iustum, neque iniu-
stum possidens per triginta annos, &

præ-

præstanà seruitium, sufficit tamen titulum allegasse, prout faciunt periti causarum patroni.

QVÆSTIO TERTIA.

24 TERTIO QVÆRIT Gloss. quid si vassallus iste caderet à possessione post lapsum triginta annorũ, an possit tanquam Dominus rem istam vendicare, Aduertatis ad titulum quæstionis, qui dicit, si caderet a possessione: quia si de facto esset spoliatus indistinctè nemine dissentien-
25 te, esset restituendus, & posset agere possessorio recuperandæ l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi publ. l. prima, C. si per uim, vel alio modo l. si quis in tantam C. vnde vi, etiam si iniustè iudicij auctoritate esset spoliatus c. conquerente de restitut. spo-
26 liat. quia etiam prædo tuendus est in sua possessione, capit. in literis de restitut. spoliat. Afflict. hic numero 8. redeundo ad quæstionem communis est distinctio, quod aut bona fide præscripsit, vel mala fide.
27 Primo casu habet vtilem rei vendicationem contra quemlibet, præterquam contra Dominum secundum communem, cæterum Petr. Cin. & quidam alij in dicta l. si quis emptionis etiam contra Dominum vendicationem permiserunt.

Secundo casu, quando mala fide tunc non potest vendicare, nec habet actionem nisi contra eum, qui sibi abstulit, vel vsurpauit dicta l. si quis emptionis §. penult. distinctio est antiquissimi Feudistæ Ardizo. capit. 54. in fine. versicu. sed quæritur, si vassallus sequitur tacito Authore Aluaro. Affl. & cæteri hic, quæ omnia iure communi procedunt.

In Regno tamen isto per l. Regni,
28 consuetudinem prauam præscribens spatio triginta annorum cum præstatione seruitij contra quoslibet, erit tu tus dummodo aduersarius sit præsens
29 in Regno, quæ præsentia de iure communi, non requiritur. & si ceciderit à possessore habebit actionem ad vendicandum etiam contra Dominum, Isern. hic columna tertia ibi per Constitutionem Regni consuetudinem, & in capitu. primo, §. quid ergo numero 8. de inuestit. de re aliè. facta. & capitu. primo, numero sexto; de Cap. Corradi Afflict. decisio. 324. in primo dub. hæc inter priuatos, an autem cum fisco procedant infra suo loco cum materia l. Regni Quadragennalem fusius explicabimus quæstione 10.

QVÆSTIO IIII.

30 QVARTO QVÆRIT Gloss. quid si prior dominus, & iste præscribens concurrunt ad vendicandum, quis præferatur? Gloss. in l. si quis emptionis dicit, quod præfertur præscribens si fuit in bona fide, quia Dominus perdidit per præscriptionem alterius, & sic præscriptor præfertur, Domino, si contra eum præscriptum sit: Cinus, Ciuilistæ ibidem Ardizo. loco citato Isern. hic versicu. Si verò veniant Aluaro. numero quarto, versicu. quarta quæstio. Afflic. Prępos. & cęteri hic communiter sequuntur, & hinc sumpta occasione Isern. discutit materiam l. is, à quo cum sequenti, ff. de rei vendic. versicul. sed quo modo potest excipere, in qua prouidetur, quod si duo agunt eodem iudicio super vna re consulitur primo venienti, qui compilauit processum, vel obtinuit sententiam per cautionem per eum præstandam de restituendo rem illam, casu, quo secundus isto agens obtinuerit, in qua materia late Dominus Præsid. de Franch. decis. 261. visto loco, qui cæteros congerit.

QVÆSTIO V.

31 SECVNDO QVÆRO, vtrum spatio triginta annorum, Dominus præscribat ius petendi seruitium, sicut vassallus hoc tempore præscribit feudum? Ius agendi actioni personali non potest præscribi, cum non possideatur, vel quasi l. vltima ff. quor. bonorum.

Contrarium est verius, & ita tenet Bald. hic numero 7. versic. sed quæro nunquid. Aluaro. numero quinto, versicu.

ficu. quæro nunquid Afflict. in 6. notab. numero septimo, Speculat. de feudis §. secundo, versicu. Tertio quæritur. Zas. de feudis par. sexta, numero 32. Nouissimè sequitur Rodulf. Schraderi in tractat. de feudis, part. quarta, capitu. quinto, numero 14. & 16. Marti. Laudens. hic in fine, versic. quid autem Ioannes Faber. instit. de iure personar. §. penult. numero quinto, versicu. sed an per cursum. Author quidam, §. 7. numero 21. Duarenus cap. 8. numero secundo, & quinto, Missengerius centur. quarta obser. 28. & 29. in fine Libborius Hatiferus in eius opusculo feudali capitu. septimo, columna quinta, versicu. quemadmodum vice versa Patis de Puteo. de reintegrat. capitu. 172. Ioannes Cefal. benè consilio 173. in fine, qui cæteros congerit & consilio 18. numero 16. libro primo.

32 Est enim præscriptio ista correlatiua quorũ natura illa est, vt vno extremo posito necessario ponatur, & reliquum Aristo. in prædicam. cap. tertio & 7. libro Methaphisices probatur in l. fin. de indicta viduit. tollen. l. si duo patroni §. si quis iurauerit, & §. Marcellus, ff. de iureiuran.

33 Sicut ergo vassallus præscribit isto tempore feudum ita Dominus ius petendi seruitium, hoc tamen intelligas cum eisdem terminis, eademque praxi, supra posita ad vassalli beneficium quia Dominus debet allegare titulum concessionis per eum, vel eius Prædecessores factæ, & probare per exceptionem seruitij vniformem cum cursu triginta annorum, argumento l. cum de in rem verso. de vsuris, & latius supra diximus post Camer. folio 8. columna prima, litera C, & alios.

34 Si tamen præstatio hæc seruitiorum fuerit informis, siuè indeterminata, & non respectu certæ rei facta, tunc tricennalis non sufficit, & ex hac præscriptione non efficitur vassallus Domino Barr. in l. cum de in rem verso, columna fina. ff. de vsur. Schraderi in loco supra citato numero 14. qui centenariam, siuè immemorabilem requirit hoc casu præscriptionem argumento l. hoc iure §. ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua cap. super quibusdam de verborum signifi. alijs medijs hanc conclusionem fusius probat Iiern. infra de controuer. inter masc. & fœmin. numero 8. quem nemo ex prædictis allegat. diximus aliqua præcedente capite. quæst. 4.

QVÆSTIO VI.

35 SEXTO QVÆRO, an vassallus possit contra Dominum triginta annorum spatio præscribere libertatem, & directum dominium seu di non seruiendo? Doctores hic non tangunt hanc notabilem quæstionem Abba. tamen illam format in capitu. ad audientiam, columna final. & ibi Imola Butrius, & cæteri canonistæ de præscriptio. post Ioannem Andr. ad Speculat. sub rubrica de feudis Obertum de Bobio, & alios antiquos, Ioannes Franciscus Balbus in tracta. de præscriptio. in 10. quæstione principali quartæ partis principalis nume. 15. versic. sexto, quæro fol. mihi 79. a tergo, tomo 17. tractatuum, Aym. de antiquit. tempor. par. 5. capitu. incip. absolutis differentijs, numero 29. est de mente Ioannis Fabri Instit. de iure personarum §. penult. numero quinto, versicul. sed an per cursum, Zas. part. sexta. Duaren. capit. octauo, numero quinto. Missinger. centur. quarta, obseru. 28. Libborius Hatriferus, capitul. septimo, columna quinta, in eius tracta. feudali, idque procedit ex natura correlatiorum, quorum eadem est natura l. vltima C. de indicta viduit. tollend. postquam supra probauimus per hunc text. vassallum posse præscribere præstando seruitia feudum ipsum, ergo non præstando potest præscribere libertatem Bald. in ca pit. licet secundo notab. infra eodem titu. subdit hæc verba, Nota, quod va

36 sallus, qui est paratus præstare seruitia, quod præsumitur, nisi interpella-

37 tus negauerit, nũquam præscribit cõtra dominum suum, quia per eius affectum dominus videatur esse in quasi possessione continua seruitiorum argumento. de vsufruc. l. arboribus, §. idem tractat, quod est notabile, quosdam

damnalios hac de re non loquentes al-
legat Lipari ad Iser. ibid. in prima ad-
ditione in fin. sequitur ibidem Aluar-
rot. secundo notab. & Afflict. nume-
ro secundo qui Alexand. Bart. & alios
allegat, confert doctrina Parid. de Pu-
teo de reintegrat. feudor. capitul. 96.
Duaren. capit. octauo numero sexto
Cassan. consilio 65. numero 26. 27.
Doctor. in l. Imperialem §. praeterea
infra de prohibit. alien. per Feder. pro
vassallo allegatur l. omnes C. de prae-
scription. triginta annorum in opposi-
tum argui potest, quia nunquam vas-
sallus interpellauit ius domini, dicen-
do eum non suum dominum ergo
non potuit sibi mutare possessionis
causam l. cum nemo Cod. de acquir.
possess.

Vbertus de Bobio distinguit duos
casus. Primus quando vassallus te-
netur ad certas pensiones Domino,
veluti tenere equum pro feudo, &
quid simile, & tunc Domino impu-
tatur, qui illas non exegit. Si vero
est feudum honorificum, non est,
quod possit domino imputari, qui nil
potuit exigere. Secunda distinctio
est, verum intra illud tempus trigin-
ta annorum dominus habuerit nego-
cia, ad quae vassalli essent vocandi, &
verisimiliter Dominus eum vocasset,
si vassallus fuisset, vt in militia, vxo-
re ducenda, &c.

Et his casibus alijs vassallis seruien-
tibus, iste seruitium non praestitit, ius
domini interpellasse videtur, & li-
bertatem praescripsit, quae etiam ser-
38 uis praescribi potest l. prima, & secun-
da C. de praescript. quae pro libertat.
vel non habuit negocia, in quibus va-
sallorum seruitia erant necessaria, ea
non praescripsit, has distinctiones ap-
probat Abb. si concurrit vassalli bo-
na fides, quae secundum eum, & plu-
res Canonistas omnino requiritur
contra opinion. Gloss. hic, sed de ip-
sius veritate cum Gloss. supra dixi-
mus.

Vltima haec distinctio non est iuri-
dica, quia si casus non euenit, in quo
vassallus seruitium praestare debuis-
set, etiamsi per mille annos stetisset,
non praescribit capit. de quarta de prae-
scriptio. capit. Sancimus supra de feu-
do sine culpa non amittendo, vbi est
text. notabilis leg. arboribus vbi Do-
ctor. ff. de vsufruct. capit. licet infra
hoc titul. Bart. in l. cum scimus circa
medium C. de agricol. & censit. libro
11. dicit, quod si terrae recomendatae
39 praesidium, & subsidium in caualca-
tis, & exercitibus extra Ciuitatem
euntibus, per centum annos stete-
runt, quod non praestiterunt, eo, quia
Ciuitas non requisiuit, licet casus e-
uenerit, quia tamen copiosa erat gen-
tibus suis, non propter hoc terrae prae-
dictae recomendatae, vel subiectae li-
bertatem dicti seruitij praescripserunt,
nulla etenim Ciuitati culpa imputa-
ri potest, quae necessitatem dicti sub-
sidij non habuit l. in filijs C. de decu-
rion. ibi, quae onera, etsi necessitas
non exigit, tamen patriae non remit-
tit, & ibi notat Bart. Felin. late in ca-
pit. cum accessisset nona, & 10. co-
lumn. de constitut. in simili, quod per
non vsum non amittitur priuilegium,
40 quando necessitas, vel casus non acci-
dit Aluaro. in capit. licet secundo no-
tab. hoc tit.
41 Requiritur igitur vnica ad minus
requisitio facta vassallo vt seruitium
praestet Domino, & quod ipse nega-
uerit cum cursu temporis triginta an-
norum, & hoc casu praescripsit liber-
tatem contra dominum per hunc text.
concurrente requisito supra firmato
cum Gloss. vt vassallus iste alleget ti-
tulum sui feudi franchitia seruitij prae-
statione, & probata hac quasi posses-
sione libertatis, quia requisitus no-
luit seruire cum cursu istius temporis
francus erit a seruitio, per hunc text.
& alios concordes in euidentialibus
allegatos, & ita intelligenda esset pri-
ma distinctionis pars, & in hoc con-
cordat Bald. & communis opinio. In
42 feudo vero honorifico dixit Oberto
non dari praescriptionem, errat quo-
que in hoc, quia vassallus vltra quod
tenetur ad illa sex iurata capit. primo
de noua forma fidel. supra tenetur e-
tiam dominum vti dominum vene-
rari, eiusque necessitatibus a iure sta-
tutis occurrere, associando, comi-
tando, hospitando, nec non contri-

buendo in sumptibus,in aduentu Re-
gis in domo domini hospitantis, & in
Regno ad aliqua alia statuta per con-
stitut. quamplurimum, & per alias
leges communes, & Regni, & in his
casibus requisitus, & denegans vas-
sallus libertatem præscribit, & sic e-
tiam in feudo honorifico tricennalis
præscriptio locum habere potest.

QVÆSTIO VII.

43 QVÆRO SEPTIMO
vtrum præscriptio subfeudata-
rij prosit domino, adeo vt subfeudo
resoluto ad dominum, incrementum
etiam præscriptum ad dominum re-
soluatur? Quæstio hæc in tres præ-
cipuos articulos diuiditur.

Primus erit, si subfeudatarius sub-
alternus acquisiuit aliquid per viam
præscriptionis ad feudum, quia tam
primus, quam secundus subfeudata-
rius de re aliena fuerunt inuestiti, an
tale augumentum remaneat apud se-
cundum subfeudatarium resoluto iu-
re primi. Bald. in capit. rursus nume-
ro quinto supra de controuers. inue-
stit. & ibi Aluaro. numero septimo
format quæstionem Balb. de præscri-
ption. secunda part. quartæ princ. fol.
79. a ter. versicul. quinto quæro tom.
17. tractat. Isern. in §. si quis de man-
so de controuers. inuestitur. Author
quidam §. septimo numero 29. & 30.
44 late concludentes augumentum spe-
ctare ad eum ad quem deuoluitur
subfeudum. notatur in leg. indebiti de
condit. indebit. ea ratione quia præ-
scriptio accessoria a primo titulo cau-
satur, & regulatur l. qui alienam, &
l. si alienam ff. de donatio. caus. mort.
& in hac prima conclusione cum Bal.
concurratis.

Dum tamen in secundo articulo
concludit Bald. & Aluaro. pro præ-
scribente, quando præscripsit vltra
terminos concessionis ex quadam fa-
cti ignorantia, absque aliquo autho-
ris titulo, quo casu putauit Bald. non
resolui rem præscriptam per resolu-
tionem authoris, sed remanere pe-
nès ipsum præscribentem per text. in
l. debitor. §. final. ff. ad trebell. pon-
derando text. illum, vt in re præscri-
pta non habeat ius per titulum au-
thoris, sed per errorem, & conse-
quenter titulo resoluto non resol-
uatur res præscripta, ibi, sed er-
rore.

Ergo contra Bald. & Aluaro. hoc
casu concludendum puto, retorquen-
do eundem text. contra Bald. ibi nec
occasione hæreditatis, & ibi non qua-
si hæres, &c. Ergo si quasi hæres, &
occasione hæreditatis restituere tene-
tur, quæ qualitates, & ipsarum quæ-
libet sufficiunt ad terminandum arti-
culum contra subfeudatarium præ-
45 scribentem, qui occasione feudi vl-
tra limites feudi concessi præscribit,
& quasi feudatarius, sufficit, ergo vt
occasione feudi sit a principio radica-
ta, & cœpta præscriptio secundum
text. illum, vt feudo postea resoluto
res etiam præscripta, siue incremen-
tum præscriptum resoluatur, hæc o-
pinio per alias rationes est recepta a
Martino Laudens. & Præpos. in dicto
§. rursus, illamque pluribus medijs, &
authoritatibus defendit Author qui-
dam contra Bald. & Aluaro. in dicto
§. septimo numero 29. & 30. cui re-
currendum, quando casus acciderit.
Et hanc opinionem verissimam esse
non dubito, quando præscriptio post
infeudationem originem habuit, &
sic occasione subfeudi, secus tamen
esset si ante concessionem cœpta fuis-
set, vel res ipsa, vt burgensatica es-
set possessa, & præscripta, quo casu
termini quæstionis non procede-
rent.

Tertius est articulus, quando duo-
bus pro diuiso concessum est territo-
rium in feudum, vnus tamen per iu-
stum errorem præscripsit fines alte-
rius, vtrum eo mortuo sine hærede
res præscripta ad dominum, vel ad
conuassallum redeat, & in hoc bene
Doctores prædicti concludunt, quod
proprietati consolidatur. Ad illum
etenim qui amisit reuerti non potest
l. sicut in annos ff. quibus modis vsu-
fruct. amitt. Id enim quod perditum
est non utendo, postmodum recupe-
rari non potest argumento l. final. C.
de remiss. pignor. transit ergo cum ti-
tulo,

tulo, illoque resoluto incrementum etiam præscriptum censetur resolutum per iura in primo articulo allegata, Anthor quidam, post alios loco supra citato.

QVÆSTIO VIII.

46 QVÆRO OCTAVO vtrum simpliciter, & absolute de iure communi feudorum militet præscriptio tricennalis inducta per tex. istum vel requiratur centenaria? & in summa dubitatur, Vtrum text. iste cum capitu. primo, de consuetud. recti feudi. & capit. primo, §. final. si de inuestitu. inter dom. & vassall. lis oriatur cum similibus supra in princip. adductis correcti sint per text. in cap. præterea infra de cap. Corradi, & l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder? ibi nullius temporis præscriptione impediente, quia quod ab initio de iure non valuit tractu temporis conualescere non debet, regula quod ab initio de regul. iur. concordat capitu. quid ergo vbi Glos. supra de inuestit. de re aliena. facta? Pileus antiquus Glossaror, quem refert & sequitur Afr dizo. in summa capit. 54. columna 5. fuerunt in opin. vt tricennalis præscriptio per iura prædicta sit sublata, sequitur Isern. in dicto capitu. præterea de capit. corradi, & ibidem hic se remittit Afflict. decisio. 254. refert, sed eius opinionem non aperit Cannet. folio 23. numero secundo. in extrauaganti volentes. text. etenim dictæ l. Imperialem dicit nullius temporis, & cætera.

Ergo nil excipit l. si seruitus de seruit. vrban. præd. eoque magis quia Imperator Federicus Secundus, qui fuit Siciliæ Rex testatur de consuetudine antiqua in Regno, per quam feuda quamuis magna temporum longinquitate possessa præscribi non poterant in l. Regni Consuetudinem præ-
47 tuam quæ attestatio aliqualem etiam extra Regnum fidem facit, dum testificatur de hac consuetudine. Principis enim sententia super vno negotio lata inter omnes ius statuit l. final. C. de legibus.

Item sicut Vassallus prohibitus est
48 alienare per l. Imperialem, & l. Imperialis de prohib. alien. per Federic. & Lothar. ita censetur prohibitus præscriptionem pati, quæ in fraudem Domini quodammodo fieri videtur l. alienationis versiculo. de verbor. um significa.

49 Communis tamen, & verior Feudistarum, & Canonistarum opinio est, vt tricennalis præscriptio per iura prædicta, & alia præscriptionem tollentia, non sit sublata, sed tantum præscriptio longi temporis decem, vel viginti annorum introducta in beneficium titulo possidentium, & text. in l. Imperialem, & ca. præterea de Cap.
50 Corradi tollentes præscriptionem intelligantur de prædicta præscriptione decem, vel viginti annorum, non de tricennali, quo tempore omnis actio tollitur, & præscribitur l. sicut, C. de præscriptio. triginta annorum, originatis fuit opinio Gloss. in dicto capit. præterea in versicu. præscriptione de Cap. Corradi, quam communiter sequuntur ibidem Feudistæ Beluisius, Bald. & ibi Barbatia in additione Afluaror. Cardinalis, Landen. & Nicol. de Neapol. Socin. consilio 86. column. tertia, libro primo. Decius consilio 144. numero tertio & quarto, Cassan. consuetudin. Burgund. Rubrica Des fiedz versicu. sed quæro nunquid feudum possit præscribi, Ruin. consilio 185. videtur numero quinto, libro primo, Ioan. Andr. ad Specula. rubrica de feudis, columna secunda, qui testatur hanc opinio. tenuisse Dinum consilio 49. Barbatia, consilio 18. difficile est, columna septima, versicu. circa aliud dubium Ias. in l. prima, column. antepenult. versic. aduerte tamen C. de seruis fugitiuis, & alij, quos refert & sequitur Tiraquell. in secundo retractu §. primo, Gloss. secunda, numero 12. Curt. in secunda part. feudor. quæstio. tertia, columna secunda versic. non omitto, Capic. in l. Imperialem §. vnde Imperator Lothar. in princip. & columna 3. Cappella Tholosana decision. 398. & ibi Addentes Panormita. consilio 14. lib. 2. & in ca. final. de præscriptio. melius in capitu.

ad audientiam, numero 14. eodem titul. & ibidem Innocen. Anton. Butr. Bald. Hostien, & sequitur ibi Cardin. Paris. in repetit. Barrholomęus Cæpolla, in repetit. capitulo primo, de feu. cognit. Balb. in tractat. de præscriptio. in quarta part. quartæ principalis quæstio. 12. versicu. quarto quæro folio mihi 79, a ter. Curt. Sen. consil. penult. capio primum Camer. in l. Imperialem fol. 8. columna prima, qui de prædictis nullam fecit mentionem Aurhor quidam, titu. primo §. septimo, numero 8. Afflict. in constitut. si dubitatio nume. 10. & nouissimè Rodulf. Schraderi in tracta. feudali part. quarta, capi. quinto, numero decimo, ante eum Guter. quem refert. & sequitur Cuiac. de feudis libro quarto, tit. 49. Libborius Hattiferus in suo Opusculo de feudis capit. septimo, columna quarta, versicu. vetius tamen est, Duarenus de feudis capitu. 8. numero quinto, Paris de Put. in tracta. de reintegrat. feudor. capit. 96. Roland. consilio tertio, numero 79. Aluarot. inter consi. Bruni, consil. 61. Cravet. de antiquit. tempor. quarta part. principali secunda particula incip. absolutis, numero 29. qui reprehendit Afflict. dicta decisio. 254. & hanc communem esse restatur Menoch. consil. secundo numero 312. qui aliquos congerit Dominus Ioannes Vinc. Anna in l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ, numero 187. & eius filius singul. suo 194. in hanc quoque partem inclinare viderur Missingerius centur. 4. obseruat. 29. Card. Paris. larè consil. 101. num. 77. lib. 1.

51 Hæc tricennalis præscriptio contra desides, & sui iuris contemptores introducta est, vt differentia sit inter desides, & vigilantes l. vt perfectius, l. fina. C. de annali except. vigilantibus subueniunt iura, l. pupillus in fine, quæ in fraudem credito.

Nec credendum est Romanum
52 Principem, qui iura tuetur, sub hac
clausula non obstante præscriptione
voluisse totam iuris machinam, & præ
scriptionis regulas corrigere, & euer-
tere, argumento, l. si quando primo re
sponso C. de inoffic. testamen. pro hac
opinio. est bonus text. in capit. porrò
supra qualiter olim poterat feudum
alienari.

Item hoc tempore omnis actio tol-
litur, l. omnes C. de præscriptione tri
ginta annorum. Item Glos. Barto. &
Angel. in l. si quis decurio. C. de de-
curio. lib. decimo. Concludunt, quod
præscriptio quadraginta annorum nō
53 intelligitur exclusa, vbi in aliquo sta-
tuto, vel dispositione adest clausula
nulla præscriptione obstante, idem te
ner Angel. per l. vniuersas C. ne rei
dominicæ, uel templo. in l. non so-
lum ff. de vsucapio. & in l. quod si no
lit §. si quis ita de ædilit. edict. idem An
gel. consilio 54. Iulianus, & Francis-
cus Roma. in rubr. de arbitris secun-
da columna. Postremo Camer. fol. 8.
columna prima, ad id probandum alia
mouetur ratione dicendo, quod l. Im-
perialem, & capit. præterea de Cap.
54 Corradi excludunt illos, qui in sola
præscriptione fundantur, non autem
illos, qui in solo temporis cursu non
se fundant, sed allegant saltim titu-
lum, probantque possessionem tri-
cennalem, qua probata titulum præ-
cessisse præsumitur per hunc text. Isern.
columna secunda, & consequenter,
text. iste non est correctus, quia in so-
lo temporis cursu non se fundat, nec
etiam capit. primo, de consuetu. recti
feudi, & capit. primo, §. fin. si de inue
stit. inter domi. & vassal. lis oriatur,
quæ non fundantur in solo temporis
cursu sed concurrit etiam Domini
scientia, & vassalli iuramentum. alijs
medijs argumentatur Paris. consi. 101.
num. 77. & seq. lib. 1.

55 Ampliatur conclusio, vt multo ma
gis exclusa sit centenaria præscriptio
ab hac clausula non obstante præscri-
ptione text. est in Authē. vt de cætero
commutationes non fiant circa finem
iuxta Gloss. in versi. præscriptio, & ibi
Angel. & cæteri Alexand. in l. nemo
potest, columna 11. de legat. primo,
Curt. in dicto tractatu feudali, quæst.
3. num. 11.

56 Ad contraria ex prædictis patet re-
sponsio sigillatim tamen soluuntur: &
vniuersalis illa nullius temporis præ-
scriptione, &c. verificatur in præscri-

ptione

ptione longi temporis non longissimi, quæ non censetur sublata per iura prædicta teste Iacobo Cuiacio, Liborio Hattisero in locis supra citatis post alios feudistas.

Item Federicus in l. Regni consuetudinem prauam refert consuetudinem quandam in Regno, per quam etiam centenaria præscriptio, seu immemorabilis erat de consuetudine sublata: nec testatur hanc consuetudinem in cæteris mundi, vel totius Regni partibus robur obtinuisse. Ergo nullam fidem facit, tanto magis, quia per eum consuetudo illa fuit sublata, & pro tricennali præscriptione de nouo fuit lex illa in Regno publicata. Nec obstat vltimum de alie-
57 natione prohibita. Ergo etiam idem intelligitur de præscriptione, quia longa adest differentia, illa est hominis alienatio, & prohibita, hęc vero
58 dicitur alienatio legis, & censetur permissa, sicut simpliciter prohibitus
59 alienare non censetur prohibitus hæredem ab instituto venientem, instituere: quæ dicitur alienatio legis. l. pater §. fundum de leg. 2. l. peto §. fratre, vbi Gloss. de leg. secundo Soc. late consil. 227. Peregrin. de fideicommiss. articul. 14. per totum cæteros congerunt.

QVÆSTIO IX.

60 NONO QVÆRO quid in Regno, vtrum inter priuatos tricennalis hæc præscriptio locum habeat per text. istum introductæ: breuis est resolutio, quod sic, in vno tantum correcta est iuris communis di-
61 spositio, quia requiritur continua præsentia aduersarij contra quem præscribitur in Regno, quæ de iure communi non erat necessaria, & necesse erit, vt præscribens probet præsentiam prædictam alias non obtineret; adest lex. Regni consuetudinem prauam, & ibi Isern. & Afflict. numero quarto. Idem Afflict. decision. 224. in primo dub. & est de mente Isern. hic secunda column. Alexand. consil. 120. column. penult. versicul. approbatur libro secundo, Dominus de Anna singul. 194. Freccia in prima author. quæstione 28. numero tertio cir-
62 ca medium; qui dicit, quod in præsumpta inuestitura, etiam in Regno militat dispositio istius text. qui non est correctus, secus tamen esset si allegaretur assensus Regius, qui non
63 præsumitur per possessionem tricennalem, quia requiritur specialis, & in forma Cancellariæ per leg. Regni constitut. diuæ memoriæ, vt Marin. probat late in dict. questione 28. idem Anna in Rubric. de vassall. decrep. ætat. ver. inuestirentur, & in leg. Regni Constitutionem diuæ memoriæ numero 50. ad 55. vbi explicat; an in Regno tacitus iste assensus sufficiat, vel necessarius sit expressus; & hæc præsentia sufficit, quod sit in Regno, & dicta l. Regni consuetudinem. no-
64 tant Nostri Regnum totum dici vnam Prouinciam, & sic sufficit præsentia in qualibet Regni parte, vt currat præscriptio prædicta Afflict. ibidem numero quinto post Isern. & alios idem Afflict. hic in quarto notab. Paris. de Put. de reintegrat. feudor. cap. 96.

QVÆSTIO X.

65 QVÆRO DECIMO vtrum contra fiscum in Regno tricennalis præscriptio locum habeat, vel text. iste correctus sit per l. Regni, Quadragennalem. Videretur dicendum, quod non, postquam tricennalis, & quadragennalis præscriptio, quæ de iure communi contra fiscum competebat ad centum annos per dicta l. Regni est extensa in quæsitis, & fisco incorporatis, in quæ-
66 rendis vero sufficit longi temporis 20. annorum: Isern. quæ sunt regal. numero 14. idem Iser. post Gloss. in dict. constitut. Quadragennalem Gloss. in d. Regni si dubitatio column. tertia sequuntur Afflict. & cæteri Regni peritiam probatur in l. fiscus cum in priuati de iure fisci. Gloss. in l. in omnibus ff. de diuersis, & temporal. præscription. Veritas tamen est, quod text.
67 iste in Regno non est correctus in fisco per dict. l. quadragennalem; qui

 tex.

rex. loquitur contra illos; qui in sim-
plici duntaxat præscriptione se fun-
dant contra fiscum, & confitentur ti-
tuli defectum, vel de defectu con-
stat.. In his enim casibus extensa fuit
præscriptio ad centenariam: cæterum
si possessor inniteretur donationi seu
inuestituræ, vel alio iusto titulo, quem
probat per præscriptionem tricenna-
lem cum præstatione seruitii, tunc
sufficit, præsumiturque contractum
præcessisse, notatur in simili per gloss.
magnam in fine in l. secunda Cod. de
iure emphyteut. & ibi Doctor. Ale-
xand. consil. 136. viso, & examinato
column. prima, & tertia libro primo
Dominus Ioannes Vincentius Anna
in Rubrica de vassall. decrep. ætat.
ver. inuestirentur numero 446. & se-
quent. & sic dicta constitutio non re-
68 mouet donationes; & inuestituras
præsumptas ex diuturnitate possessio-
nis, & præstationis census, vel serui-
tii. Isern. in constitut. si dubitatio co-
lumn. secunda, & column. fin. & in
constitut. quadragennalem in fine,
vbi latius Afflict. quorum doctrinam
tanquam notabilem commendat, &
sequitur Author quidam titul. primo
69 §. septimo numero 16. Dicunt am-
plius Doctores prædicti, quod si fi-
scus agat contra tenentem feudum
dicens illud ad se pertinere, quia te-
nens nullum habet titulum, conuen-
tus potest se defendere dicendo eius
prædecessores fuisse per Regem inue-
stitos, & probando possessionem tri-
cennalem cum seruitii præstatione,
quando fuit indictum, obtinebit;
quia defensio ista non consistit in sim-
plici præscriptione, sed in præsum-
pta inuestitura, quam præcessisse præ-
sumitur ex dicta possessione, & serui-
tii præstatione. Vnde dicunt Afflict.
post Iser. quos sequitur Author qui-
70 dam, quod virtus stat in opponendo,
quia si conuentus opponat se, vel
suos prædecessores inuestitos, & pro-
bat continuatam possessionem tri-
ginta annorum cum præstatione ser-
uitii, ista non est oppositio præscri-
ptionis, sed præsumptæ inuestituræ,
quæ habet locum contra fiscum. Se-
cus tamen erit si opponat simplicem
exceptionem præscriptionis, & pro-
bat possessionem tricennalem cum
præstatione seruitii, ista probatio non
nocet fisco, cui nulla obstat præscri-
ptio, nisi centenaria, & Afflict. teste
Theorica hæc per Regni peritos fuit
approbata, & nos illam quoque se-
quimur, post Marin. de subfeudis
prima author. quæstione 28. numero
tertio, & Anna loco supra citato quic-
quid erroneè dixerit Camil. Salern. in
consuetud. si cui militi fol. 511. vers.
decimo.
71 Grauis tamen insurgit aduersus
prædicta in his nostris temporibus, in
quibus Serenissimus Dominus no-
ster Rex absens est a Regno difficul-
tas, quia text. in præcedenti constit.
consuetudinem, & ibi Afflict. nume-
ro quarto requirit Aduersarii præsen-
tiam ad finem, vt præscriptio illa cur-
rat Iser. in capitul. præterea numero
6. in fine de Capitulis Corradi. idem
Afflict. hic in quarto notab. numero
primo. Ioannes Anton. Cannet. in
extrauag. volentes fol. mihi 27. nume
ro 20. in capit. incip. at operę pretium
est discutere, & sic Rege absente
præscriptio non currit, quæ conclusio
72 vera est, nec pro Regis præsentia suf-
ficit. Isti etenim actus, per quos pre-
scripta inducitur inuestitura fieri de-
bent cum eo, qui de nouo posset face-
re nouas inuestituras, & si tali caret
auctoritate contrarium erit dicen-
dum Alexand. consil. 136. penultim.
column. libro primo per text. in leg.
Item veniunt. §. petitam il. secundo
de petit. hæredit. & clement. causam
verbo specialiter de electione cum a-
liis, quæ Camer. allegat in leg. Impe-
rialem fol. 8. column. secunda versic.
illud tamen, quem non allegat Anna
singul. 194. qui per Regiam Came-
ram ita decisum testatur, vt contra fi-
scum tricennalis non obstet ratione
regalis absentiæ. Proreges etenim
73 confirmatorias inuestituras tantum,
& alienantibus assensum præstare
possunt, de nouo tamen donare ne-
queunt, vt communis forma esse so-
let fundata in Pragmatica nouem ca-
pitum. tunc etenim concedimus præ-
sumptam causari inuestituram, quan-
do

doeadem expreßè ab eodem fieri po-
tuiſſet, ne plus operetur fictio quam
veritas ipſa, contra l. adoptio de ado-
ptio.
74 Et ſi diceres Illuſtriſſimos Prore-
ges quandoque ſolitos eſſe habere ſpe-
cialia mandata ad vendendum à Ca-
tholica Maieſtate Domini noſtri. Er-
go contra eos tanquam ſpeciales Pro-
curatores currere poteſt præſcriptio,
dicto §. petitam, reſpondeo, manda-
ta hæc ſolita eſſe ad vendendum, non
ad donandum, & ad infeudandum de
nouo donationis titulo, & ſic fines
mandati excedere nequeunt l. diligen
ter ff. mandati, ſi igitur expreſſe do-
nare nequeunt multo minus tacitè,
ſeu ficte dicta l. adoptio de adopt. vl-
trà quod tarò Proreges Regni: imò
nunquam per triginta annos officium
exercent, ſed ſingulis triennio, vel de-
cennio mutatur, alia ad propoſitum
conſiderat dominus Ioannes Vincen.
Anna poſt hæc ſcripta viſus in repeti-
tio. Rubricæ de vaſſal. decrep. ętat, nu
mero 450. & ſeq.

QVÆSTIO XI.

75 QVÆRO VNDECIMO,
an tricennalis hæc præſcriptio
completa cum feudatario noceat eius
ſucceſſori in feudo? concluſiuè lo-
quendo diſtinguimus duos caſus, al-
ter eſt, quando præſcriptio eſt comple-
ta cum feudatario poſſidente feudum
76 hæreditarium, vel feudum nouum ex
pacto, & prouidentia, vel quando non
fecit inuentarium immiſcendo ſe hæ-
reditati, in qua aderat feudum ex pa-
cto antiquum abſque inuentario, &
eo caſu hæres præſcriptionem cum de
functo completam ratam habere co-
gitur, ea ratione, quia dum eius præ-
deceſſor paſſus eſt feudum præſcribi
77 cenſetur ipſe alienaſſe feudum, vt in
regula iuris, & hinc ſi prædeceſſor pe-
teret excluderetur. Ergo eodem mo-
do filius hæres, vel alius ſucceſſor pro
batur authore Iſern. in capit. primo §.
quid ergo, columna tertia, numero 8.
ſupra de inueſtit. de re alie. fac. & ibi
ſcribentes Afflict. in conſtit. Conſue-
tudinem Bald. in l. prima, quęſt. 22.
ff. de rerum. diuiſ. Paris de Put. & cę-
teri, quos ſequitur Marin. in titu. de
differ. inter feuda ex pacto ab heredi-
tarijs quęſtio, quarta. Canncr. fol. 24.
in fine cap. incip. colligitur etiam ex
hac lege, numero 19. in fi.
78 Secundus caſus eſt, quando feu-
dum eſt ex pacto, & prouidentia non
hęreditarium, & tunc pręſcriptio pa-
tris non nocet filio, nec agnato here-
di, neque etiam Domino, Andr. in di-
cto §. quid ergo rationem aſſignat,
quia dum pater poſſedit, filius non hę-
res agere non potuit, & non valenti
agere pręſcriptio non currit l. fina. C.
de annal. except. eo mortuo non po-
tuit in feudo deteriorem conditio-
nem facere, quia grauatus erat reſti-
tuere feudum, & ad inſtar fideicom-
miſſi alienare non potuit Authen. res,
quæ C. communia de lega. dicit etiam
79 Iſern. quod vnus non habet cauſam
ab alio, & ideo non fit acceſſio tem-
poris l. Pomponius per totam, de ac-
quiren. poſſeſ. habet a domino conce-
dente vltimus iſte cauſam, & ab eo ca-
pit, tempuſque intermedium illi non
nocet, quia eo tempore feudum eſt pe-
nes alium de voluntate eiuſdem Do-
mini. Ergo ſicut in præiudicium a-
gnati non poterat feudum alienare,
ità nec pręſcriptionem pati ſecun-
dum Bald. in l. liberti, liberteque pe-
nult. columna, C. de oper. liberto. Glo.
in l. ſi mulier §. primo verſicu. ratum
quod metus cauſa Docto. in capitu. ad
audientiam de pręſcriptio. alia conge-
rit, & ſequitur Frec. loco ſupra citato,
ante eum latè Paris de Puteo in tract.
de reintegrat. feudor. capit. 284. inci-
pien. pręſcriptio contra patrem an ob-
ſtet filio in feudo ex pacto? omnium
latiſſimè Cantier. in extrauag. volen-
tes fol. 25. in capit. incip. at operę pre-
tium eſt diſcutere, an pręſcriptio ob-
ſit ſucceſſori in feudo pacti, & an hęc
pręſcriptio obſit cohęredi Iacob. Al-
80 dizo. cap. 54. columna 3. verſicu. ſed
nunquid pręſcriptio.

QVÆSTIO XII.

81 QVÆRO DVODECIMO,
an contra Eccleſiam ſufficiat tri-
cennalis

cennalis prescriptio, de qua in text. vel
requiratur quadragennalis, seu cente
naria? varie in hoc articulo Feudista-
rum, & Canonistarum fuerunt opi-
niones, quas pro maiori parte conge-
rit Guid Pape questio. 161. vlterius in
diffinitione Nicol. de Neap. in cap. pri
mo supra de his, qui feud. dare poss.
post Azo. in summa tenuit sufficere
tricennalem, ea ratione quia infeuda
82 tio non est omnino alienatio, rema-
net enim directum penes Ecclesiam,
quod potest cum vtili consolidari, &
ad Ecclesiam reuerti argumento etiã
l. comperit, & l. omnes C. de prescri
ptio. triginta annorum l. prima, & se-
cunda, & l. final. C. de emancip. libe
ro. vltrà dispositionem istius tex. & v-
sus feudales etiam per Ecclesiam sunt
recepti, capitu. primo, & secundo, &
toto titu. extra de feudis, & ibi Host.
Cardinal. Florenti. & alij. sequitur hic
Franciscus Schench num. 4.

Iacob. tamen de Beluis. in dicto ca-
83 pitulo primo, de his, qui feud. dare
poss. columna secunda, versic. quæri-
tur ergo, fuit in opinione, q requiratur
quadragennalis prescriptio in feudis
contra Ecclesiam excepta Romana,
in qua centenaria requiritur; quem se
quuntur ibidem Aluarot. Cardin. &
magis communiter Feudistæ Guid.
Papæ dicta quæstio. 161. Ciuilistæ in
in l. final. & Authent. quas actiones
per illa iura clara C. de sacrosanc. Ec-
cles. Canonistæ in capi. de quarta cap.
ad aures, & capi. illud de præscriptio.
& in capit. pastoralis de iure patrona.
Aimon. de antiquit. tempor. par. quin
ta, capit. incip. absolutis differentijs,
numero 28. hanc opinio. sequi vide-
tur Lipar. in prima Glos. istius capit.
lit. L, & Martin. Laudens. hic versi.
sed pulchrum, Author quidam latè in
§. septimo, numero 8. Abb. Innoc. Bu
trius Hostiens. Fely. & Bald. in capi.
ad audientiam de præscript. Capel. To
los. decisio. 398. & ibi Aufrer. in ad-
dit. Missingerius centuria 3. obseruat.
26. Libborius Hattiserius in eius Opu
sculo de feudis capit. septimo, volum.
tertia, Duaren. de feud. capit. octauo,
numero tertio, Menoch. consil. 191.
numero 28. Nicol. Intrigl. de feud.
quæstio. 56. numero 104. Abb. in cap.
final. numero 33. de præscript. & Zas.
part. sexta, quem nouissimè refert, &
sequitur Rodulf. Schraderi in tracta.
de feudis part. quartá, capitu. quinto,
nume. 17. & dubitari non potest hanc
esse communem, probatur in dicta
Authen. quas actiones, Cod. de sacro-
sanct. Eccles. in qua tricennalis præ-
scriptio contra priuatos inducta con-
tra Ecclesiam ad quadragennalem ex
tenditur; ergo text. iste respectu Ec-
clesiæ est correctus, quia tricennalis
non sufficit, præterea sicut res, & iura
Ecclesiæ minori tempore non præscri
buntur dicta Authent. ita ius infeu-
dandi minori tempore præscribi non
potest, quia correlatiua sunt, si præce
dit dario, sequitur acquisitio, & vbi
ex vna parte est acquisitio vtilis domi
nij, ex altera erit eiusdem vtilis alie-
natio, l. prima, de rerum permuta. de
verborum signific. l. alienationis.

Ergo quadraginta annis, & non mi-
84 nori tempore debet præscribi, & vno
Correlatiuorum posito ponitur & re-
liquum dicit Aristo. in Metaphisicis
probatur in l. Pomponius §. sed his de
procurat. cum simil.

85 Ex prædictis corruunt duo contra-
ria pro prima opinio. adducta, post-
quam probatum est ex hoc præscri-
ptione quæri vtile dominium irreuo-
cabile nisi in casibus finitæ lineæ, &
aliis a iure statutis & sic propriè quo-
ad vtile dominium alienatio est ad in-
star venditionis, donationis, vel alte-
rius tituli transferentis dominium l.
prima, C. de fundo dotali, quia aliena
tio est omnis actus per quem domi-
nium transfertur.

86 Et quoad secundum dico, quod
etsi vsus feudales sint per Ecclesiam
recepti, dicto capitulo primo, & se-
cundo, de feudis.

In hoc tamen articulo perscriptio p
iura feudalia contra priuatos introdu-
cta, ad quadragennalem contra Eccle
siã est extẽsa, excepta Romana, in qua
centenaria requiritur dicta l. final. &
Authen. quas actiones, & in Regno
hinc sumpto exemplo contra fiscum
centenaria in quæstiis requiritur per
l. Regni quadragennalem, qua de re

latius

latius supra diximus quæstione 10.
Hæc tamen limitatè procedunt in
præscriptione contra Ecclesiam, in
eius tamen beneficium Tricennalis
87 sufficit per text. istum introducta.
Afflict. decision. 324. cui recurratis,
sequitur Paris. in capitul. ad audien-
tiam de præscript. Paris de Put. & a-
lij, quos allegat Marin. de subfeud.
prima author. quæstione 28. column.
secunda.

Qvæstio XIII.

88 QVÆRO XIII. an disposi-
tio istius text. procedat quando
seruitium non est præstitum, vel so-
lutum Domino, sed eius Procurato-
ri, Ærario, vel Castaldo? Alexand.
consil. 136. viso, & examinato pro-
cessu column. final, numero 10. cir-
ca finem versic. Nec adhoc sufficeret
scientia libro primo, enim verbum e-
nomuit, dicens, hanc præstationem
seruitij Procuratori factam, & eius
scientiam non sufficere; sed requiri
89 scientiam Domini, quæ non præsu-
mitur, nisi probetur, l. Item veniunt
§. petitam de petitio. hæreditat. Cle-
ment. causam de electio. l. tutori C.
de negoc. gestis, Domino ergo solu-
tum dici non potest, nec ab eo peti-
ta inuestitura, nisi eius scientia pro-
betur, dicit text. in dicto §. petitam,
90 & in dubio dominum præsumitur
ignorare Procuratoris factum Gloss.
in l. si aliquem ver. ignorans, vbi Bar.
de acquir. possess. Gloss. Ioannis An-
dreæ in capitul. gratia de rescriptis in
6. Socin. consil. 263. numero 12. li-
bro secundo, & scientia Domini spe-
cificè probari debet, dicit Isern. hic
column. prima, quia dominus potest
probabiliter ignorare gestum a Pro-
curatore, dicit Gloss. in l. si res obli-
gata de leg. primo. hanc quæstionem
paucis verbis hanc sequendo veram
opinionem explanauit Marin. Frecc.
in prima author. quæstione 28. in fin.
versicul. quid si Domini Procurator
qui pro opinione domini contra vas-
sallum allegat Ias. & Parid. de Puteo
quorum particulares doctrinas inue-
nire non potui.

Qvæstio XIIII.

91 QVÆRO XIIII. cuius erit
naturæ hæc præsumpta inuesti
tura, siue feudum præscriptum con-
currentibus requisitis istius text. post-
quam tenor illius præsumptæ inuesti-
turæ non apparet? Breuiter dico,
quod si loquimur de iure communi
feudorum, articulus iste nullam ha-
bet controuersiam, nec difficulta-
tem, quia inuestituram præcessisse
præsumitur pro concessionario, eius-
92 que hæredibus ex regula capit. Vnici
supra de duob. fratrib. & l. si pactum
93 ff. de probatio. Ius enim præsumit,
vt quilibet in dubio pro se, & hære-
dibus stipuletur ex interpretatione iu-
ris, dicit Isern. in locis infra citandis
Bald. in l. liberti, libertæque nume-
ro 31. de operis liberto. hæc verba sug
gerit. Quæritur de eo, qui præscri-
psit feudum, vtrum acquisitum ex
94 præscriptione transeat ad hæredes, re-
spondeo cum præscriptio non conti-
neat quid diffinitum ab homine, con-
95 tinet id. quod diffinitum est à iure,
vel consuetudine, quia æquiperatur
pacto facto simpliciter vt notatur in
leg. prima, supra de seruit. & aqua,
& ideo hic tacitè includuntur.
96 Demum quæ veniunt ex natura feudi
concessi simpliciter, argumento de
verborum signific. super quibusdam,
§. præterea, hactenus Bald. idem in l.
secunda quæstio. 31. ff. de rerum diui
sio. & in capitu. final. de feudo dato
in vicem legis commiss. & alibi di-
cit, quod præscriptio hæc tricennalis
eatenus potest operari circa hæredes,
quatenus feudum est ad illos trans-
missibile, & non plus, & sic possessor
præscribit secundum naturam feudi
97 non supra, vel contra, & si feudum
est ad hæredes transmissibile, illis quo
que præsumitur facta concessio, sequi
tur hic Aluaro. numero sexto aliqua
Ludouicus Romanus in l. tertia, §. ex
contrario, numero 12. ff. de acquirend.
possessio. Mat. Frecc. in prima autho-
rit. quæstio, 12. numero 19. in fine, &
quæstio. 28. in fine dicit feudum præ-
98 scriptum sine forma intelligi secun-
dum regulas feudales. Gugliel. Pera.
vir

vir doctissimus in eius quarto notabili
feudorum, numero 76. ad 79. & con-
silio 14. & 6. subtiliter post Isern. istius
articuli detegit veritatem hanc ean-
dem sequẽdo opinionem de iure com
muni feudorum, procuius probatio-
ne alijs vtitur medijs.
Primo allegat text. notabilem in
capit. final. supra quid sit inuestit. in
quo clarè probatur, quod in dubio
communis inuestitura semper præ-
sumitur, alia non probata, sed inue-
stitura de iure communi Romano,
& feudorum est pro te, & hæredibus,
99 seu filijs dicto capit. primo, de duobus
fratribus & l. si pactum de probat.
Ergo in dubio sub hac forma præsu
mitur facta concessio, cuius tenor non
liquet Ioannes Thomas Minad. exa-
ctè consil. 10. in primo dubio Calder.
consil. 11. de feudis Ludouic. Bologni.
consilio primo. Socin. consilio 29. lib.
primo, Alexan. consil. 18. & 26. libro
quinto, qui de materia plura scripta
edidere Card. Paris. consilio 15. nu-
mero 15. lib. 1.
100 Item quando accidentalia non ap-
parent, stamus naturalibus contra-
ctus l. pacta conuenta de contrahen.
emptio. idem in seruitutibus, in qui-
bus naturalia tantum veniunt, quan-
do de accidentalibus non liquet l. pri-
ma. C. de seruit. & aqua, pro hac ead.
opin. adduci possunt plures Isern. loci
quos in sequenti articulo coaceruabi-
mus.
Eandem receperunt opin. Francisc.
Aret. in l. tertia, §. ex contrario, colum.
6. versic. si aliquis emphyteusim, nu.
mihi 34. de acquiren. possess. Alexan.
consilio 15. numero 12. libro quinto,
Zas. de feud. par. 8. numero 95. Bald.
Aluaro. & Cardin. in capit. fin. de feu
do dato in vicem legis commissor. An
gel. in l. qui in aliena §. primo, de ac-
quiren. hæredit. Tiraquel. de retractu
§. 32. numero 74. & 75. benè Author
quidam, §. septimo, numero 31. & 32.
Dec. consilio 269. numero quarto. No
uissimè Rodulf. Schraderi in eius tra-
ctat. feudor. part. septima, capit. quar-
to. numero 15. & 16. & par. sexta, capi.
primo, nume. 3. antè eum Cannet. in
confusa repetit. extrauagan. volentes
fol. mihi 70. in capit. incip. & pari-
formiter dicendum est per totum, &
num. 21. Ruin. consilio 17. numero
tertio, libro primo. Loffred. Afflict.
Frecc. Capic. & ceteri Regnicolę in
sequenti articulo citandi, huic quoq;
sententiæ sunt concordes, vltra Dua-
ren. de feudis capit. 8. numero sexto,
Paris consilio 11. numero 18. Alexan
der, consilio 84. columna secunda,
Gozad. consilio quarto, Camill. Gal-
lineus de verborum significat. libro 6.
capit. 18. Calder. consilio 11. de feud.
Cuma. consilio 166. Curt. Iun. consil.
3. colum. secunda libro primo, Gra.
consilio quarto, numero 41. libro pri-
mo. Paris de Put. de reintegrat. capit.
133. nu. 9. & Pern. d. consil. 14.
Limitatur primo conclusio prædi-
101 cta vt procedat, quando totaliter igno
ramus formam, & tenorem Inue-
stituræ præscriptæ, secus tamen esset
quando constaret, qualiter feudum es
set consuetum concedi, quia secũdum
consuetudinem videretur concessum
habita relatione ad præcedentes inue-
stituras factas ante præscriptionem ar
gumento l. fina. C. de fideiussor. & l. si
prius §. primo, & ibi notatur de aquà
pluu. arcen. est doctr. Francisci Aret.
in dicta l. 3. §. ex contrario, numer. 34.
versicu. adde vnum verbum de acqui.
posses. post Angel. quem ipse allegat l.
pretor §. primo, de eden. Guliel. de
Cun. Imol. & alios in l. qui in aliena
§. primo, de acquir. hæred.
Limitatur secundu, vt procedat cõ
clusio, quando clarè non constat de
certo modo vsus, & possessionis, tunc
enim iudicatur feudum præscriptum
secundum regularem naturam feudi,
& procedit doctrina Bald. & cętero-
rum supra citatorum. Secus tamen
102 esset, quando ex forma, & modo reco
gnitionum, inuestiturarum, solutio-
num, & iurium, cæterorumque a-
ctuum, ac exercitiorum possessionis
feudi appareret certis conditionibus,
& qualitatibus fuisse feudum posses-
sum, tale censetur præscriptum, quia
103 tantum, & tale præscribitur, quan-
tum, & qualiter possidetur l. prima, §.
Iulianus ait, & ibi Bartol. de itinere,
actuque priua. capitu. cum contingat
de

de decimis Innocent. in capitul. tua il
primo in fine eod. tit. Ioan. Andr. in
capit. cum ex iniuncto in Gloss. final.
de hæreticis Roma. consil. 368. præ-
sens consultatio column. tertia late
Felin. in capit. auditis column. quin-
ta, & sexta de præscript. est doctrin.
Author cuiusdam dicto §. septimo nu-
mero 51. Ias. consil. 185. in ista con-
sultat. numero 11. libro secundo Ro-
lan. consil. 69. numero 32. libro ter-
tio Curt. Iun. consilio 171. columna
quarta, & consil. sexto numero 16.
Curt. Sen. consil. 11. columna secun-
da in fine. Zabarel. in clement. vnica
numero 16. circa finem de renunciat,
& non intelligitur præscriptum nisi
quod præscriptum probatur Archid.
in c. quicunque 16. q. 1.
104 Difficultas tamen est in Regno,
in quo frequentior, imo regularis est
Cancellariæ Regiæ forma feudalium
concessionum, & inuestiturarum pro
concessionarijs feudatarijs, eorumque
hæredibus, & successoribus ex eo-
rum corporibus legitime descenden-
tibus Iser. teste infra in capitul. natu-
rales in additione hoc eod. titu. & ali-
105 bi; an hæc forma in dubio in feudo
præscripto præsumatur, vel supradi-
cta latior, & feudatarijs fauorabilior
forma a iure communi feudorum, &
Romano subintellecta, pro conces-
sionario, eiusque hæredibus, & suc-
cessoribus, de qua supra, verba feci-
mus.
106 Articulus iste penès me vere ali-
qualem habet difficultatem, quic-
quid Iser. diuersimodè varijs in locis
loquutus fuerit, quos Loffr. recolle-
git consil. primo numero 113. vsque
ad 122. vltra Gugliel. Pern. dict. 4.
notab. numero 77. & consil. secundo
6. & 14. Cuius non meminit Lipar.
ad Iser. in capit. huius autem generis
column. quinta vers. hæc non puta-
mus vera ex quib. caus. feud. amitt.
qui Iser. varios locos ipse quoque con-
ceruauit. Iser. in §. similiter in addi-
tione infra de capit. qui Cur. vendit.
107 dicit hæc verba, ad seruitium feu-
dum præsumimus datum secundum
formam, quæ est in Regno, scilicet
pro singulis viginti vncijs vnum seu-
dum, vt quæ moris sunt, intelligan-
tur ff. de ędilit. edic. l. quod si nolit §.
quod si mancipia, sicut intelligeren-
tur ea, quæ iuris sunt ff. si cert. l. cum
quid leg. si is, qui §. final. commoda.
quia mos ius non scriptum est instit.
de iure naturali §. ex non scripto. De-
inde remittit se ad dicta per ipsum in
dicto §. huius autem generis, ex qui-
bus causis feud. amitt. vbi latius ad
partes articulum disputauit.
Item Iser. in l. Imperialem §. præ-
terea ducatus in fine, & in capit. pri-
mo column. secunda quo tempor. mi-
les, & alijs in locis, quos congerit
Loffr. dicto consil. primo numer. 118.
vltra Doctor. in l. etiam solut. matri-
mon. dicit, quod in dubio videtur fa-
cta concessio secundum consuetudi-
nem intelligendo non de consuetudi-
ne particulari donatoris, sed de ge-
108 nerali Regni, & Regiæ Cancella-
riæ. Consuetudo enim ius est, & ad
eam fit relatio, & verificatio secun-
dum eam fieri potest l. præscriptione
iuxta Gloss. C. si contra ius, vel uti-
lit. public. Doctor. in l. quibus de le-
gibus, & quamuis Loffr. tempore, &
ante eum, aliquando forma hæc pro
te, & hæredibus ex corpore legitime
descendentibus fuisset uariata, no-
109 stris tamen, & recentioribus tempo-
ribus post Loffr. forma hæc frequen-
tissima fuit, illaque his temporibus
utitur Regia Cancellaria. Ergo se-
cundum hanc formam censetur fa-
cta inuestitura, quando illius tenor
non liquet dict. leg. quod si nolit §.
quia assidua de ędil. edic. l. fin. C. de
fideiuss. ubi Gloss. & Doctor. quos
congerit Anton. Gabr. commun. opi-
nion. titul. de consuetud. conclu. ter-
tia, & Dominus de Franch. decision.
302. num. 8.
Hanc opinionem expressè, & au-
dacter tenuit solus Ioannes Thomas
de Marin. in primo capit. sui operis
numero 58. & sequent. uersic. restat
uidere, qui respondet ad Iser. in dict.
capit. huius autem generis, ut uera
sit eius theorica intelligi factam con-
cessionem in dubio, prout ius intelli-
git, hoc tamen ius intelligitur de iu-
re Regni Constitutionum, & Capi-
tulo-

tulorum, sic interpretato per recce-
ptum usum, & frequentem inuesti-
turarum secundum prædictam for-
mam, pro qua opinione præter cæte-
ros pondero Capitulum Regni Con-
siderantes, ibi ut de omnibus forma
sit eadem, loquitur etenim Rex Ca-
rolus secundus de hac concessionis for
ma pro te, & hæred. ex tuo corpore legi
timè descendentibus, & statuit, ut in
futurum de omnibus feudis sit eadem
forma concessionis ibi expressa pro te,
& hæred. ex corpore legitime descen-
dẽtibus, ergo frequens, & recepta hæc
Cancellariæ forma ex illo text. appro-
bationem, uel originem habuit, &
consequenter, quando dubitamus de
concessionis forma ad hanc frequen-
tem, & ab eo text. approbatam re-
currere debemus, & non esset omni-
no incongruum recipere hanc opinio-
nem, quicquid dixit Cumia in præ-
lud. capitul. si aliquem numero 306.
qui dicebat, quod vbi non apparet in-
110 uestitura feudum præsumitur ex pa-
cto, & prouidentia seu familiarite, id
enim extra Regnum procedit. In Re-
gno tamen prædictam opinionem an-
tea recepit Minad. consil. 10. nume-
ro septimo post Andr. & Napod. quos
allegat.

Suis argumentis respondet Isern.
in dicto §. huius autem generis nu-
mero 10. vt procedant in bonæfidei iu-
dicijs iureconsulto teste in dict. §. quia
assidua, in quibus ueniunt, quæ mo-
ris sunt, & consueuit donator, vel
contrahens in eo, quod certum est
eum donasse, & in donatione dixis-
se. Vt si donauit nummos, nec li-
quet quos (cum multiplicis status,
conditionisque sint nummi) inspici-
tur quod consueuit leg. si seruus plu-
rium in fine de leg. primo l. si cui de
annuis lega. sed quid extrinsecus præ-
sumatur dixisse, quod non dixit, se-
cus; imo videtur pro tacito: subdit
Isern. quod est omissum l. quicquid a-
stringendæ de verbor. obligat. Et in
bonæfidei ueniunt ea, quæ sunt circa
contractum l. fin. vbi Gloss. in versic.
actionem de condit. ob turpem cau-
sam, in stricti iuris nequaquam: do-
natio non est bonæfidei, sed stricti
iuris l. cum de donatio. vt quis obli-
getur, vt consueuit obligari, hoc di-
citur in §. quia assidua, sed vt intelli-
gatur persona, quæ non exprimitur,
non inuenitur, imo contrarium de
verbor. obligat. l. si ita §. Grisogonus,
concludit ergo Isern. in dicto §. huius
111 autem generis (quo loco exactè, & ad
præsentes ueritatem docuit) quod si
non probatur, qualiter fuit conces-
sum præsumitur concessum, prout
ius intelligit, scilicet sibi, & hæredi-
bus suis capit. primo supra de duobus
fratrib. & hoc ex iuris interpretatio-
ne, non autem transmissione in hære-
dem, quasi hoc donator expressit,
sed ab intellectu iuris est l. si pactum
in fine ff. de probat. Idem Isern. in
l. Regni ut de successionibus column.
sexta uersic. prædicta uero forma di-
cit hæc verba, prædicta uero forma
priuilegiorum, quæ est hodie tibi, &
hæredibus tuis ex tuo corpore legiti-
mè descendentibus qualem effectum
habet, est attendendum. Quia pri-
mo habet constare, quod sic datum
fuit. Non enim præsumitur in hoc,
quantumcunque in alijs sit consue-
tum exprimi, ut plenè diximus in ti-
tul. quibus ex causis feud. amitt. ad
quem locum semper se remittit, ut fe-
cit in titul. de controuers. inuestit. nu
mero 19. in fi. & quid sit inuestit. nu-
mero 14. in fine §. etsi libellum in fi-
ne de alien. feud. pater. de controuer.
inter masculum, & fœmin. numero
octauo quæ sunt regal. numero 78. &
alibi, quibus omnibus in locis ad di-
cta per ipsum in dicto §. huius autem
generis se remisit, sequitur Loffr. di-
cto consil. primo numero 13. Luc. de
Pen. in l. unica C. de impone. lucrat.
descript. column. octaua uersicu. qui
autem dicit Pern. notabili quarto nu-
mero 77. & consil. secundo, & sexto.
Blascus Lanza Siculus in repetitione
manu scripta capit. uolentes in secun
do notab. ex secunda part. uersic. sed
quid in feudo informi Ioannes Tho-
mas Minad. consilio 10. hæc conclu-
112 dens in Regno præsumi feudum hæ-
reditarium per communem formam
inuestituræ, quæ dictat pro te, & hæ-
redibus, de iure uero communi dicit
quod

quod præsumitur ex pacto. Sequitur
Marin. de subfeud. in prima author.
quæstione 28. in final. verb. Afflict.
in dicto capit. primo ex quib. cau. feu.
amitta. num. 265. ad 274. idem Frec.
in tertio libro de subfeud. formula pri
ma numer. 18. & 19. post Loffr. quem
113 tacito nomine allegat, testatur ita
pluries fuisse per Sacrum Concilium
iudicatum, & si tempore Caroli pri-
mi, Caroli secundi, & Roberti Re-
gum, vniuersalis fuisset hæc formu-
la; prout hodie etiam est, Capicius
sequitur in inuestitura feudali capit.
feudorum clausulæ versic. & hæredi-
bus ex corpore suo legitime descen-
dentibus, & ab hac opinione commu
ni per Sacrū Conciliū, & tot Illustres
viros recepta iudicando, & consu-
lendo recedere non licet, quia contra
stimulum calcitrare non possumus,
in puncto tamen iuris opinio Thomæ
de Marinis non est omnino a veritate
aliena.

Ad idem præter cæteros adduco
notabilem doctrinam Authoris cuius
dam §. septimo numero 32. dicentis,
quod vera, regularisque natura feudi
114 est illa quæ a loci consuetudine de-
terminatur, in quo situm est feudum
capit. primo de feudi cognit. & dicto
§. quia assidua l. licet, & l. circa C. lo-
ca. Sicut enim natura a subiecto se-
parata non præsumitur, ita nec com-
munis vsus, & consuetudo, cui inest
natura Bald. teste in l. contractus co-
lumn. penult. de fide instrumen. cum
alijs per eandem Gloss. adductis, hoc
tamen sanè intelligitur de consuetu-
dine iuris, quæ tanquam lex in loco
obseruatur, non autem de consuetu-
dine hominis, seu facti tantum, quan-
do circunuicini soliti sunt sic, vel sic
115 infeudare, vel vicina feuda commu-
niter talibus oneribus subiecta es-
sent, hæc enim consuetudo, seu po-
tius facti contingentia non afficit a-
liud feudum in eo, in quo expresse
non reperitur, hoc tamen limitatur,
vt non procedat, quando ius commu-
ne, vel consuetudo certa non adesset
in illo loco, loquendo extra Regnum,
tunc enim ad conuicinia feuda esset
recurrendum, vt benè probat Au-
thor quidam prædicto loco, qui Iser,
aliosque nostros feudistas nominare
noluit in locis feudistis vulgatis, &
supra citatis.

QVÆSTIO XVI.

116 QVÆRO XV. vtrum tri-
cennalis hæc præscriptio proce
dat respectu tertij, vt si Gaius possi-
deret feudum Titij veri vassalli pa-
tronum uerum recognoscendo, alia-
que feudalia, siue subfeudalia mune-
ra subeundo longo tempore triginta
annorum spatio, an contra Titium
præscriptio tricennalis procedat, &
totum utile dominium amittat? Si-
gnorol. de Homod. consil. 10. in fine,
tenet quod sic, est de mente Ioannis
Fabri inuestit. de iure personar. §. pe-
nult. numero quinto uersicul. sed an
per cursum, refert, & sequitur Au-
thor quidam §. septimo numero 10.
uersic. & multo fortius, qui subdit
amplius, quod etiam si possessor iste
interim patronum nullo modo reco-
gnouerit: Nihilominus possidendo
feudum bona fide tanquam suum
117 præscribit, & acquirit omne ius, quod
vassallo competebat etiam ignorante,
uel dissentiente patrono, qui hunc
uassallum deinceps recusare non po-
terit, quicquid dixerit Hostien. in ca-
pit. ad audientiam de præscript. cuius
opinio ibidem communiter a Panor-
mit. Felyn. & cæteris reprobatur Ro-
man. consil. 166. uisa diligenter co-
lumn. quinta uersic. secundo per tex.
etenim omne patroni ius intactum re
manet, & contra ipsum nil præscri-
bitur, sed solum contra uassallum,
ideo directi Domini assensus, uel dis-
sensus non attenditur, cui præiudi-
cium non fit per hanc simplicem per-
sonæ mutationem, est de mente Glo.
in dicto capitul. ad audientiam uerbo
principaliter.
118 Ex prædictis quoque alius articu-
lus determinatur, quod eodem tem-
pore currat duplex tricennalis præ-
scriptio, quando non dominus, ab a-
lieno subfeudatario seruitia aliaque
subfeudalia iura exegerit, & possede-
rit, uel quasi, quia uerum feudata-

rium non possidentem excludit, directumque dominium, & omne ius feudi dominantis, acquirit, & hoc nedum in simplicibus, sed in mistis, & duplicibus prescriptionibus procedit, quando non vassallus possedit alienum feudum recognoscendo a non patrono Auctor quidam dicto §. septimo, numero 10. in fine Duarenus de feudis cap. 8. nu. 2.

QVÆSTIO XVI.

119 QVÆRO XVI. an merum
Imperium sit præscriptibile tri
ginta annorum spacio & quibus mo-
dis præscribatur? articulum hunc ad
partes subtiliter disputauit Bald. con-
silio 339. amplius castrum lib. tertio,
qui plusquam sexaginta hinc inde vti
tur argumentis concludens tandem,
quod merum Imperium, ac quælibet
iurisdictio præscribi potest, refert in-
120 super præscribendi modos. ad ipsum
recurratis, cui pauca essent addenda,
sequitur Marin. in prima authorit. q.
28. num. 5.
121 Esset hic tradenda necessaria quæ-
stio. vtrum aduersus hanc tricenna-
lem præscriptionem detur in inte-
grum restitutio ex capite ignorantiæ,
absentiæ, minoris ætatis, vel ex clausu
la generali si qua mihi iusta causa. Sed
ne a feudis ad ciuilia transgrediamur
Sileo, plura dixi in allegationibus iam
impressis pro Excellentissimo Princi-
pe Asculi contra Don Martinum de
Leuia in quinto articulo ibidem me
remitto. Videatis quoque Rodulph.
Schraderi in eius tractat. de feud. par.
quinta, capit. 4. numero 21. & sequen.
qui plures coaceruat.

Tandem pro materiæ complemento, si quę huic rudi commentario desunt, recurratis ad Auctoré quędam, dicto §. septimo, Iacob. Cuiac. libro quarto, capitu. 49. in eius tractat. de feud. Libborium Hartiserum, capitu. septimo, Ias. part. sexta. Missinger. centur. quarto, obseruat. 28. & 29. Paris de Put. de reintegrat. feud. capit. 133. post eos dominus Ioan. Vincent. Anna in Rubr. de vassall. decrep. ętat. versicu. inuestirent. Nicol. Intrigliol. de feud. centur. prima, quęstio. 56. num. 104. Mascard. de probation. conclus. 941. Ioan. Cephal. consilio 173. num. 22. antiquissimus Iacob. Ardiz. capit. 54. rubric. verum prescriptione acquiratur feudum Francisc. Duaren. de feudis capito. 8. Afflict. decisio. 254. Fab. de Anna singul. suo 194. Cannet. in extrauag. volentes fol. 23. & sequé. Iacob. Menoch. consilio secundo, numero 320. Ruin. consil. 10. numero 3. libro primo, qui ciuilistarum locos coaceruat. vbi de materia quoque agitur, Paris fusè consil. 101. per totum libro primo, Couar. secundæ partis relectionis §. 4. vltrà expositores hic & alios congruis in locis supra citatis.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, Monachi, Episcopi, conuersi, & id genus per assumptionem habitus, & status mutationem feuda perdunt.*

2 *Miles seculi desinit esse, qui effectus est miles Christi.*

3 *Feuda ratione militiæ, & militantis seruitij concessa fuere.*

4 *Feuda militibus concessa, clericatu, Monachismo, Episcopatu, cæterisque Ecclesiasticis ordinibus amittuntur.*

5 *Clerici, & Ecclesia sunt feudorum capaces, quando eisdem a principio ex certa Dominorum scientia conceduntur.*

6 *Clerici recognoscunt Regem superiorem in feudis eisdem ex certa scientia concessis.*

7 *Appellatur ad tribunalia Regis, quando feuda clericis de nouo ex certa scientia conceduntur.*

8 *Seruus est feudorum capax.*

9 *Clericus in feudis sibi de nouo concessis, atque Ecclesia, Episcopi, & id genus seruiunt per substitutos.*

10 *Ratio diuersitatis assignatur, quare Clerici de nouo feuda acquirere possunt, quæsita tamen per successionem amittunt.*

11 *Clerico feudo de nouo concesso, dispensatum censetur, vt per substitutum seruire valeat. & nu. 13.*

12 *Feudatarij inhabiles ad seruiendum possunt seruire per substitutos.*

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA.

14 *Vouens ingredi religionem, & ab ea intra professionis annum non exire, sed in ea persistere, an feudum amittat.*

15 *Vouens peccat si non adimplet.*

16 *Vassallus persistens in peccato mortali potest expelli à Domino feudi.*

17 *Andreas de Isern. Feudista maximus, & auriga ab omnibus nominatur.*

QVÆSTIO SECVNDA.

18 *Milites Sancti Ioannis Hierosolimitani siue insulæ Melitæ: Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Hospitalarij, Calestrensium, cæterique eiusdem generis, vtrum in feudis succedant.*

19 *Doctores tenentes opinionem, vt Equites Hierosolymitani succedant in feudis accurate congeruntur, item tenentes contrariam num. 22.*

20 *Milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, et ità Alcantarauæ, feudorum, & maioratuum capaces sunt.*

21 *Milites Sancti Iacobi Laici potius, quàm Clerici reputantur.*

24 *Milites Hierosolimitani arma bellica non deponunt, & an statum mutent.*

25 *Clericorum appellatione an comprehendantur Milites Hierosolymitani, Hospitalarij & id genus inodiosis.*

26 *Conuersi tertij Ordinis Clericorum appellatione vtrum comprehendantur.*

27 *Equites Hierosolymitani Domino feudi seruire non valent, & num. 31.*

28 *Milites Hierosolymitani, an valeant gerere militare seruitium, & num. 47.*

29 *Milites Hierosolymitani militibus armata militia potius quam clericis adæquantur.*

30 *Equites Hierosolymitani vtrum beneficiorum capaces sint.*

32 *Conuersi à feudorum successione sunt exclusi.*

33 *Conuersi carent sacris ordinibus.*

34 *Milites Hierosolymitani non habent ordines sacros sed assumunt habitum Religionis, & profitentur, numero 38. & 41.*

35 *Religiosus, Mutus, Cæcus, & fœmina in successione feudorum de iure communi feudorum æquiparantur.*

36 *Laici sunt decimarum omnino incapaces.*

37 *Milites Hierosolymitani sunt Ecclesiarum, & decimarum capaces.*

39 *Regis est electio recipere seruitium à Baronibus de persona, vel in pecunia.*

40 *Seruitium generale alias per Regem in pecunia à Baronibus exactum fuit.*

42 *Milites Hierosolymitani sunt de foro ecclesiastico.*

43 *Milites Hierosolymitani confœderationem siue homagium supremis Principibus facere nequeunt, neque bellis inter Christianos Reges vestis se immiscere.*

44 *Decisio Regiæ Cameræ in hoc articulo.*

45 *Religiosorum appellatione vtrum comprehendantur Milites Hierosolymitani, q. num. 47.*

46 *Dictio omnibus vniuersalis est.*

48 *Milites Hierosolymitani gaudent priuilegijs omnibus cæterorum Clericorum.*

49 *Religio Hierosolymitana hodie insulæ Melitæ in commune, & vniuersim retinet feuda.*

50 *Ecclesiæ omnes sunt feudorum capaces, quando ex certa Dominorum scientia ijsdem conceduntur.*

51 *Religio Hierosolymitana in communi, nec Ecclesia succedunt in feudis etiam vita durante equitum.*

QVÆSTIO TERTIA.

52 *Feudatarius ingrediens Religionem, vtrum perdat feudum, si infra annum probationis exiuit.*

53 *Afflicti error emendatur.*

54 *Feudum agnatis, vel Domino quæritur ipso iure, quando feudatarius Religionem ingreditur, vel Clericus efficitur.*

55 *Feudum datur gratia vtriusque.*

56 *Feudum semel amissum, deinde recuperatum non retinetur iure feudi.*

57 *Legatum mulieri si nupserit debetur, & non extinguitur, sequuto diuortio.*

58 *Clericus effectus Miles, & pœnitentia ductus recuperat beneficium.*

59 *Dictio illa (hoc ipso) exponitur idest ipso iure.*

60 *Iacobi de Ardizono feudorum patris opinio in hoc articulo magis æqua & verior approbatur.*

61 *Exeuntes infra annum probationis recuperant allodia.*

62 *Actum non dicitur, quando aliquid superest ad agendum.*

63 *Legatum sub conditione si Religionem intrauerit, an debeatur, si intra annum probationis exiuit.*

64 *Miles Dei desinit esse miles seculi, intelligitur de professo.*

65 *Bona morientis infra annum probationis Monasterio non quaruntur.*

66 *Capit. primum de feudo fœmine, que modo intelligitur.*

67 *Feudi dominium penes feudatarium remanet vsque ad diem professionis.*

68 *Ingressus Religionem durante anno probationis seruiet per substitutum.*

69 *Dominium feudi per ingressum Religionis non transfertur in agnatos durante anno.*

70 *Ius semel extinctum, an recuperari possit.*

71 *Clericus, & Monachus infra annum probationis satis differunt in amissione feudi.*

72 *Tempus alias statutum Clerico Feudatario ad deliberandum, statuitur etiam feudatario ingredienti Religionem.*

QVÆSTIO QVARTA.

73 *Clerici cuiuscunque ordinis etiam in minoribus an succedant in feudis, vel illa amittant.*

74 *Canonista magis communiter tenent clericos esse successibiles in feudis cuius contrarium & melius tenent communiter Feudista.*

75 *Clerici in Regno absque controuersia à feudis excluduntur. & quare, num. 77.*

76 *Feudatarij personaliter seruire tenentur in Regno.*

QVÆSTIO QVINTA.

78 *Primogenitus si reperitur Clericus tempore mortis feudatarij deliberare debet qualem militiam prosequi intendit, hinc dubitatur, quid fiet interim de dominio vtilis feudi, & penes quem residentiam faciet, an penes primogenitum, vel Secundo genitum, vel penes directum Dominum.*

79 *Dominium vtile feudi, nec momento temporis est in suspenso.*

80 *Dominium feudi durante tempore Clericis, & Monachis statutum ad deliberandum remanet in massa hareditatis.*

81 *Clericus dimittens habitum statim mortuo feudatario efficitur feudorum successibilis.*

82 *Conuersi, & Religiosi omnes professi sunt feudorum incapaces.*

83 *Cautela recensetur pro primogenitis feudatariorum, qui Clerici, vel in habitu Monachali tempore mortis feudatariorum reperiuntur.*

QVÆSTIO VI.

84 *Cardinales Illustrissimi an succedant in feudis deuolutis post promotionem, & vtrum amittant ea, qua prius habebant.*

85 *Doctores accurrate coceruantur sententes Cardinales esse feudorum successibiles.*

86 *Item & aduersarij pugnantes pro negatiua.*

87 *Decisio Sacri Consilij excludens Cardinales a feudorum successione.*

89 *Persona Illustris seruit per substitutum, & quando, num. 112.*

90 *Clericus seruit per substitutũ in feudo sibi de nouo concesso. & nu. 113.*

91 *Minor, & alias inhabilis feudatarius seruit per substitutum, & quare nu. 114.*

92 *Cardinales sunt fratres Papa, & pars corporis ipsius.*

93 *Cardinales in generalibus dispositionibus stante eorum excellentia non comprehenduntur.*

94 *Industria personarum an electa censeatur regulariter in feudis.*

95 *Clericus non perdit iura successionis.*

96 *Fœmina in Regno sunt habilitata ad successionem in feudis.*

97 *Clericus, & fœmina in successione feudorum vtrum adequantur.*

98 *Consuetudines feudales excludentes Clericos sunt exorbitantes.*

99 *Feuda emptitia an sint verè, & propriè feuda, & num. 123.*

100 *Mutus excluditur a successione feudorum quia seruire non potest.*

101 *Cardinales seruiunt vniuersali Ecclesia.*

102 *Clericorum arma sunt orationes, & lacrima.*

103 *Milites Dei à sacularibus negotijs abstinere debent.*

104 *Ecclesiastica persona qua ratione a feudorum*

dorum successione, exclusæ sunt.

105 *Cardinales, & Clerici succedunt in feudis, quæ non requirunt personalia seruitia.*

106 *Regis est electio recipere seruitium in pecunia, vel de persona non feudatariorum in Regno, & quid de iure communi, num. 142.*

107 *Feudatarius ad quid tenetur ratione iuramenti fidelitatis.*

109 *Clerici sunt inhabiles ad iurandum fidelitatem.*

110 *Regis interest habere feudatarios milites non Clericos etiam vbi seruitium in pecunia præstatur.*

111 *Feuda an Ecclesiis, & Clericis legari possint.*

115 *Episcopi in quibus feudis succedunt.*

116 *Priuilegium seruiendi per substitutos concessum in vno casu non extenditur ad alium casum.*

117 *Cardinales, & Religiosi sunt feudorum incapaces ratione rei, & personarum qualitatis, num. 125.*

118 *Feudatarij magnates quo tempore dicuntur perfectam habere ætatem.*

119 *Filij feudatariorum sequi præsumuntur fidem, & legalitatem Patrum.*

120 *Hæredum industria in feudis contemplata censetur.*

121 *Dispensatio ad successionem fœminarum non extenditur ad aliud genus inhabilium.*

122 *Dispensatio super vno defectu non trahitur ad alium.*

123 *Feudum emptum etiam gratiosum dicitur.*

124 *Feudum emptitium retinet omnes regulas feudales.*

126 *Iuramentum fidelitatis in vassallo est principale, præstatio tamen accessoria.*

127 *Episcopi, Archiepiscopi, & cæteri Prælati sunt feudorum incapaces.*

128 *Cardinales, & Prælati an succedant in feudis Ecclesiasticis.*

129 *Feuda Ecclesiastica regulantur à iure communi feudorum.*

130 *Ioannes Petrus Surdus laudatur.*

131 *Feudum francum quos habet successores.*

132 *Feudum francum cuius est naturæ.*

133 *Fidelitas etiam in feudo franco non censetur remissa.*

134 *Fidelitas, quæ continet in se substantialia,*

135 *Feudi non recti successio comprehendit omnes Ecclesiasticas personas.*

136 *Feuda Ecclesiis concessa gubernantur à Prælatis.*

137 *Appellatio à Prælatis feudatarijs non ad sedem Apostolicam, sed ad Dominos feudorum interponitur.*

138 *Officiales Prælatorum debent esse Laici non Clerici, vt sindicari possint.*

139 *Castrum possessum ab Ecclesia præsumitur allodium non feudum.*

140 *Iurisdictio existens penes Ecclesiam, an feudalis præsumatur.*

QVÆSTIO VII.

141 *Monasterium durante vita Monachi, an feudum retinere possit, vel ad agnatos siue ad Dominum reuertatur.*

142 *Seruitium ad electionem feudatarij de iure communi feudorum in pecunia vel de persona præstatur.*

143 *Petrus de Gregorio notatur.*

144 *Ecclesia in feudis non succedit loco filij.*

145 *Feuda retinentur per hæredes sanguinis.*

146 *Monialis non lucratur fructus in beneficium Monasterij eius vita durante.*

QVÆSTIO VIII.

147 *Clerici in Sacris, vel Monachi effecti laici ex dispensatione Pontificis an succedant in feudis.*

148 *Monachus effectus laicus per dispensationem dicitur nouus homo.*

149 *Clericus secundogenitus effectus laicus ex dispensatione Pontificis, an excludat tertiogenitum à feudo.*

150 *Restitutio an præiudicet agnatis, quibus ius est quæsitum.*

151 *Dispensatio non præiudicat iuri alteri quæsito.*

QVÆSTIO IX.

152 *Papa verum succedat in feudis per mortem suorum agnatorum sequutam tempore Pontificatus.*

153 *Papa non acquirit feuda suorum agnatorum hæreditaria in beneficium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

154 *Ecclesia cultrix iustitiæ contra ius gentium aliquid non patitur.*

Alimen-

QVAESTIO XI.

QVAESTIO XII.

QVAESTIO XIII.

CAP. QVI CLERICVS.



TEX. iste breuius summari non potest, quam eius verba sonant, concordant, capitu. primū, de feudo foeminae, & capitu. primū, supra de vassal. milite, qui arma bellica deposuit, cap. primū, an mutus, vel alias imperfectè. In Regno habemus Constitut. incip. errores eorum idem disponentē. Doct. in capitu. in praesentia de probatio. Rodulph. Schraderi in tractat. de feudis parte nona, capit. 10. numero primo, cum similib. in quibus omnibus generale axioma contra clericatum, mo
1 nachismum, conuersos, Episcopos, & id genus statuitur, vt feuda ipso iure amittant, per habitus assumptionem, & status mutationem, ratio decisionis assignatur in text. dicti capit. primi, supra de vassal. mili. qui arma bel
2 lica depos. quia desinunt esse milites saeculi qui facti sunt milites Christi. Nimirum si feuda perdunt, quę ratio
3 ne militiae, militarisque seruitij concessa fuere, & Clerici ad pugnam sunt inhabiles, capit. de multa §. de Clericis extra de voto Afflict. hic numero sexto, plures alias decidendi rationes assignat feudorum pater Ardiz. capit. 97. cuius mentionem nec faciunt hic Doctores sed materiam integram, vt antiquitas patiebatur, explanauit, facit text. in cap. pręsens 20. quaestio. 3. ibi quondam videlicet Comite nunc autem Clerico, & ibi Gloss. verbo Comite hoc notat, quod desinit esse Comes eo ipso, quod efficitur Clericus Io. de Plat. in l. colonos nulla C. de agric. & censi. lib. 11. Auth. de Sanctis. Episcopis, §. sed neque vers. & generaliter vbi Barto. num. 3. Moli. lib. 1. capi. 13. num. 96.

Oppono de text. in cap. fin. infra de capitulis Corradi, & cap. ex trasmissa cum sequen. de foro competen. in quo Episco. Abb. caeterique feuda habentes, & fellonia e crimina committentes ipsorum vita durante feuda ad Regem, vel illum dominum, à quo immediatè tenentur, pertinent, morte

verò

verò sequuta ad successores reuertun-
tur. Ergo Clericorum siue Abbatum,
& episcoporum genus feuda retinere
possunt, concordat text. in capit. pri-
mo, de Clerico, qui inuesti. fecit in-
fra capitu. primo, supra Episcop. vel
Abba. cum simili. solutio secundum
Iacobum Cuiac. libro secundo, tit. 21.
quia text. iste cum concordibus supra
adductis, loquuntur de feudis initio mi-
4 litibus concessis, quæ Clericatu, vel
Monachismo, Episcopatu, cæterisque
Ecclesiasticis ordinibus superuenien-
tibus amittuntur text. vero dicti ca-
pituli final. de cap. Corradi cum con-
cordantibus, de illo feudo loquuntur
quod initio Clerico, & Ecclesiæ con-
cessum fuit ex certa Domini scientia,
5 quo casu Clerici, & Ecclesiæ sunt feu-
dorum capaces, Beretta consilio 82.
numero quarto, libro primo, Isern. in
capitu. primo, de vassal. mili. qui arma
belli. versic. de nouo Aluaro. in capit.
primo, in fine. versicu. quod intellige
de feudo feminæ A Ressental. cap. 7.
conclusio. 73. Soac. in prælud. fol. 173.
limit. 4. Rimin. Iun. consilio 786. libro
septimo. Pancirol. consilio 111. num.
13. & alij omnes indubitanter se-
quuntur.
6 Et Regem in feudis eis concessis su-
7 periorem recognoscunt, & ad illius
Tribunalia appellatur, & tunc seruiũt
per substitutos, quo iure in Regno vti-
mur in plurimis feudis penes Eccle-
sias existentibus, in feudum tamen
immediatè a Regia Curia cap. verum
de foro competen. seruus enim etiam
8 feudi capax est argumento l. fideicom-
missa §. si seruo de legat. tertio. Iacob.
Ardiz. in summa capitu. 97. colum. 3.
de nouo tamen Clericus beneficium
9 accipere potest. quo casu per substitu-
tum seruire potest, quia ad hoc Domi
nus concedens dispensare videtur C.
de Episcop. & Cleric. l. quisquis, & l.
ad similitudinem Isern. sequitur Ar-
dizzo. in capit. primo, in fine supra de
mili. vassal. qui arma belli. depos. & in
capit. primo, in fine infra de feudo fœ
minæ, Andr. Barbarin tractat. de præ
stantia Cardin. quæst. quinta principa
li numero 12. versi. quid si de nouo Io.
Thom. de Marin. in titu. secundo, de
feudo ex pacto, & prouidentia, nume
ro 154. versiculo concludendum est
igitur Octauian. Cacher. decisio. Pe-
demont. 27. numero 14. Afflict. hic
numero 7. & 8. Idem Isern. in cap. 1.
in fine de feu. femi.
Sed quæ diuersitatis ratio assignari
10 potest, quando Clericus de nouo feu-
dum concessum habet: proprium ve-
ro, quod ante detinebat tempore, quo
laicus erat, amittit, cum semper ea-
dem prohibitionis ratio militet, quia
Clericus ad pugnam inhabilis est, ca-
pitulo primo, supra de milit. vassal.
qui arma belli depos. non malè respō-
det hic Afflict. numero septimo, cæte-
risque post eum diuersitatem assignās,
quod quando Clericus de nouo feu-
dum habet, vel Princeps sibi gratiam
facit, seruire potest per substitutum,
argumento capit. si minori infra eod.
& eo casu feudum non transit in Ec-
clesiam, vel Clericum cum sua causa,
prout dicitur in l. Regni hac edictali,
sed transit liberum, ex quo nil de ser-
uitio dictum fuit Innocen. in dicto ca
pitulo verum de foro compet. & sic fa
ctum Sanctum Sanctorum. Secus si
dictum fuisset cum seruitio consueto,
tunc per substitutum seruitium præ-
staretur; prout Ecclesiæ conuenit.
Isern. hic num. 6. Etsi diceres eadem
ratione clericum posse retinere feuda
per viam successionis, hoc modo serui
tia præstare. Respondetur quod vide-
11 tur dispensatum cum clerico eo ipso,
quod sibi feudum de nouo concedi-
tur. vt per substitutum seruire possit,
quæ dispensatio cessat in præcedenti
casu, & est hoc regulare inquit hic
Iser. numero sexto, in omnibus feu-
da habentibus & personaliter serui-
12 re nequeuntibus, vt per idoneos sub
stitutos seruiãt capitulo, si mino-
ri, & capitulo si quis decesserit in-
fra hoc eodem titulo, l. ad simili-
tudinem, & l. quisquis, Codic. de
Episcop. & Cleric. Isern. de bene-
fic. feminæ in fine & de Clerico,
qui inuestituram fecit in fine. Glossa
hæc ex prædictis explanata videtur,
& declarata quæstio per eam forma-
ta an Clericus possit, seruire per sub-
stitutum in feudis sibi de nouo
concef-

concessis, iam patet, quod sic ex regula l. ad similitudinem, & l. quisquis C. de Episc. & Cleric. capit. si minori infra hoc titul. & Iser. hic se tacitè subscripsit numero sexto, cæterique post eum sequuntur, melius Glos. respondet in capitulo si quis decesserit infra eodem & de benefici. fœmin. §. primo.

QVÆSTIO PRIMA.

14 EXplicitis textualibus altius secundum ordinem Commenti Iser. materiam prosequamur per distinctas, & lucidas quæstiones, & quærit primo Isern. numero secundo quid si feudatarius non ingressus est Religionem, sed ingredi vouit, & ab ea intra professionis annum non exire, sed in ea persistere, an feudum amittatur. Concludit Iser. quod sic, hoc enim dicit text. iste, quod etsi durus esset, seruandus tamen l. prospexit ff. qui, & a quibus. Est enim obligatus per votum ad Religionis ingressum l. secunda §. voto de pollici-
15 tat, & peccat si votum non implet, vouete, & reddite, dicit Psalm. 75. incipiens. Notus in Iudæa Deus, capit. debitores, & capitul. etsi Christus de iureiurand. Dominus ergo potest vassallum hunc in peccato mortali exi-
16 stentem repellere, quia sine dedecore propter delictum in eius Curia esse non potest capit. primo infra an ille qui interfe. Fratrem Domini sui 22. quæstione secunda capit. faciat, sequitur Andreas Barbatia in tract. de præ-
17 stan. Cardin. in quinta quæstione primæ part. numero septimo, vbi vocat Iser. excellentem feudistam eiusque authoritatem magnifacit Afflict. hic numero 30. post alios. Soc. consil. 87. numero tertio libro tertio Vocat Iser. aurigam feudorum. idem exclamant Ias. in l. generaliter §. cum autem numero 10. C. de institutio. Cotta in ver bo. emphyteusis non venit. Lucas in l. vnica C. de impone. lucrat. descrip. columna. sexta vocat Isern. Illustrem dominum Præpositus in capitu. domino committente felloniam in fine, infra eod. Camer. fol. 73. colum. tertia litera P. eiusque authoritatem omnes veneramur.

QVÆSTIO SECVNDA.

18 QVÆRO SECVNDO vtrum milites Sancti Ioannis Hierosolimitani, & Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Hospitalarij Calestrensium, cæterique eiusdem generis (qui pari passu ambulant secundum Gloss. in Clement. quia contingit §. præmissa verbo militarium de religios. domi) in feudis succedant? quæstio hæc formatur sumpta occasione verborum Iser. hic numero tertio qui Hospitalarios ad feuda non succedere dixit. Vnde tenentes opinionem contra milites Hierosolymitanos, vt ad feuda non succedant pro eis allegant hic Iser. postquam Equites isti Hierosolymitani dicuntur, & pro fidei pugna iuramenta præstant.

In hoc articulo vsque ad nostra tempora maxima fuit antiquorum & recentiorum quoque Doctorum dissentio. Opinionem pro militibus Hie-
19 rosolymitanis, vt ad feuda succedant, tenet Bald. in capitul. primo numero quarto supra de milite vassall. qui arma belli. depos. & ibi Aluar. numero nono Martin. Laudens. Afflictus numero 16. idem Afflict. hic numer. 22. versic. sed iuxta hoc quarm Cotta dubius fuit in eius memorialibus vers. Clericus qui efficitur. Curt. in tractat. feud. secunda part. tertiæ part. quæstione 10. numero 29. versic. septimo videtur limitanda Iacobin. in ver. dictique vassalli promiserunt non committere felloniam numero 41. causa 14. Petrus Calafactus in tractat. de equestr. dignitat. numero 33. Iacob. Berretta consil. 106. numero quinto volum. primo Francisc. Sonsbecius de feudis parte nona numero 115. versic. fallit secundo Henricus a Rossental de feudis capitul. septimo conclus. 77. Petr. Rauenna in dicto capit. primo supra de mili. vassall. qui arma belli. depos. Liparul. hic ad Iser. in versic. qui Clericus, & versic. Hospitalarij. Quibus ego addo Rubeum Alexand. consi. 80. circa dubium mihi

hi propositum ÿ Neuiza. consilio 30.
Cardin. Alexand. in capit. primo in
fine de mili. vasall. qui arma belli. de-
pos. ante eos Andr. Sicul. in Rub. de
feudis column. quarta, & Neuiz. di-
cto consil. 30. pluries pro hac opinio-
ne iudicatum, & arbitratum esse
refert omnium latissime Marcus An-
ton. Natta consil. 507. viso themate
ante scripto libro tertio Duenna re-
gula 103. numero sexto Capic. in ver-
sic. feudatarij habiles column. tertia
versic. milites gaudentes, in militi-
20 bus Sancti Iacobi, Calatrauę, & Al-
cantrauę, qui quodammodo religiosi
sunt, sed matrimonia contrahunt ma-
ioratibus, & feudis succedere testa-
tur Molina de primogen. libro primo
capitul. 13. numero 98. & 99. vbi de
militibus Sancti Ioannis quoque lo-
quitur, in quibus propriè procedit
quæstio supra formata, quia de mili-
tibus Sancti Iacinti Calatrauę, & Al-
cantrauę, qui fori declinatoria non
gaudent cæterisque Clericorum pri-
uilegijs, nos non loquimur, postquam
21 in feudis absque controuersia succe-
dunt, quia Laici potius, quam reli-
giosi censentur, sequitur Intrigliolus
de feudis centur. secunda articul. pri-
mo numero 211. aliquos refert, sed
non sequitur Menoch. consil. 54. co-
lumn. prima. Guerinus Pisonus Soa-
cius in præludijs feudorum capit. an
milites Hierosolymitani sint capaces
feudorum, qui doctè hanc probat, &
tuetur opinionem, sequitur Rodul-
ph. Schraderi in tractat. de feudis par.
septima capitul. quinto numero 30.
in fine.

22 Contrariam sententiam contra mi-
lites Hierosolymitanos, vt in feudis
non succedant, tenuit idem Bald. si-
bi contrarius consil. 170. ad euiden-
tiam præmittendum est libro secun-
do vbi testatur hanc opinionem in
puncto iuris, & de eius rigore esse ve-
riorem sequuntur Alciat. respons. 29.
numero sexto latissimè pugnat Cra-
uetta consil. 303. & 908. colum. pri-
ma Albert. Brun. consil. 17. Rolan.
consil. 23. numero 39. libro primo a-
lios refert Neuiz. dicto consil. 30. nu-
mero primo quos sequitur Menoch.
de arbit. Iud. libro secundo centur.
tertia casu 231. numero quinto Ioan-
nes Franciscus Purpur. consil. 322. nu-
mero quinto, & consil. 40. Loffr. hic
post princip. qui allegat consil. secun-
dum, & decimum Calderini sub tit.
de feudis Thom. de Mann. titul. se-
cundo de feudo, & pacto antiquo nu-
mero 141. Et pro hac opinione fa-
ciunt verba Isern. hic numero tertio,
qui contra Hospitalarios loquitur, vt
in feudis non succedant. Andr. Bar-
ba. latè de præstantia Cardinalium 9.
quæstione principali numero septimo
vers. posset etiam quispiam, Cassa-
neus in consuet. Burgundiæ infra ci-
tandus Cannet. in extrauag. Volen-
tes in capit. incip. Sed an possit in
militem Hierosolymitanum fol. mi-
hi 187. consil. 14. numero quinto.
Addentes ad Afflict. decision. 320.
23 numero secundo. Octauian. Cache-
ran. decision. Pedamont. 27. numero
17. & late, locus Cassanei est sub ru-
bric. des fiefs, rubric. tertia §. quin-
to en coses feudales in text. excepte
les religieux numero 18. versic. nono
limitate, & ibi Addent. fol. mihi 454.
Dominus Anna singul. 207. & ibi e-
ius filius numero 399. in secunda ad-
ditione Iacob. Menoch. consil. 54. li-
bro primo Riminal. iunior consil. 527.
libro quinto Franciscus Sonsbecius
in tractat. de feudis part. 12. numero
137. Barba. in rubrica de feudis, & de
præstantia Cardin. quæstione quinta
Riminal. Iunior consil. 527. lib. quin-
to Crauetta consil. 938. column. pri-
ma Intrigliol. centuria secunda artic.
primo numero 204. vsque ad nume-
rum 220. Martin. Nauar. consil.

Pro prima opin. in beneficium mi-
litum plura allegari possunt, subie-
cta tamen sunt urgentiora, primo mi-
lites isti non mutant statum, quia ad-
24 huc sub armis, & militia exercentur,
armaque bellica non deponunt, pro
Catholica fide, & hæc iurant. Ergo
non perdunt feudum, consequentia
patet, quia non desinunt esse milites
sęculi, quamuis effecti sint quodam-
modo milites Christi argumento a
contrario sensu capit. primo supra de
vassall. milite, qui arma belli. depos.

&

& capit. primo de feudo fœmin. Secundo honor in eis actus est, sed causa iuris mutata non est, l. falsa §. primo de condition. & demonstr. cuius contrarium esset inquit Bald. si ex eorum constitutionibus causa esset mutata, nam digressio ad oppositam qualitatem habet dispositum vitiare, quod requirebat eandem qualitatem durare l. tutelas de Capi. dimi. Bald. cæterique in dicto capit. primo de milit. vassall. qui arma. belli. depos. ergo ad minus per substitutum seruitia præstare possunt l. nullus, qui nexui a tertia, & l. neminem C. de decurio. Tertio arguit hic Afflict. numer. 22. quia
25 appellatione Clericorum in odiosis, & Ecclesiarum; non comprehenduntur Hospitalarij, & milites Sancti Ioannis, neque hospitalia, quia iura, vt diuersa notant Fely. in capit. de quarta de præsumpt. Clement. per literas de præbendis Clement. secunda de religios. domi. Archidia. & Domi. in capitul. cupientes de electio. in sexto, & consequenter non comprehendun-
26 tur illi tertij ordinis Sancti Francisci secundum Bart. in l. commodissime de liber. & posthu. quia isti non sunt Clerici, neque Religiosi notatur in Clement. prima de religios. domib. & Clement. cum ex eo de sentent. excommunic. Bald. in auth. nisi rogati in fine ad Trebellia. Bart. in l. prima de pœnis Angel. consil. 218. visa nar-
27 ratione. Quarto quamuis Domino feudi seruire non possint tanquam obstricti magno Magistro, cæterisque ordinis superioribus; quia tamen contra infideles pugnant, dicuntur domino seruire. Ergo retinebunt feuda, ad minus in eorum vita, argumento l. sed & reprobari circa finem ibi dum dicit vtilem seipsum tribuens ff. de excus. tutor. Quinto inquit Martin. Lauden. in dicto capitul. primo de milite vassall. qui arma belli. depos. quod cessat ratio illius capituli in militibus istis. Ergo cessare debet eius dispositio l. adigere §. quamuis de iure patro. antecedens probatur, quia text. dicit, nec pertinet beneficium ad eum qui non debet gerere officium, sed milites isti debent, &
28 possunt gerere militare officium. Ergo feudorum sunt capaces. Sexto dicit Andr. Sicul. in capit. inquirendum de peculio. Clerico. quod milites isti magis assimilantur militibus
29 armatæ militiæ, quam Clericis, ex quo sequitur, quod iudicandi sunt potius secundum eum statum, in quo præualent, & incalescunt l. quæritur de statu homi. leg. legati §. si vnus de leg. tertia, & an milites isti Sancti
30 Ioannis sint capaces beneficiorum Lambertin. de iure patron. quinto artic. septimo quæstione principali primæ partis secundi libri, plura in materia Quintilianus Mandos. in reg. tertia Cancellariæ quæstione 12. aliqua item congerit Guerin. Pison. Soac. in prælud. feudor. in capitul. an milites Hierosolymitani sint capaces feudorum.
31 Contra milites vrget primo, quia tanquam obscruti regulis Religionum domino feudi seruire ad libitum non possunt. Ergo feudorum capaces esse nequeunt argumento dicti capit. primi de milite vassall. qui
32 arma belli. depos. Secundo conuersi a feudorum successione sunt exclusi dicto capit. primo de mili. vassall. qui
33 arma belli. depos. Sed conuersi non habent aliquem ordinem sacrum capit. ex eo de electio. in sexto. Ergo etiam, & milites, etsi ordines Sacros non habeant, adhuc exclusi sunt.
34 Tertio text. in capit. primo in fine de feud. fœmin. infra dicit, quod omnes qui habitum religionis assumunt, a feudis excluduntur. Sed equites isti assumunt habitum Religionis, patet in professione, quæ ab eis fit, & habitu cum Cruce, qui assumitur tempore professionis, & vocatur vulgo Religio Hierosolymitana. Ergo postquam habitum Religionis assumunt, a feudis excluduntur. Item
35 text. in capit. primo infra an mutus, vel aliter imperfe. æquiperat mutum, cæcum, fœminam, & religiosum, qui feudo seruire non possunt. Ergo milites isti tanquam religiosi desinunt esse milites sæculi, quia effecti sunt Christi milites dicto capit. primo supra de mili. vassall. qui arma belli. depos.

depos. Alexand. consil. 10. libro primo Felv. & Doctor. in capit. in præ-
36 sentia de probatio. Quarto religiosi soli sunt decimarum capaces, & non Laici, qui sunt omnino incapaces capit. quamuis de decimis. Decimæ enim sunt iuris spiritualis, cuius Laici penitus sunt incapaces capit. messana, & capit. Sacrosancta de electio. capit. hanc consuetudinem 10. quæstione secunda. Sed militibus
37 Hierosolymitanis Ecclesiæ, & decimæ, concedi possunt, quia potius ordini quam personis censentur factæ concessiones; dicit Abbas in dicto capit. quamuis numero tertio de decimis Andr. Barba. de præstantia Cardinal. prima part. quæstione quinta numero septimo, & est text. in capit. cum & plantare de priuilegiis in versic. Ecclesias, vbi de manu Episcoporum possunt equites isti obtinere decimas. Ergo milites isti sunt religiosi, & consequenter feudorum incapaces dicto capit. primo de feu. fœmin. & capit. primo de milit. vassall. qui arma belli. depos. & hic probatur in text. Item notat ibidem Abbas, quod fratres isti Hierosolymitani non
38 dicuntur esse in sæculo, sed quasi Religiosi, idem Abb. in capitul. cum deputati primo notab. de iudiciis, dicit, quod magister, & fratres militiæ templarii sunt religiosæ personæ, & quamuis Bald. dicat, quod per substitutum seruire possunt ex dict. l. nullus C. de decurio. libro 10. ista tamen ratio in Regno non procedit præci-
39 puè, in quo personaliter ad libitum Domini, & non per substitutum seruire tenentur, secundum Iser. & alios feudistas in capit. similiter de capitul. Corradi, & in capit. primo §. sed nec est alia, quæ sit prima caus. benefic. amitt. & capit. primo de contr. feud. apud pares. Alexand. consil. 10. libr. quinto, & in l. si functa §. si de vectigalib. de damno infecto Imola in leg. eorum de damn. infec. Cur. Sen. con-
40 sil. 62. & 63. Dec. & Doctor. in capit. in præsentia de probat. Vidi significatoriales literas expeditas tempore Regis Ferdinandi Anno 1468. in quo generale seruitium baronibus indixit, & in pecunia præstari iussit, eisdemque baronibus subueniri ab eorum subfeudatariis, & vassallis pro rata: & sic Regis est electio recipere seruitium de persona, vel in pecunia. Significatoriales literæ sunt in secundo processu inter regium fiscum & principem Bisiniani Riccius est actuarius in regia Camera dicemus infra numero 106. quædam alia parum vrgentia adducit argumenta Aymon Crauetta dicto consil. 303. quæ non refero. Confirmatur quartum ar-
41 gumentum, quia milites isti profitentur illa tria substantialia, obedientiam, castitatem, & paupertatem, vt patet in capitulis ordinis, quæ probant eos religiosos vocari Glos. in clement. prima versic. obedientiam de religios. domi. & Clemen. cum ex eo versic. tertio, de sentent. excommunic. Dominus de Ponte consil. 14. numero quarto.

42 Quinto probatur, quia sunt de foro Ecclesiastico, vt tradit Felv. in capit. secundo column. penult. de foro compet. & tanquam assumentes habitum religionis non succedunt dicto capitul. primo de feud. fœmin. Item militans Deo non debet sæcularibus misceri negociis capit. primo ne Cleric. vel Monac. capit. Ciprianus, & capit. placuit 21. quæstione tertia. Item non debet habere beneficium, qui non potest gerere officium. capit. primo de Cleric. non residen. in sexto l. generaliter C. de Episc. & Cleric. l. Nesennius cum sequent. de excusat. tuto. nec duobus Dominis seruire possumus l. fin. C. de offic. assessor. capit. de multa, & capit. quia in tantum de præben.

Sexto principaliter confirmatur constitutionibus ordinis, quas stabilimenta vocant. In altera enim eorum cauetur, quod fratres confœde-
43 rationem cum aliquo, aut homagium facere non possint, sine licentia magistri, vel Castellani, sub pœna priuationis habitus. Item alia constitutione disponitur, ne fratres ordinis, qui pro fidei Christianæ defensione arma exercere debent, implicent se bellis, quæ inter Christianos inuicem

tem geruntur sub eadem pœna. Vnde etiam vigore constitutionum fratres isti Hierosolymitani nequeunt seruitia præstare, quorum maximum, & præcipuum est illud, sequi Dominum in bello, & pro eo pugnare capitul. primo supra quib. mod. feud. amitt. capit. primo de Capi. Corradi. cum similib. Ergo a feudorum successione sunt exclusi, & hoc non negat etiam Natta dicto consil. 507. numero 22. qui fatetur, quod in feudis habentibus propriam naturam feudi, in quibus iuramentum homagij præstatur capit. primo de noua forma fidel. cum simil. milites isti Sancti Ioannis non succedunt, negat tamen ipse in feudo franco vt per eum, & pro hac vera opinione, quam nos sequimur, fuit alias priscis temporibus, vt audio, in Camera iudicatum,
44 authoritate Iser. hic, & aliorum supra citatorum, ea præcipua ratione quia milites isti tanquam regulæ constitutionibus obstricti seruitia personalia, quæ secundum feudorum naturam præstare in Regno tenentur, non possunt ad libitum Domini præstare, quia pro religione principaliter pugnare tenentur. Ergo succedere
45 nequeunt. Item Abbas in Rubric. de regular. dicit, quod milites Hierosolymitani largo modo dicuntur personæ religiosæ, subdens quod in materia odiosa, vbi fit mentio de Religiosis, istud verbum debet multum strictè intelligi, nisi adderetur aliquod verbum vniuersale, quo casu etiam ipsi comprehenderentur, allegat Gloss. in Clement. prima de decimis, sequitur Domini. in capit. Religiosus in princip. de testament. in 6. sed text. in capitul. primo in fine de feud. fœmin. vtitur hac dictione vniuersali, ibi, idem in omnibus, qui
46 habitum religionis assumunt, &c. quæ dictio (omnibus) est vniuersalis l. si cui serui omnes de leg. primo l. damni §. emptor de dam. infec. Alexand. in l. prima numero nono de leg. primo cum simil. Ergo, &c. Castren. in l. si pluribus numero tertio de leg. primo.
47 Septimo præter cæteros adduco text. in terminis in capit. cum & plantare de priuilegijs, in quo bis summus Pontifex vocat Fratres istos Templi, & Hospitalis Religiosos, & inter Religiosos illos connumerat, sed nos habemus iura clara contra Religiosos, vt excludantur dicto capitulo primo de feud. feud. capit. primo de mili. vassall. qui arma belli. depos. Ergo & isti tanquam religiosi sunt exclusi, & idem text. in versicul. Ecclesias, probat, quod militibus istis ab Episcopis decimæ concedi possunt tanquam religiosis, & decimarum Laici sunt omnino incapaces vt supra in quarto argumento probauimus, & hoc argumentum validissimum est penès me, quamuis a Doctoribus non sit formatum, aliqua etiam bona argumenta format Octauius Cacheran. dict. decis. 27. numero 17. & 18. quæ non recenseo.

Contraria non obstant, & soluta sunt ex prædictis: ad primũ patet, quia
47 etsi non desinant esse milites sæculi, non tamen possunt ad libitum pro Domino feudi militare tanquam religioni ligati. Ergo feuda quæ propter seruitia præstari solent possidere nequeunt.

Ad secundum liquet ex constitutionibus religionis, quod causa eorum est mutata, tum etiam de iure communi dum religiosi effecti sunt, vt probauimus in quinto argumento. Ergo desinunt esse milites sæculi qui effecti sunt milites Dei dict. capitul. primo de mili. qui arma belli. depos.

Non obstat tertium argumentum Afflicti, quod quatenus verum esset, adhuc non probat istos non dici religiosos, sed in pœnalibus non venire appellatione clericorum, & sufficit ad expellendum eos esse religiosos, vt benè dicit Cannet. fol. 187. & nos su-
48 pra fusius probauimus, eos verè, & propriè religiosos esse, & nominari, gaudereque priuilegijs fori, & aliorum clericorum, & Religiosorum, vt quotidie in Tribunalibus practicatur, quoad fori declinatoriam.

Ad quartum negamus antecedens, in quo dicitur quod seruiendo Religioni

gioni contra infideles dicuntur domino feudi seruire. Interest enim domini habere suos feudatarios prælian tes in eius exercitu contra Hostes suos.

Ad quintum negatur milites istos gerere posse ad eorum libitum militare exercitium pro domino, postquam eorum religioni, cui iurauerunt, sunt ligati.

Ad sextum dico, quod etsi magis assimilentur militibus armatæ militiæ, quam clericis, adhuc tamen gaudent priuilegijs Religiosorum, & Clericorum in declinatorijs fori, retentione decimarum, & alijs vt supra probauimus in quarto argumento pro hac vera opinione formato, quam vti veriorem, & benè protectam vos prosequimini.

Limitatur conclusio, vt non procedat in Religione in communi Sancti Ioannis Hierosolymitani hodie
49 militi, quæ in communi, & in vniuersum potest habere, & retinere feuda, vt hodie multæ Ecclesiæ in hoc Regno, Ciccianum, Potinianum, Marrugium, Albaronum, & aliæ Anna singul. 207. Cuius doctrina sanè intelligenda est in feudis certa scientia religioni concessis, quorum
50 capax est, sicut cæteræ Ecclesiæ capit. verum de foro compet. cum simil. non tamen succedunt Religio-
51 nes istæ in communi repræsentando personas equitum in feudis durante ad minus eorum vita, quia incapaces sunt ad seruitia præstanda, vt supra latius explicauimus, & infra quæstione quinta dicemus.

QVÆSTIO TERTIA.

52 QVÆRIT TERTIO Iser. quid si feudatarius ingrediens Religionem, in qua per multos menses stetit: infra annum tamen probationis, exiuit, an perdat feudum? Iser. hic tenet, quod sic, & in capitu. primo numero primo in fine de mili. vassall. qui arma belli. depos. ante eum Iacobus de Beluisio hic, quos sequitur Capyc. decision. 115. numero 12. Francis. Purpur. consil. 577. pro magnifico Domino numero quarto. Idem Beluis. in capit. primo de feudo fœminæ in fine disputat similem quæstionem; fuit originalis opinio Gloss. in capit. primo de mili. vassall. qui arma belli. depos. sequitur Henricus a Rossentale in tractat. de feudis capitul. septimo conclus. 75. in fine Nicol. Intrigliol. de feudis centur. secunda articul. primo numero 135. & seq. qui in contrariam partem potius inclinare videtur.

Iacob. tamen Ardiz. feudor. pater capitul. 97. vtrum vassallus amittat feudum si clericus efficiatur column. prima, & secunda aliter distinguit, vt si feudatarius re integra idest nondum habita quæstione de feudo habitum dimittit, potest feudum retinere, & recuperare, alioquin si habita est quæstio de amissione, vel res non est integra non recuperat, licet habitum clericalem, vel monachalem dimittat, eandem opinion. vti magis æquam sequuntur Aluaro. in capitul. primo numero quinto versicul. quæro subsequenter supra de milite vassall. qui arma belli. depos. vbi Federicus Schench numero 17. in fine Martin. Lauden. & Præpos. hic Curt. dubius fuit in hoc articulo in secunda part. tertiæ principalis tractat. feudal. numero 21. fol. 68. in vltima impressione tractatuum, est de mente Lipar.
53 hic, & sic male dixit Afflict. hic numero 26. quod omnes Doct. sequuntur opin. Iser. & Afflict. hic numero 26. format quæstionem, & in fine videtur contra Iser. concludere, dum dicit. Sed ego credo, quod sit repositus in pristinum statum. Felyn. in capit. inter dilectos numero tertio de fide Instrument. Ias. consil. 117. numero 12. post medium. libro quarto Sonsbecius in tractat. de feudis part. 12. numero 139. Guerinus Pisonus Soacius in prælud. feudor. fol. 175. Nicol. Intrigl. Sicul. vbi supra.

Mouetur primo Iser. per text. in capit. primo in fine, de feudo fœminæ ibi etiam si postea quam habitum Religionis assumpserit, postposuerit, vbi
54 feudum est quæsitum agnatis, vel domino: eo ipso, quod feudatarius Cle-

Clericus, vel Monachus est effectus;
& tribus modis ad hoc ponderat il-
lum text. Andr. Barb. de praestant.
Cardin. quaestione quinta in prima
part.

Ergo ius semel agnatis, vel domi-
no quaesitum non amittitur ex peni-
tentia feudatarij, l. si post mortem de
bonorum possess. contratab. in fine l.
fin. de pactis in fine, l. si cum hermes,
C. locati.

Secundo Dominus ideò dedit feu-
dum, vt defenderetur a feudatario ca-
55 pitu. primo, de noua for. fidel. supra
quia datur gratia vtriusque §. fina. su-
pra titu. 3. Ergò statim quod feudata-
rius fecit id, per quod non potest do-
minum defendere, transfertur in al-
terum, idest illud vtile ex voluntate
domini, & feudatarij transfertur in
agnatos extantes, qui dominum de-
fendent, vel ad dominum ipsum in eo
rum defectum; & sic penitentia illius
qui perdidit, non recuperat argumen-
to, l. non ideircò, ff. de contrahend.
emptio.

Tertio argumentatur Isern. quia lu
dibriosum videtur, vt per assumptio-
nem Clericatus, vel monachatus feu-
datarius amittat feudum, illudque po
stea recuperet, habitum dimittendo,
quasi arbitrarium sit feudatarij ad libi
tum amittere, & recuperare feudum
argumento l. cum alijs in fine C. de cu
rato. furiosi.

Confirmatur conclusio praeter Do
cto. argumento text. in capitu. primo,
infra quid iuris sit, si post alienatio.
feu. vassallus id recuperauerit, vbi feu
dum semel amissum; quamuis postea
56 recuperetur, non retinetur iure feudi;
item vinculum inter dominum, &
feudatarium semel extinctum per in-
gressum, instaurari non potest per re
gressum, argumento l. cum ex causa,
C. de remis. pigno. l. qui res §. aream
de solutio. cum simil.

Itē quod sufficiat sola monachatio,
absque duratione, probatur a simili,
in l. si quis haeredem C. de instit. & sub
stitut. vbi relictum mulieri si nupse-
57 rit debetur, nec extinguitur legatum
sequuto diuortio, aut aliter matrimo-
nio dissoluto.

Item argumento, l. cum vxori C.
quando dies legat. cedat, vbi relictum
alicui, si filios susceperit, inconti-
nenti debetur susceptis liberis, nec est ne-
cesse, quod durent. Item confirma-
tur ex theorica Gloss. & in l. si pro par
te §. versum, ff. de in rem verso, quae
dicit, quod si aliquid potest imputari
illi, qui facere potest, & non fecit;
tunc semel ceptum censetur implo-
tum, quamuis non duret, quia sua
culpa exiuit à Monasterio, secus si
aliqua culpa imputari non potest, quia
non voluntariè, sed per necesse exiuit
quo casu ingressus non dicitur, quia
perstetit, ex theorica Angeli praedicta,
& alia confirmari possunt, consil. 34.
columna secunda, adduci etiam po-
test dictum Barto. Brixien. quaestion.
sua 14. de Clerico effecto milite, &
58 penitentia ducto, qui recuperat be-
neficium.

59 Item probatur in text. isto, qui di-
cit hoc ipso feudum amittit, idest ipso
iure secundum Bald. hic sequitur Al-
uaro. Anto. Gabriel de maleficijs con
clusio. 12. numero 12. quicquid aliqui
contrarium dixerint, quos refert Bur-
sat. consilio 14. sub numero 17. libro
primo, Intrigliol. centur. 2. articu. 1.
num. 158. & 159.

Pro opinione Iacobi de Ardizo. Al
uaro. & sequac. quam ne dum aequio-
60 rem, sed in puncto iuris veriorem es-
se putamus, plura allegari possent, su-
biecta tamen magis vrgent.

Primo dispositio clara authent. in-
gressi C. de sacrosan. Eccles. & authē.
de monachis in principio, & ibi Azo
summa numero 7. disponentes, vt
61 Monachi exeuntes infra annum pro-
bationis recuperarēt bona, non distin-
guendo feuda ab allodijs. Ergo dum
contrariam non habemus dispositio-
nem expressam in iure communi feu-
dorum, non recedimus a Romano ca
pitul. primo, supra de feu. cognit. pro
batur in l. si pro parte §. versum, ff. de
in rem verso.

Secundo simpliciter intrando reli-
gionem gerere videtur in animo pri-
uilegium, quod ius sibi tribuit, vt li-
bere exire possit infrà annum argu-
mento l. si cui de seruit. & l. quam-

quam de ritu nuptiarum. Ergo quan-
do reuertitur ad seculum licitè redit
iure primæuo, & perinde habetur, ac
si n. in intrasset l. & attillicinus, de ser
uit. rustic. præd.

Tertiò quæ fiunt lege permittente
non merentur pœnam, l. Gracchus, C.
de adulter. sed iure licito vassallus in-
fra annum probationis potest egredi
religionem, capit. secundo, de regu-
lat. in 6.

Ergo non priuabitur feudo: proba-
tur etiam hic in text. ibi votum Reli-
gionis assumit, nam infra annum pro
bationis non assumit votum religio-
nis dicto capitu. secundo, de regular.
in sexto. ergo non perdit feudum.

A simili confirmatur, quia non dici
tur causam egisse, qui vsque ad finem,
causam non peregit, l. alia C. de his,
quibus vt indi. l. qui cum maior §. ac-
cusasse de bonis liberto. Item in acti
bus habentibus tractum successiuum
nunquam dicitur totaliter consuma-
tus, & perfectus nisi vsque ad finem.
Vnde qui tenetur ad patientiam licet
hodie patiatur, non pefectè passus est,
quia potest cras non pati l. 3. §. dare de
vsufru. l. dedi in princip. de condi. ob
cau. Item non dicitur habitare, qui
tantum hospitatur, & in habitatio-
ne non durat, argumento, l. fina. §. fi.
62 C. de bonis quæ liber. non dicitur quic
quam actum, quando aliquid superest
ad agendum C. de his, quib. vt indig.
l. cum Sillanianum, probatur in l. in-
ter Castellanum ff. de recep. arbitris,
vbi non dicitur sententiæ paruisse, qui
passus est se præsente terminos immit
ti, cum de finibus esset quæstio nisi pa
tiatur eos immos durare, argumento,
etiam l. cum à te ff. si seruitus vindice.

Confirmatur conclusio ex theorica
63 Barto. in l. si quis hæredem C. de insti-
tut. & substitut. vbi format quæstio-
nem relicti alicui, si monasterium in-
trauerit, legatarius intrauit, & infra
annum exiuit, an debeat habere lega
tum Bartol. ibi dubius fuit Castr. ta-
men, & Additio ad Bartol. cæterique
concludunt legatum non deberi nisi
professionem fecerit ex pluribus, vt
per eos, & ex resolutione contrario-
rum magis tuta erit hæc vera opinio
præcipuè ex vltimo argumento in fi-
ne questionis adducto.

Adduco tandem pro hac vera opi-
nione notabilem decisionem Felyn.
in capit. inter dilectos nume. 3. de fide
instrumen. quem sequitur Ias. consilio
117. num. 12. post medium lib. 4. di-
centes, quod regula illa sumpta ex ca-
pit. primo, de mili. vassal. qui ar. bell.
64 depos. quod miles Dei desinit esse mi
les seculi, intelligitur de professo quia
tales omnia abdicant capitul. cum ad
monasterium in fine de statu Mona-
chorum, & ita dicunt ipsi, quod intel-
ligitur capit. scripsit 27. quæstio. secun
da. cum Gloss. vt loquatur in professo,
ita etiam intelligentes dictũ capit. pri
mũ, de mili. vassal. qui ar. bell. depos.
ratio, quia monachus, & conuersus ha
bentur pro mortuis notatur in l. si ex
causa §. Papinianus, ff. de minoribus
concordat theorica Bald. in dicto cap.
inter dilectos, num. quinto.
65 Item bona morientis infra annum
probationis nõ sunt Monasterij Ant.
Gabriel titu. de præsumptionib. con-
clusio. 12. numero 23. Abbas in cap.
in præsentia numero 68. de probatio.
versicu. item est dubium Ias. in Auth.
si qua mulier, columna fin. C. de sacro
sanct. Eccles. Capra consilio 165. co-
lumna 1.
66 Non obstat text. in capit. primo, in-
fra de feudo fœminæ, quia loquitur de
professis, & religiosis, qui lege permit
tente Clericatum, & Monachatum di
mittere nequeunt, alias essent aposta
tę, & in illis intelligi debet text. ille,
secundum Fely. Ias. & alios supra pro
xime citatos, non in alijs, qui lege per
mittẽte a Monasterio egrediuntur, &
primeuum statum, & bona recupe-
rant dicta auth. ingressi, Cod. de sacro
sanct. Eccles. cum simil. & non est no
uum vnam legem per aliam declarari
l. non est nouum, ff. de legib. & sic ne-
gamus nos per hunc ingressum antè
professionem esse ius formatum, &
quęsitum in beneficium agnatorum,
vel domini, sed dicimus feudi domi-
67 nium penes feudatarium vsque ad
diem professionis permanere, quando
res est integra, & de feudo quæstio ha-
bita non fuit, & quantum esset amis-
sum,

fum, illud quæsitum fuisset reuoca-
biliter.
Nec obstat secundum argumen-
tum Isern. in quo ipse, eiusque secta
præcipuè se fundat, quia benè respon-
det Præposit. hic, argumentum Iser.
reassumitur, & fundatur principali-
ter in seruitio, quo Dominus est pri-
uatus, dicit Iser. a feudatario eo ipso,
quod ingressus fuit Religionem capi-
tul. primo in fine supra de mili. vassal.
qui arma belli. & interest Domini,
vt fiat locus alteri agnato qui seruiat.
Nam Respondetur, quod per ingres-
sum Religionis non priuatur ex toto
Dominus seruitio, imo quia ad fru-
gem melioris vitæ transire intendit,
tanquam iustè impeditus excusatur a
seruitio Domini, si est personale, quia
68 seruiet per substitutum, si requisitus
fuerit infra annum probationis, in
cæteris impeditis habemus leges in ca-
pit. si minori, & capit. si quis decesse-
rit infra eod. quæ Spiritu Dei agun-
tur, non sunt sub lege l. sunt personæ
de relig. & sumpt. funer. & quasi vo-
catus a maiori Domino, interea ex-
cusabitur capit. primo in fine infra de
pace Iura. firm. §. præterea Ducatus
de prohibit. alien. per Feder. facta de-
mum professione, quia impedimen-
tum est perpetuum, tunc Domini in-
demnitati succurritur capitul. primo
infra an mutus vel aliter imperfe. me-
dio. anno, quia reuersio fit lege per-
mittente, non meretur pœnam dicto
capit. secundo de regul. in 6. & l. Grac-
chus, de adulter. C.
Ad tertium nos negamus feudata-
rium per solum ingressum amittere
feuda, & quatenus amitteret, recu-
perat per regressum dict. Auth. ingressi
si cum simil. sicut cætera bona recupe-
rat, & interim ludibriosum non dici-
tur, quod lege permittente fit dicta l.
Gracchus, de adulter.
Ad quartum dicimus feudum non
esse amissum per solum ingressum, &
69 quatenus esset amissum reuocabili-
ter, & non absolutè erat amissum. Er-
go per regressum est dominium auo-
catum ad feudatarium, cuius ius non
erat penitus extinctum, sed reuerti-
tur ad sua principia attractiua sicut
de hypotheca a simili loquitur Bald.
in hærede cum beneficio legis, &
creditore, quia resoluta hæreditate
creditum hæredis, quod interim dor-
miebat, reuertitur ad sua principia
attractiua.
Nec obstant alia, præsertim Gloss.
in §. versum, quia culpa aliqua feu-
datario huic tribui non potest, post-
quam reuersio hæc lege permittente
fit (vt supra dixi. Nec obstat tex. iste,
quia non dicitur assumptum votum
Religionis infra annum probationis
dicto capitul. secundo de Regular. in
sexto, & sic cessat eius dispositio, &
Iacob. de Beluiso in capitulo primo infra de feudo fœminæ latius di-
scutit Broccardicum, an ius semel ex-
70 tinctum, reuiuiscere, vel recuperari
possit, plures tradens ad contraria so-
lutiones, vt per eum. Et si diceres,
non ne per assumptionem ordinum
etiam minorum, & habitus clericalis
71 amittitur feudum, vt hic probatur?
Ergo eodem modo per assumptionem
habitus monachalis, postquam in hoc
text. & in capitul. primo in fine infra,
de feud. fœmin. æquiperantur. Re-
spondeo, & fateor antecedens esse ve-
rissimum, quia clericus etiam in mi-
noribus ordinibus constitutus amit-
tit feudum, quia fœminæ æquipera-
tur, vt benè inducit quatuor modis
text. illum Andreas Barba. in tractat.
de præstan. Cardinal. quinta quæstio-
ne principali numero quinto, & sex-
to, & sequent. & fœmina regulariter
de iure communi feudorum est inca-
pax, non tamen Monachus infra an-
num probationis. Diuersitatis ratio
est ista, quia clericus verè, & propriè
dicitur clericus, & omnibus priuile-
gijs gaudet clericis tributis per assum-
ptionem ordinum minorum cum ha-
bitu, & tonsura, vt nouissimè per Sa-
crum Concilium Tridentinum etiam
statutum fuit, & sic definit esse mi-
les sæculi, & effectus est miles Chri-
sti capit. primo, supra de mil. vassall.
qui arma belli. depos. merito feudo
priuatur.
CÆTERVM feudatarius in-
trans Religionem portansque habi-
tum monachalem infra annum proba-

tionis, non dicitur Monachus, quia habitus solus monachalis, & nomen Monachi, quo vtitur, non faciunt eum monachum cap. tertio de Regular. & annus ille probationis est tempus quoddam datum ad deliberandum circa statum suum. Ergo interim non dicitur Monachus vere, ne que dici potest votum Religionis assumpsisse dicto capit. secundo de Regular. in sexto. merito feudo non priuatur sicut priuatur clericus etiam primæ tonsuræ, qui vere clericus est, & toto suæ vitæ tempore clericus dicitur, etiam si alios sacros ordines non assumpserit, Monachus tamen infra annum probationis deliberare debet, alias eo elapso in Cœnoblio amplius permanere non potest, nisi tacitè, vel expressè profiteatur, & sic diuersitas magna est inter clericum, & assumētem habitum monachalem infra annum probationis.

72 Roboratur alio simili scripto ex decisione relata per D. Io. Vincentium de Anna alleg. 98. numero nono sicut clerico primogenito a Rege datum fuit semestre tempus ad deliberandum, si clericalem habitum prosequi intendebat, vel illum relinquere, & feudum habere, ita etiam tempus aliquod datur feudatario effecto monacho infra annum probationis, vt deliberet, an monachatum, vel militiam sæcularem persequi velit. Ergo hoc tempore durante probationis, & deliberationis non amittit feudum, quia clericus, & monachus hic, & in capit. primo de feud. fœmin. & vbique æquiperantur, & nescio si quid magis simile, & ad propositum adduci potest.

QVÆSTIO QVARTA.

73 QVÆRO QVARTO vtrum clerici cuiuscunque ordinis, siue in sacris ordinibus, siue in prima tonsura, & quatuor ordinibus minoribus fuerint constituti, succedant in feudis? Articulus iste magnam habet Doctorum varietatem, & plura hinc inde adducuntur, media, quæ nullo modo repetere intendo, sed citatis duntaxat aliquibus Doctoribus qui articulum ad partes disputant, meam duntaxat sententiam in medium adducere contentus ero, ne aliorum dicta absque vtilitate repetamus Martin. Laudens. late in capitul. primo §. & quia vidimus, & ibi latissime Præpositus supra de his, qui feudare poss. Barbatia in Rubric. de feudis, Doctor. late in capit. in præsentia de probatio. quorum maior pars
74 tenuit, clericos feudorum esse successibiles, Legistæ in Auth. Ingressi C. de Sac. San. Eccles. Curt. etiam laté in tractat. de feudis tertia part. quæstione 10. numero 13. vsque ad 31. plures congerit vsque ad sua tempora: faciendo regulam cum aliquibus limitationibus qui illos pro maiori parte impugnat. Minad. loco infra citando Ioannes Calderi. exactè consil. secundo sub titul. de feud. ad partes disputat, & doctè. Guido Panciroli consil. 111. Marcusantonius Natta consil. 600. & nos infra exactè dicemus quæstione sexta in articulo an Cardinalis succedat in feudo, cuius rationes vrgent in hoc dubio. Isern. tamen id capit. primo de clerico, qui inuest. fec. & in capit. primo de feudo fœmin. & in capitul. primo supra de milite vassall. qui arma belli. depos. hic, & alibi fuit in opinione, quod clerici non succedant, & hæc opinio magis communiter a Feudistis recipitur, quam nos quoque sequimur, præsertim in Regno, in quo absque controuersia a feudorum successione
75 excluduntur, & hoc iure vtimur, quia personaliter feudatarij seruire
76 tenentur, quo casu clericos esse inhabiles latius probat Calderi. dicto consil. secundo. Vltra Doctor. adductos per Curt. loco citato numero 16. pro hac opinion. quicquid dixerit Albert. Brun. consil. 16. Hieron. Scurfur. consil. feudali 140. Hæc Isern. opinio. a Regnicolis quemadmodum in palatijs vsu recepta fuit: eo modo absque contentione approbatur. Minad. in constitut. In aliquibus vers. filiorum numero quinto 18. & 19. Ioan. Vincentius Anna alleg. 98. qui numero nono testatur per Illustrissimum Proregem

tregem fuisse clerico concessum tem-
pus semestre ad deliberandum, si in-
tendebat retinere beneficium Eccle-
siasticum vel dimittere habitum cle-
ricalem, & habere feudum, quod in
praxi est notandum Dominus de Frā
ch. decis. 20. Ruin. consil. 42. nu. 3. qui
testatur hanc esse veram, & commu-
nem libro primo, Ias. consi. 213. num.
3. libro primo. Intrigliol. centur. 2. in
primo, num. 185. 222. & 121. latissime
Octauian. Cacheta decisi. 27. Canner.
fol. 42. & 43. & alij passim, & procedit
conclusio etiam respectu Clericorum
in minoribus ordinibus constitutorū,
si in habitu prædicto persistere perpe-
tuo voluerint: bene post alios conclu-
dit Barbatia in tract. de præstantia
Cardinal. quæstio quinta, principali,
vltra antiquos, quos allegat, sequun-
tur magis communiter Doctor. in di-
cto capit. in præsentia de probatio. hic,
& alibi Menoch. consilio 181. numero
64. & sequen. latè vsque ad numerum
80. & 89. quibus si casus acciderit, re-
cursum habeatis vltra Crauett. consil.
303. numero 8. & 9. Rolan. consil. 23.
numero. 23. libro primo. Molina de
primogenitur. libro primo, capit. 13.
Silua. consilio 3. numero 53. & sequ.
Ioan. Licier. in tract. de primogen. lib.
primo, quæst. 21. numero 26. Cancer.
fol. 184. & 185. latè, in Regno habe-
mus Constitutionem errores eorum
libro 3. & sicut Clericus ita Ecclesia
regulariter non succedit in feudo cap. 1.
primo, §. inde potest supra de success.
feudi. Rodulph. Schrader. in tractat.
de feudis part. 9. capit. 10. numero pri-
mo, ante eos latissimè Cassan. in con.
suetud. Burgund. titu. des Fiedz rub.
3. en coses feudales §. quinto in tex. ex
cepte les Religieux vbi conclusionem
cum decem limitationibus firmat,
quarum multæ à iuris veris conclusio-
nibus sunt alienæ: Dominus de Fran-
chis decisio. 20. numero primo. Petrus
Duenna regula 103. plures refert ad
conclusionem istam limitationes, qua
rum aliquas non approbo, Capycius
plura in Inuestitura versiculo feudata-
rij habiles Iacob. Beretta, consilio 82.
libro primo. Riminaldus consil. 557.
libro quinto, Nicolaus Intrigliolus de
feudis centur. 2. articu. primo, nume.
108. & sequen. & 222. impressus post
hæc scripta: latissimè Franciscus Sonf
becius de feudis part. 12. præsertim nu-
mero 145. vbi ponderat, cap. primo, in
fine an mutus, vel aliter imperfectus
ibi seruire non possunt, & Intriglio-
lus vbi supra plures congerit amplia-
tiones, & limitationes, cui in multis
quoque dissentio, & nos exacte infra
dicemus quæstio. 6. Clarus in §. feu-
dum quæst. 77. fuitque hæc opinio in
Camera recepta teste Ioachim Missin-
gerio singular. obseruationum centu-
ria quinta, obseruatione 48. numero
8. cui ipse quoque se subscripsit senten
tiæ. In Regno tamen isto nulla in hoc
articulo cadit difficultas, nedum ex præ-
77 dictis, sed quoniam ita per legem Re-
gni incipientem, errores eorum lib. 3.
statutum reperitur, quo Iure ad exclu
sionem Clericorum indubitanter vti-
mur. Afflict. decisio. 265. numero 37.
& 38. Ioannes Cephalus latè consilio
151. qui conclusionem limitat in feu-
do puro, & recto, secus in feudo con-
ditionato, & non habente naturam
feudi Fabius Anna singul. suo 297.
omnium latissimè Guerinus Pisonus
Soacius in prælud. feudor. in capit. cu-
ius rubrica est, qui sint feudorum ca-
paces, qui discusso prius ad partes arti-
culo, testatur hanc communem opi-
nionem per eum aliquibus in casibus
limitatam, cum quo in secunda, quar-
ta, & quinta, tantum limitationibus
conuenimus.

QVÆSTIO QVINTA.

SED CADIT HIC QVINTA.
Dubitatio, postquam Isern. in cap.
primo, infra de Clerico qui Inuestitu-
ram fecit.
78 Hic, & alibi semper dixit feudata-
rio relicto primogenito Clerico, debet
deliberare primogenitus si vult profe-
qui militiam Ecclesiast. vel illam re-
linquere, & habere feudum, qua do-
ctrina vera, fuit supra relatum alias
fuisse datum semestre tempus ad deli-
berandum, Anna dicta Allegat. 98.
numero 9. Nunc dubitatur, quid fiet
interim de dominio isto vtili feudi?
penes

penes quem permanet durante hoc
termino statuto ad deliberandum,
an transeat penès secundogenitum,
vel reuertatur ad dominum, vel tran-
seat ad ipsum feudatarium clericum
primogenitum reuocabiliter tamen?
postquam iuris est indubitata conclu-
sio, nec momento temporis domi-
79 nium posse manere in suspenso, Intri-
bus vulgatis, & est theorica Iser. in l.
Imperialem post numerum 15. de
prohibit. feud. alien. per Federic. ibi
quia dominium statim continuatum
est, & translatum in quemlibet hæ-
redem nedum in filium, quæ conti-
nuatio in clericum fieri non potest,
propter sui incapacitatem. Ergo sta-
tim in alium transitum facit, sed re-
uocabiliter.

Huic difficultati congruum dare
poteritis responsum, quod dominium
80 feudi stat interim in Massa hæredita-
tis, & successionis ad beneficium ac-
quirere volentis, & primogenituræ,
text. est notabilis in leg. si post mor-
tem de leg. primo ibi, quo fit, vt hæ-
reditati acquisitum legatum postea
hærede aliquo existente ad eum per-
tineat, concordat tex. in l. huic scriptu
ræ ad l. Aquil.

Et propterea verissima est theori-
ca Iser. hic, & in capitul. primo infra
81 de feud. fœmin. & capit. primo supra
de mili. vassall. qui arma belli. depos.
quod primogenitus clericus in mino-
ribus viuente patre; eo mortuo si sta-
tim dimittit habitum, reddit se capa-
cem feudi.

CÆTERVM si patre defun-
cto perseuerat in habitu Clericali,
aut de nouo assumit habitum cleri-
calem, tunc videtur suum animum
declarare, quod non vult esse miles,
& ex hoc dominium feudi transfertur
a lege in secundogenitum, aut alium
capacem, nec sera pœnitentia prode-
rit, dicit hic Iser. quia res non erit in-
tegra post dominium perditum, &
ius alijs semel quæsitum non desinit
ex facto alterius. Et idem iudica-
tur inquit Iser. in locis supra citatis in
omnibus assumentibus habitum Re-
82 ligionis & in ea profitentibus (adda-
tis vos vt supra sua congrua quæstione
nos explicauimus) vt sunt Conuersi
in Religione forte laici non literati,
qui in aliquibus Religionibus Con-
uersi appellantur. Nam & isti si de-
ponunt habitum Religionis non suc-
cedunt in feudo, & feudum, quod
habebant perdunt, quia milites Dei
non possunt esse milites sæculi. Et
propterea ad euitandas dubietates, an
per continuationem habitus Clerica-
83 lis, vel Monachalis per aliquos dies,
vel menses per primogenitum post
mortem feudatarij censeatur primo-
genitum tacitè, vel expresè renun-
tiare, vel necessarium sit, vt lis super
primogenitura prius moueatur, vt
feudum amissum dicatur. Cautela
illa tutissima erit telata per Ioannem
Vincentium de Anna allegat. 98. vt
coram feudi Domino, siue Rege,
vel eius vices gerente petatur a pri-
mogenito statim mortuo patre termi-
nus ad deliberandum, si vult in cleri-
ci militia continuare, vel clericalem
siue Monachalem habitum relinque-
re, & sæcularem assumere, ac feudum
habere.

QVÆSTIO VI.

84 QVÆRO VI. vtrum Cardi-
nales Illustrissimi in feudis suc-
cedant deuolutis post promotionem
ad Cardinalatus dignitatem. Et an
feuda, quæ per prius habebant amit-
tant? Articulus iste hic, & alibi a
Doctoribus magnoperè controuerti-
tur. Et in duas sectas eorum opinio
est diuisa. Aliqui pro Cardinalibus.
Alij vero contra responsa tradidere,
ac illorum plures fœdere distinctio-
nis articulum conciliando dixerunt,
Cardinales esse successibiles, & capa-
ces feudorum illorum, quæ seruitia
personalia non præstant. In cæteris
vero, in quibus personale seruitium
requiritur, non succedere, nec illorum
capaces esse.

85 Quod Cardinales sint feudorum
capaces, & successibiles latissime pu-
gnat Ias. consil. 119. libro quarto, &
consil. 13. libro primo Bellamer. con-
sil. 48. columm. tertia. sequitur Domi-
nus Ioannes Vincentius de Anna sin-
gul.

gul. 70. qui pro hac opinion. Imol. &
Ruin. allegat contrarium dicentes,
vt in sua secta infra illos coacervabi-
mus. Addo Afflict. tenuisse hanc o-
pin. in capit. primo numero 10. supra
de mili. vassall. qui arma belli. depos.
& testatur quoque in Regno vidisse
multos Episcopos succedere in feu-
dis. Ludouicus Molina de primoge-
nitura libro primo capit. 13. numero
97. post Abba. in capit. inter dilectos
numero secundo, & quinto de fide
Instrument. Io. Cephal. consi. primo
libro primo numero 40. & sequen. la-
tissimè, & consil. secundo numero 13.
libro primo, & 151. numero 43. libro
secundo. Curt. Iun. consil. 192. nu-
mero 47. libro tertio. Marcusanton.
Natta consil. 507. numero 17. Bald.
in capit. primo in fine infra de feud.
foemin. dicit quod de æquitate Cardi-
nalis succedit in feudo sibi obuento
post Cardinalatum; secus tamen est
de iuris rigore secundum eum, Iul.
Clar. feudorum parum expers in §.
feudum quæstione 78. in fine, dicit
communiter seruari, quod Episcopi,
& Cardinales retineant feuda eis de-
uoluta iure successionis, ne dignitas
decrementum potius quam incremen
tum attulisse valeatur. Ad hoc allego
Hern. in capit. si quis decesserit hoc ti-
tulo, Laurentium Siluanum, consilio
3. numero 54. subdit amplius Iulius
Clarus, quod sine controuersia admit
tuntur ad seruiendum per substitutos
sed nihil allegat, sequitur Petrus Duē
na regula 103. nume. 12. Ripa respon.
secundo, hanc esse communem testa-
tur Cephal. consil. primo, numero 63.
Panciról. consil. 11. nume. 2. Hieron.
Scurfur. consilio 140. numero 11. &
12. inter feudalia consilia de cæteris
Prælatis loquitur ad feudorum succes
siones admissis.
86 Contra Cardinales, quod in feudis
non succedant, & si quæ habebant per
promotionem ad hanc supremam di-
gnitatem amittant, tenet Imola in ca.
inter dilectos de fide instrum. nume.
6. Petrus de Cerutis antiquus Feudi-
sta hic, quem refert Andr. Barbat. in
tractat. de præstantia Cardin. quinta
quæstione basilica, primæ partis, num.
primo, qui vsque ad numerum 13. ar-
ticulū hunc subtiliter disputauit hanc
tandem sequendo sententiam, Ioan-
nes de Anania in capi. Iudei, il secun-
do, in Gloss. fina. nume. 12. de Iudeis,
qui ad hoc allegat text. & ibi notata
in cap. inter dilectos de fide instrum.
tenendo quod ille Episcopus erat Co-
mes, & perdidit Comitatum eo ipso,
quod effectus fuit Episcopus, Ruyn.
consilio 42. num. 8. & 9. versicu. ex his
igitur libro primo, qui testatur hanc
veriorem, & magis communem esse
opinionem. ante eum Bald. notabili-
ter in capitu. primo, in fine infra de
feu. femi. dicit, quod de rigore iuris
Cardinalis in feudo non succedit, &
multò magis id procedere, quando
feudum talis est naturæ, vt illius serui
tium non possit per quemlibet explica
ri argumento, l. continuus §. si ab eo
de verbor. obligat. eo casu concurrit
Calderi. consilio secundo, sub titu. de
feud. qui doctè loquitur, post eum se-
quuntur Ioan. Thom. de Marinis in ti
tul. de feudo ex pacto, num. 142. Do-
minus Ioan. Thom. Minad. in Rubr.
Constitu. in aliquibus versic. filiorum
nume. 6. Menoch. de arbitrarijs iudi-
cum, casu 231. num. 6. latissimè consi.
181. num. 63. & sequen. per decem co
lumnas, volum. secundo, & cons. 202.
nume. 116. & sequen. etiam fusissimè.
in eadem causa respondit Ioannes Ba
ptista vincemela inter consil. feudalia
consil. primo, nume. 122. qui de com-
muni testatur Ioannes Gallicius inter
consil. feudal. consil. secundo, numero
100. versic. & consequenter ex ordine
& in Regno isto Sacrum Consilium
87 præsupposuit articulum esse resolutū
contra Cardinalem, vt à successione
feudalium excludatur. Dubitauit ta-
men an eidem debeatur vita, & mili-
tia tanquam secūdogenito, postquam
sublatus erat a primogenitura: nouissi
mi Collectores decisio. 20. conferunt
hic dicta per Canonistas in cap. in præ
sentia de probatio. vt Cardinales non
succedant in feudis requirentibus per
sonale seruitium Capyc. decis. 32. nu.
primo, qui in Archiepiscopo loquitur,
& in feudali inuestitura versiculo feu
datarij habiles post princ. Manfredus
de

deCardinalibus decisio.250. Albanus de Cardinalibus, quæstione . . quos allegat Menoch. consilio 202. nume. 126. a Rossentale de feudis capi. 7. conclusio. 73. Soacius in præludi. feud. fol. 170. Nicol. Intrigliol. post hæc scripta impressus centuria 2. artic. primo, nu. 124. 126. 127. & 176. ac 178. ante eum
88 Dominus Fabius de Anna singul. suo 297. & sequen.

89 Argumentatur pro Cardinalibus Primo Afflict. quia Illustrioribus personis concessum est a iure priuilegium seruiendi per substitutum l. nullus la tertia, & ibi Bald. hoc notat C. de decur. libro 10. dicendo quod regulariter decurionibus non est permissum seruitium per substitutum, fallit, quãdo sunt Illustres. latè Camillus Gallineus in tractat. de verbor. signific. lib. 10. capit. 17. per totum, & num. 14. huiusmodi sunt cardinales ergo, &c. Iser. hic in fine dicit, quod Clericus potest
90 seruire per substitutum, quando feudum est sibi concessum subdens, quod hoc est regulare in omnibus feuda ha
91 bentibus, & personaliter seruire non valentibus vt per substitutos seruiant capit. si minori, & cap. si quis decesserit, & ibi Iserm. nume. secundo, idem repetit infra eadem l. quisquis, & l. ad similitudinem C. de Episcopis, & Clericis, idem in l. Imperialem, numero 31. in fine infra de prohib. alien. per Federi. & quando substitutus est expertus, & aptus, multò magis id procedit Afflict. in dicta l. Imperialem §. firmiter, numero 15. Cephal. consil. primo, numero 35. & 36. aliàs non diceretur priuilegium tributum fore Illustrioribus personis, arguit Andr. Barbat. de præstantia Cardinalium dicta quæstio. 5. num. 12. hinc dixit Afflict. se vidisse multos Episcopos succedere.

Secundo text. iste, & cap. primũ, in fine infra de feu. femi. cum simil. non loquuntur neque procedunt in Cardinalibus Illustrissimis propter eorum excellentiam ex quo de eis non faciũt mentionem cum sint speciales fratres
92 Papæ, & corporis ipsius pars 6. quæst. prima, capit. si quis cum militibus, l. quisquis, C. ad l. Iuliam Maiest. capit. primo, in fine de offic. lega. in 6. ergò quæ speciali nota digna sunt nisi exprimantur, non comprehenduntur sub generalitate dispositionis l. item apud Labeonem, §. hoc edictum ff. de iniurijs Gloss. in capitu. secundo, de præbendis in sexto, inde in generalibus
93 dispositionibus nunquam includuntur Cardinales, nisi de eis expresse caueatur Ioan. Monachus, & Ioan. Andreas in cap. primo, de schismaticis in 6. & ibi Probus in addi. Roman. consilio 498. in casu, quo quæritur, colũ. 9. Geminia. in capit. nemo deinceps de electio. in 6.

Item Regulæ Cancellariæ non ligant Cardinales propter excellentiam talium Dominorum nisi expressa de eis fiat mentio Anchar. consilio 296. pro clariori euidentia, column. 3. & 298. incip. efficacibus, colum. prima, quicquid dixerit Fely. in capit. ad aures 8. conclus. de rescriptis.

Tertio adducitur tex. in capit. inter dilectos ibi Luitardi Comitis de fide instru. ex quo ibi notant Docto. quem posse esse Comitem & episcopum, & ibi Fely. num. 3. dicit, quod ita tenent omnes, quia vna dignitas non tollitur per aliam compatibilem, l. si longius in fine de iudic. l. final. vbi Bartol. de Præpos. agen. in rebus libro 12. l. pen. de Senator. Gloss. in versic. andegauensis in ca. ex parte de foro compet. & in versic. iurisdictionem in capit. fin. de parochijs, & subdit Bald. in dicto capit. inter dilectos numero quod etiam siquis haberet Comitatum in feudum ab Imperatore non perditur per adeptionem episcopatus.

Quarto, concessiones feudorum regulariter fieri solent pro hæredibus,
94 & successoribus quo casu non censetur electa industria personæ, non potest etenim Dominus scire conditionem futuri hæredis, Ergò postquam industria non est electa, vassallus Clericus, vel alias inhabilis seruitia per substitutum præstare potest Cinus in l. quisquis C. de episcopis, & clericis, & ibi Bald. circa princ. dicit quod industrialia non transeunt ad hæredes l. cuius bonis, vbi Gloss. de Curato. furios. Ias. dicto consilio 117. nume. 13. libro 4. Menoch. consil. 181. numero

67. potest etiam adduci Gloss. in capit. primo, §. ex hoc. infra de feu. fęmi. & dictum illorum Doctorum qui tenẽt Clericum paratum seruire per substitutum non amittere feuda Io. Calder. consilio secundo, sub titu. de feudis in cip. An Clericus primæ tonsuræ, plures ad id congerit Menoch. consil. 181. numero 64.

Item si diceremus oppositum, vassallus abstineret se a susceptione ordinum, & à seruitio Sãctissimi Dei viui, quod est absurdum, vt notat Cinus in Auth. nisi togati, C. ad Trebellia. Siluanus laté consil. 3. num. 54.

95 Item per Clericatum iura successionis non perduntur, cap. primo, 12. quęstio. 3. & quęst. quinta, cap. fixum ca. quia nos, & capi. relatum §. cęterum de testamen. & religiosi non perdunt ius succedendi 23. quæst. 1. capitu. primo, 18. quæstio. cap. statutum 19. qó. 3. cap. non licet, §. nulla vero in Auth. de sanctis Episcopis cum similibus.

Item quando seruitium præstari potest per alium, vel quando feudum est liberum iura Canonica aperte admittunt Clericos ad feuda 23. quæstio. 8. capit. ecce. cap. Romana §. debet ibi Gloss. de appell. in 6. cap. fin. ne cleric. vel Monachi plura Calder. consil. 2. sub titu. de feud. Ioannes Cephal. dicto consil. primo, num. 40. & sequen.

96 Quinto in Regno fœminæ sunt habilitatę ad successionem in feudis per l. Regni, vt de successionibus Isern. in capit. primo, §. & quia versic. at in Regno supra de his, qui feudum dare possunt, & in cap. primo, de eo, qui sibi, & hæredibus suis. Lucas in l. fina. versic. satisfactum Cod. quando, & quibus, quarta pars debeatur libro 10. Alexã. consi. 29. lib. primo, Dec. consilio 445. numero 19. Loffred. consil. 39. colum. final. Afflict. decisio. 320. sed in feudis, in quibus fœminæ succedunt, cle-
97 rici quoque admittuntur, qui in successione æquipetantur cap. primo, an mutus vel alias imperfect. & quando admittitur fęmina ad feudum etiã clericus admittitur, dicit Innocen. in capit. in præsentia probatio. & omnes hoc firmare dicit Alexand. consil. 10. libro 5.

Sexto feuda vt plurimum præsertim in Regno sunt emptitia, in quibus de iure fœminæ admittuntur Iacob. de Beluis. post gloss. in capit. primo de benefic. fratris Iser. in cap. primo §. in primis ex quib. caus. feud. amitt. Bald. in capit. primo §. & quia qui feud. dar. poss. Roma. singul. 184. & consil. 357. numero 12. versic. fallit quarto, & ibi Addentes Bursat. consil. quarto numero 15. Ergo etiam clerici, & Cardinales admitti debent per proxime allegata.

98 Septimo consuetudines feudorum excludentes clericos, sunt exorbitantes, cum de iure per clericatum successionis iura non amittantur, ideo strictè in feudo vero, & proprio, quod est simpliciter feudum intelligi debent, non autem in feudo secundum quid, habente mixtam alterius contractus naturam: Soc. consil. 252. numero 19. libro secundo Bald. in l. prima C. de success. edi. Dispositio enim
99 exorbitans loquens in casu simplici non extenditur ad casum mixtum l. si ita scriptum de liber. & posthum. Sed in feudis emptitijs, in quibus fœminæ succedunt, vt in Regno præcipuè in quolibet feudo, pro quibus quoque adoha in pecunia soluitur. Ergo non sunt propriè feuda ex notatis per Ias. consil. 63. numero tertio libr. primo. Ergo cessante consuetudine feudali, succedit ius commune cap. primo supra de feudi cognit. quo iure clerici sicut Laici admittuntur hoc argumento vtitur Soc. consil. 257. Dec. consil. 390. numero sexto Paris. consil. quarto; numero 10. Gozad. consil. octauo numero 27. Cephal. consil. 151. numero 35. Menoch. consil. 65. numero 54.

Contra Cardinales Illustrissimos adducuntur Primo omnia iura, quæ statuunt clericos in feudis non succedere, etsi successerunt ante Clericatum illa amittunt, vt dicit tex. iste capit. primo infra de feud. fœmin. cap. primo supra de milite vassall. qui arma belli. depos. capitul. præsens vbi Gloss. in vers. Comite 20. quæstione tertia capit. scripsit 27. quæstione secunda Auth. de Sanctissimis Episcopis;

pis §. ſed neque verſic. & generaliter ubi Bart. numero tertio capit. primo an mutus uel aliter imperfe. cum alijs ſimilibus.

100 Item clericus, mutus, & id genus ea ratione excluduntur, quia ſeruire non poſſunt Domino feudi capit. primo an mutus, vel aliter imperfectus. Ergo multo magis Cardinales, qui tenentur ſeruire Eccleſiæ vniuerſali, &
101 ſunt Coadiutores in exequutione Sacerdotalis Officij capit. fundamenta §. decet de electio. in ſexto cum ſimilib. Ergo tanquam inhabiles, & non ualentes ſeruire Domino feudi, excluduntur.

Tertio feudatarij iurate tenentur illa ſex contenta in capitul. primo de forma fidelit. & capit. primo de noua forma fidelit. quæ omnia repugnant ſtatui clericorum, Epiſcoporum, & Cardinalium, quorum arma ſunt Orationes, & lacrimę capit. ex multa §.
102 de clericis de uoto. Clemen. prima de homicidijs capit. primo, & ſecundo, & capit. reprehenſibile, capit. his, a quibus, & cap. cum a Iudæis 23. quæſtione ultima capit. ſecundo de clerico pugnante, Hoſtien. in capit. final. numero nono de reb. Eccleſ. aliena. uel non, Ioannes de Turrecrem. 24. quæſtione octaua capit. primo plures aſſignat decidendi rationes, quare clericis arma ſint interdicta. Ergo poſtquam ſeruitium intrinſecum feudo eſt incompatibile ſtatui Cardinalium, & clericorum, ad illa non admittuntur argumento l. quod in hæredem §. primo ubi Gloſſ. adducit illud uulgatum; A tal Montone, tal Boccone ff. de tributor. actio. capit. vt quis duas de electio. in ſexta Clem. gratiæ de reſcriptis l. 1. C. de furtis; & ſuccedit regula nemo militans Deo
103 debet ſæcularibus negocijs ſe immiſcere. hoc argumento poſt alios vtitur Ruyn. qui ſpecificè de Cardinali loquitur dicto conſil. 42. numero nono libr. primo Ioannes Cęphal. conſ. 151. numero 8.

Quarto ratio aſſignata in capit. primo de mili. vaſſall. qui arma belli. depoſ. vrget multo magis in Cardinalibus, quam in cæteris clericis, quia nedum milites Dei ſunt, ſed Generales militum. Ergo deſinunt eſſe milites ſæculi, & tanquam non valentes gerere officium non poſſunt retinere beneficium ſiue feudum, quod idem eſt.

Quinto Cardinales in materia feudorum non reperiuntur expreſsè priuilegiati, vt ſuccedant, & in eis eadem ratio militat, quæ in cæteris clericis excludendis, vt arguit Minado. in conſtit. in aliquibus verſ. filiorum numero ſexto. Ergo, &c. conferunt etiam ſcripta per Calderin. conſil. ſuo ſecundo ſub rubrica de feudis, & conſil. 10. qui latius probat Eccleſiaſticas perſonas a feudorum ſucceſſionibus eſſe excluſas, quia perſonaliter ſerui-
104 re nequeunt. Concedit tamen ipſe ſucceſſionem in feudis, quæ perſonale ſeruitium non requirunt, & in conditionatis, ac non habentibus pro-
105 priam feudorum naturam, in quibus per ſubſtitutos ſeruitia recipiuntur, quem nos quoque in hoc paſſu ſequimur, vt infra in limitationibus dicemus. conferunt dicta per Author. quēdam §. 18. numero 10. ſecundum veterem impreſſionem, & §. 28. in nouiſſima.

Quid dicendum? In Regno iſto articulus iſte indubitabilis eſt, quia nunquam vidimus Clericos Epiſcopos, vel Cardinales ſuccedere in feudis paternis, vel aliorum agnatorum, imo ſemper excluſos, quo iure vtimur. De Franchis prædicta deciſion. 20. Vltra alios ſupra adductos etiam per l. Regni, errores eorum, quæ de feudatariis effectis, clericis loquitur, vt prius feuda dimittant Afflict. deciſion. 265. numero 37. 38.

Ratio concluſionis eſt iſta, quia tempore belli Dominus Rex præciſè
106 compellere poteſt vaſſallos feudatarios ad ſeruiendum perſonaliter, & non poſſet cogi. Rex ad recipiendum pecuniam pro ſeruitio, dicit Iſern. in capit. primo in fine, quis dicatur Dux, & ibi Addentes in verbo, nam Dominus idem Iſer. de capit. qui Cur. vendit. numero 14. verſic. nam Rex non cogeretur recipere pecuniam, & in §. firmiter numero 32. de prohib. alien. per

per Feder. Capyc. decision. 32. numero secundo, & decision. 10. numero 17. Cannetius in capit. volentes vers. idem videtur dicendum numero 22. fol. 44. & latius fol. 184. & 185. in capit. incip. sed operæ precium erit examinare in extrauag. uolentes numero sexto diximus 5. numero 40. & alibi passim. Sed Cardinalibus, Episcopis, cæterisque religiosis, qui arma bellica deposuerunt, hoc personale seruitium bellicum repugnat, quia lacrimæ, & orationes sunt eorum arma utsupra diximus, merito excluduntur. Et quamuis de iure communi feudorum uassalli sit electio præstare seruitium in pecunia, uel de persona l. Imperialem §. firmiter, ubi Aluaro. & cæteri de prohibit. alien. per Feder. capit. primo in fine, ubi Aluaro. & cæteri de pace iuramento firma.

Nos tamen putamus etiam extrà Regnum Cardinales Illustrissimos esse excludendos, nisi in locis, in quibus contraria particularis consuetudo aliud statueret, & ad id concludendum vltra prædicta vnica me mouet vrgẽs & penes me demonstratiua ratio a cæteris hoc modo non ponderata, quia et si de iure communi feudorum ad præstandum personalia seruitia tempore expeditionis non teneantur, dicta l. Imperialem §. firmiter de prohib. feu. alien. per Federic. tenerentur tamen tanquam feudatarij ad illa cõtenta in cap. primo, de forma fidelit. & capit. primo, de noua forma fidelit. supra in
107 cap. de forma fidelit. vltra illa sex tenentur prestare auxilium, & consilium Domino, & in cap. sequenti de noua forma fidelit. statuitur, vt vassalli iurent fidelitatem contra omnes excepto Imperatore, vel Rege, & vlterius progrediendo statuitur vt feudatarius impedimentum præstet contra quoslibet machinantes contra vitam, membrum, vel honorem, aut in iuriam Domini, & pro his auxilium præstare tenetur, subdit amplius tex. quod si feudatarius sciuerit Dominũ velle iustè aliquem offendere tenetur requisitus auxilium præstare; hæc & alia ibi statuta, præsertim auxilium præstandum in offensione facienda sunt omninò contraria, & pugnantia statui Illustrissimorum Cardinalium Episcoporum, cæterorumque Clericorum, qui omnes arma bellica deposuerunt, & lacrimis, & orationibus se dederunt cap. ex multa, §. de clericis de voto, ergo postquam officium feudo, & iuramento fidelitatis annexum gerere non possunt, non debent habere beneficium, siue feudum, dicto capit. primo, de mili. vass. qui ar. bell. depos. & cap. primo, infra de feu. femi. & ratione iuramenti fidelitatis Clericos omnino incapaces esse dixit Aren. in capit. in præsentia, colum. 15. de probatio. quia fidelitatis iuramentum in
108 vassallo est principale, præstatio vero accessoria, & Barbatia in rubrica de feudis colum. secunda, sennit clericos non succedere in feudis, in quibus fidelitatis præstatur iuramentum: alios latè congerit, & sequitur Io. Cephal. consil. 151. numero 8. & sequen. Hinc Nicol. Intriglio. Feudista Siculus centura 2. artic. primo, numero 128. post hæc scripta impressus dicebat, quod clerici facto suo effecti sunt perpetuo
109 inhabiles ad iurandum ea, quæ in sacramento fidelitatis continentur omnibus clericis contraria, & inter dicta Ioannes Baptista Vincemala, consilio primo, num. 123. & sequent. inter consilia feudalia cap. primo, supra de noua forma fidel. ergo eis inuestitura de neganda est capit. primo, §. nulla per quos fiat inuest. Natta fusè, consilio 600. num. 29. qui doctè loquitur, & quamuis in Regno præstaretur adoha in pecunia, vel etiam extra Regnum, adhuc tamen vassallus tenetur Dominum periclitantem adiuuare spontè, nec derelinquere, cap. primo, hic finitur lex, cap. licet vassallus hoc eodem titulo Gloss. in verbo requisitus in capit. primo, de noua forma fideli. si posset Dominum adiuuare, & non facit perdit feudum, ideo etiam si prestatur seruitium in pecunia, interesset Regis non habere clericos feudatarios, sed milites Minad. in rubri-
110 ca Constitutio. in aliquibus versicul. filiorum, numero 17. aliqua Octauianus Cacheranus decisio. 27. nume.

9. Blascus Lanza in repet. capit. volentes 3. parte, 6. notab. versic. sed dubitatio est, ante eos Hostiens. in cap. fin. de reb. eccle. alien. vel non. notabilem nobis reliquit doctrinam differendo quæstionem an Clerici, & Ecclesiæ per legata sint feudorum capaces, di-
111 stinguit duplex feudorum genus, Alterum est paternum, quod consueuit per substitutum, & alium deseruiri, & in istis Ecclesiæ, & Clerici succedunt, in feudis verò personalibus, quæ morte extinguuntur, vt Guardiæ, & Castaldię, & id genus, cap. primo, supra de feudo Guardiæ, & in cæteris feudis talem habentibus naturam, vt feudatarij personaliter seruire teneantur, prout in Regno, in quo Domini est electio, in talibus inquit legata non valent, Clerici, & Ecclesiæ sunt feudorum incapaces hæc Hostinf. numero 6. & 7.

Tutior erit conclusio resolutis contrarijs, quia, notando, & disputando optima ratione decernitur l. munerum §. mixta ff. de muner, & pro solutione contrariorum notetis vnum verbum dictum hic per Bald. numero 2. in fine, qui soluendo oppositiones dicit, rei qualitas soluit contrarium, quam solutionem commendat Barbatia de præstantia Cardinal. quæstio. 5. nume.. pro clypeo, & claui omnium contrariorum, idem Bald. in l. de quibus de legibus, & ibi Angel. colum. 4. Ias. consl. 117. nu. 2. lib. 4.

Ad primum distinguo maiorem, & dico, quod regulariter Illustres personæ seruiunt per substitutos, nisi in casibus, in quibus rei, & feudi qua-
112 litas requirit personalem assistentiam, & seruitium, vt sunt contenta in capitul. de noua forma fidel. supra reassumpta, in quibus casibus iuramentum fidelitatis per substitutos adimpleri non potest, vt ex tex. illo colli-
113 gitur. Ad confirmationem dico, quod quando Rex concedit feudum clerico scienter habilitare videtur illum ad seruiendum per substitutum vt supra in principio istius capit. diximus, Lex tamen clericos, fœminas, & id genus non habilitauit, & ita procedunt dicta Iser. & priuilegium concessum minori ad seruiendum per substitutum a lege, per capit. si minori, & capit. si quis decesserit infra
114 eod. procedit, quia temporale est impedimentum, & parum durabile, quod non est in consideratione, secus si esset perpetuum, & in via duraturum impedimentum, quo casu lex non dispensat ad seruiendum per substitutum, vt in fœmina, clerico, muto, & similibus capit. primo de feud. fœmin. capit. primo an mutus, vel aliter imperfect. cum simil. & vbique Iser. & si Afflict. vidit Episcopos succedere, procedit, quando feuda sunt
115 Ecclesiis a Rege concessa, quibus Episcopi succedunt in eorum vita, vti Episcopi, & Ecclesiæ Pastores, vt infra suo loco in limitatione dicemus non in feudis patrimonialibus. Et si tu subtilis diceres clerici, quibus feuda de nouo conceduntur, sunt habilitati ad seruiendum per substitutum, vt hic dicit Iser. & nos latius in principio istius capit. supra diximus. Ergo eodem modo censentur habilitati ad adimplendum contenta in Iuramento fidelitatis: fateor consequentiam. Etsi replicas ergo eodem modo poterunt adimpleri illa contenta in iuramento fidelitatis per substitutos, quando Cardinales succedunt. Ego dico, quod etsi lex concedat priuilegium seruiendi per substitutos in vno casu, quando ex certa scientia clerico feudum conceditur de nouo, non tamen illud concedit in alio casu,
116 quando patri, vel aliis agnatis succedit feudi domino ignaro, cuius interest habere milites feudatarios in expeditionibus, & priuilegium concessum in uno casu non extenditur ad alium casum l. si vero §. de viro soluto matrimonio, cum simil. conferunt, quæ dicemus. infra quæstione decima.

Ad secundum dico, quod etsi regulariter in generali sermone Cardinales non includantur propter eorum
117 Maiestatem, quando tamen rei qualitas non patitur, & eadem ratio urget in Cardinalibus, quæ in cæteris tunc includuntur ut Felynus post alios dicit in capitulo ad aures conclu-sione

ſione octaua de reſcriptis. Amplius nec etiam perſonarum Cardinalium qualitas patitur ligamen adeo ſtrictum iuramenti fidelitatis ſtatuti in capit. primo de noua forma fidelit. ſupra cum tex. præcedenti, ergo nedum ex rei qualitate, ſed etiam perſonarum Illuſtriſſimi Cardinales ſunt feudorum regulariter incapaces, ut in tex. iſto cum ſimilibus.

Ad Tertium dico. Primo quod Comitatus ille nõ erat datus in feudum: Dico ſecundo, quod fateor dictum Doctorum ibi, quod vna dignitas non tollitur per aliam compatibilem, ſed hæ ſunt incompatibiles, & nos controuertimus doctrinam Bald. & Felyn. ibi, & de eius veritate principaliter diſputamus, & Abbas antiquus Ioan. And. Butrius Panormitan. & Imola ibi tenent contrarium, & hæc eſt communis, Ioannes Baptiſta Vincemala conſilio primo, numero 125. inter conſil. feudalia.

118 Ad quartum dico, quod feudatarij hæredes tanquam diuites, & ſecum arma, equos, aliosque milites ducentes vti gaudentes fructibus feudi eorum induſtria, & etiam hæredum cenſetur electa, quia nobilibus virtus contingit ante diem, dicit Iſer. in conſtit. minoribus, argumento, quæ ibi dicuntur in Baronibus magnatis, vt 14. anno dicantur maiores, & ſcientifici propter aliorum nobilium, & domeſticorum frequentiam, vt Iſern. poſt Gloſ. ibi dicit, & ego alias cum peritioribus Italiæ Feudiſtis conſului pro Excellentiſſimo Duce Sancti Petri poſtea immatura morte præuento annum agente vltra decimum quartum, vt tanquam maior curam Excellentiſſimi Principis Biſiniani eius patris ſuſcipere potuiſſet. Hodie tamen edita eſt noua lex in Regno vt maiores non dicãtur vſque ad annum 18. ſicut & cæteri omnes Regnicolæ iuxta l. Regni mi-

119 norum circa. Amplius filij feudatariorum præſumuntur eiuſdem ingenij, legalitatis, & fidei, ſicut Patres feudatarij, probatur in l. ſciendum §. legati de legatis. ff. quem ad hoc commendat Barbat. conſilio 48. columna 4. & Freccia de ſubfeudis libro primo, titu.

quis dicatur Dux numero ſecundo, & concordat l. quod ſi nolit §. qui mancipia de ędil. edict. Ergo induſtria etiam

120 hæredum in feudorum conceſſionib. certo modo contemplata, & electa videtur. Ad argumentum ab abſurdo, quod vaſſallus abſtineret ſe ab ordinum ſuſceptione, & ſeruitio Dei, Reſpondet Bald. hic ſupra relatus, quod rei qualitas hoc patitur, Et quamuis clerici a ſucceſſione allodialium non ſint excluſi: a feudis, tamen expreſſe excluduntur; & generi per ſpeciem derogatur, vt hic, & in cæteris iuribus ſimilibus ſupra ſępius allegatis.

Ad quintum reſpondetur, quod diſpenſatio cum fœmina, vt ſeruiat per ſubſtitutum non extenditur ad clericum, vt ſuccedat in feudo, de quo nulla eſt facta mentio, & nimis eſſet abſurdum, quod ſi feudum conceſſum

121 fuiſſet alicui inhabili id protrahatur ad diuerſi generis inhabiles, cum diſpenſatio etiam facta alicui ſtricte; quo ad eandem perſonam intelligatur licet etiam in alio caſu maior eſſet ratio diſpenſandi cap. fin. de poſtul. prelato. cap. 15. cui de præbend. in 6. & eſt celebre dictum Hoſtien. in cap. poſtulaſti de reſcriptis, vbi latè Felyn. Iaſon in l. beneficium, colum. 7. verſic. circa diſpenſationem, ff. de conſtit. Princi. hinc Afflic. deciſio. 320. circa finem dicit, quod ſi fœmina fuit inueſtita, & conſequenter habilitata, vt ſeruiat per ſubſtitutum, non intelligitur cum ea diſpenſatum, vt ſi effecta ſit monacha poſſit retinere feudum ſeruiendo per ſubſtitutum, quia diſpenſatio ſita per vno defectu nõ trahitur ad alium

122 Ioannes Andr. in capit. fina. de filijs presbyteror. in 6. Barto. in l. cum pretor de lega. præſtan. idem Afflict. in c. ſi quis deceſſerit hoc eodem titu. Marcuſantonius Natta bene conſi. 600. numero 32. & 33.

Ad ſextum. Reſpondet Rolandus

123 poſt alios conſil. 23. num. 25. & ſeque. libro primo, dicentes quod licet in feudo pecunia interueniat, quoad Principem tamen gratioſum dicitur, nec va-

124 let conſequentia feudũ eſt emptitium ergo ſuccedit inhabilis Iſer. & alij ibidem allegati, num. 32. Brun. conſi. 18.

de communi testatur, conferunt di-
cta per Natta.consil.660.num.29.
Vltimum non obstat, quia clerici,
cęterique religiosi exclusi sunt pro-
125 pter naturam rei, quia feudo seruire
nequeunt. Bald. in l. de quibus, & ibi
Angel.4.colum.ff.de legib. & sic non
debet beneficium spectare ad eum,
qui non potest gerere officium, vt dicit
text.hic, & in Regno, quia seruitium
debetur indeterminatum ad Regis e-
lectionem, vt supra probauimus, quo
casu semper dicitur personale, quod
Cardinalibus, clericisque repugnat, &
Areti.in cap.in præsentia, colum. 15.
de probatio.dicit, quod iuramentum
126 fidelitatis in vassallo est principale,
pręstatio vero accessoria, & licet an-
nua pręstatio sit pręter feudi naturam
non propterea mutare videtur natu-
ram contractus Alexan.consilio nono
numero 7. Iser.in cap.1. sed nec est alia
iustior num.38. quæ sit prima cau.be-
nef.amitt. sed in iuramento fidelita-
tis multa exiguntur, quæ a clerico præ
stari non possunt. Natta post alios cõ-
silio 600.num.29. & nos supra proba-
uimus, Ergo ex natura rei, & inhabi-
litate personæ Cardinales, & clerici
sunt insuccessibiles Cephal.consi.151.
num.8. vltra alios.
127 Conclusio supra firmata in Cardi-
nalibus procedit, & ampliatur in Epi
scopis, Archiepiscopis, & omnibus
Prælatis, quia eędem, imo maiores
vrgent rationes, & clericorum appel-
latione comprehenduntur Prælati, ac
Doctores prædicti indistinctè loquun
tur in Cardinalibus, & Prælatis, Me-
noch. casu. 231. numero sexto consil.
202. numero 140. libro tertio, & alii
supra adducti, Henricus a Rossenta-
le de feudis capit. septimo conclus.73.
quicquid dixerit Cephal. consi. primo
numero 40. libro primo. Ioannes Ba-
ptista Vincemala inter consi. feudalia
consil.1.num.125.
128 Ampliatur secundo conclusio, vt
procedat etiam in feudis Ecclesiasti-
cis, quæ immediate a Sancta Sede A-
postolica conceduntur, quia in illis
nec etiam Cardinales succedunt Mar
cus Anton. Natta consil. 600. nume-
ro 26. & 27. quicquid dixerit Ias.dict.
consil. 117. libro quarto. Cacher. de-
cision. 27. numero 17. Guerinus Pi-
sonus Soacius in præludiis fol. 106. li-
mit. 3. Rolan. consil. 76. numero 13.
libro tertio. Intrigliol.artic. primo nu-
mero 228. Ratio est vrgens, nam
Sancta Sedes, & summus Pontifex
dum Castra, Ciuitates, & vassallos in
feudum concedit, quia rei suæ est ar-
biter l. in re mandata C. manda. huic
rei dat hanc formam, & spiritum, vt
teneatur in feudum. Ergo statim
129 succedit iuris feudalis dispositio cui
etiam in feudis Ecclesiasticis recurri-
mus, quando Canonicis regulis ex-
pressè non repugnant. notatur in ca-
pit. cæterum de iudiciis, & leges feu-
dales cum consuetudinibus valent e-
tiam contra clericos Fely. in capit. in
præsentia sub numero 79. de probati-
tio. Afflict. & alii hic Cannetius in ca-
pit. volentes in capit. incip. idem vi-
detur dicendum numero 24. fol. 44.
sed de iure feudi Cardinales inhabiles
ad personalia seruitia feudalia præ-
standum, Sunt sicut cæteri Clerici
exclusi ex dispositione istius text. ex
supra dictis, ergo etiam a successione
feudorum Ecclesiasticorum Cardina-
les Illustrissimi cęterique Prælati sunt
exclusi. Item iura hæc, & Doctores
non distinguunt feuda Ecclesiastica a
sæcularibus. Ergo nec nos distingue-
re debemus l. de precio de publicia. &
rationes expressè in iuribus istis mili-
tant in omnibus feudis. Ergo habe-
ri debet, ac si verbis legis fuisset ex-
pressum l. nominis, & rei §. verbum
de verbor. signific. & hæc est veritas,
130 quicquid dixerit Ioannes Petrus Sur-
dus, feudalis doctrinæ non medio-
criter eruditus consil. 140. numer. 31.
& 32.
Limitatur primo, conclusio vt non
procedat in feudo franco, cui Cardina
131 les, & Clerici omnes succedunt secun
dum communem opinionem Docto-
rum quos congerit Laurentius Silua.
consilio 3. num.56.57. & 58. Octaua.
Cacher. latè decisio.27. numero 5. la-
tissimè Bursat. consilio quarto, nume.
quarto & quinto, libro primo, & con-
silio 63. numero 24. vltra Afflict. hic
nume. 9. & Paridem de Puteo de rein
tegrat.

tegrat. feudor. cap. 133. num. 18. Calderi. consilio secundo, sub titu. de feudis, & consil. 10. post principium, qui cæteros congerunt, contra hanc tamen communem opinionem plura dici possent, & vrget præsertim ratio illa, quia feudum, etsi franchum sit a seruitio, in cæteris tamen habet pro-
132 priam feudi naturam capit. primo de feud. non habe. propr. feud. natur. sed inter cætera fidelitas, quæ est de substantia feudi capit. primo de noua for-
133 ma fidel. etiam in feudo francho non censetur remissa, quia alias non dice-
134 retur feudum, hæc fidelitas continet illa sex contenta in capit. vnico supra de noua forma fidelit. quæ vt supra diximus clericis, & Cardinalibus repugnant, ergo etiam a feudis franchis excluduntur, quæ dubitandi tantum causa dicta sint, quia in iudicando, & consulendo durum esset a prædicta communi opin. recedere, & in feudo non recto, pro quo reale tantum seruitium præstatur. Clericos, & Cardinales, omnesque Ecclesiasticas perso-
135 nas succedere communiter tenent ferè omnes Rimin. Iun. consil. 796. numero octauo libro septimo. Isern. hic numero sexto Fely. in capitul. in præsentia numero 46. de probatio. qui de communi testatur Siluanus consilio tertio numer 154. Brun. consil. 16. numero quinto omnium latissimè Nicol. Intriglio. de feud. centur. secunda artic. primo numero 165. vltra Calderi. dicto consil. secundo sub titul. de feudis, Pancirol. d. consil. 111.
136 Limitatur secundo, vt non procedat conclusio in feudis Ecclesijs concessis a Rege, in quibus Episcopi, Archiepiscopi, Cardinales, & omnes alij Prælati, vti Prælati Ecclesiarum, & non aliter succedunt, illaque sicut cætera Ecclesiarum bona quibus prosunt, gubernant, capitul. verum, & capitul. ex transmissa de foro compet. capit. Romana §. debet de appellat. in sexto, & in his casibus quando ab eorum sententijs appellatur non ad metropolitanum, vel Sedem Apostoli-
137 cam, sed ad Dominum feudi appellatur, Freccia post alios libro primo capit. incipi. Alia etiam fuit quæstio numero 11. qui alios congerit Iser. de capitulis Corradi numero 17. & numero 21. versic. nunquid: dicit, quod Prælati feudatarii Regis in omnibus feudum concernentibus sunt Regiis Officialibus subditi, idem Freccia differ. 53. inter feuda regalia ab aliis nobilibus Anna singul. 460. Fely. in capitul. solite de maior. & obed. & quod
138 Episcopi, & cæteri Prælati creare debent Officiales laicos, & non clericos, qui vt cæteri laici sindicari possunt, dicit Anna singul. 460. Isern. in constit. Iustitiarii nomen columnn. fin. ubi enomuit illud notabile uerbum, quod Castrum existens, & possessum
139 ab Ecclesia in dubio præsumitur allodium, & non feudum, sequitur Losfre. de controuer. apud pares termina. & in titulo ex quibus causis feud. amitt. Capyc. In capit. Imperialem columnn. 121. uersicul. Quarta conclusio Afflict. ex quib. cau. feu. amitt. numero 69. uersicul. etsi simpliciter Freccia author. 29. versic. secundo, intellige Lipar. ad Isern. in capit. primo, de contro. int. masc. & fœmin. versi. libera in
140 fine qui dum conclusionem istam limitare voluit, ut non procedat in iurisdictione existente penes Ecclesiam, quæ secundum eum in dubio feudalis etiam penes Ecclesiam præsumitur vos dicatis hanc limitationem esse contra verba, & mentem Isern. in dicta constit. Iustitiarij in fine.

Hæc sicut cætera omnia in hoc opusculo contenta correctioni Sanctæ Sedis Apostolicæ, & cuiuslibet rectius sentientis subijciuntur, exemplo iure consulti in l. Claudius Felix in ff. qui potior. in pigno. habeantur. dixi supra in cap. inter filiam, nu. 7. 8. & 10.

Cæteras ampliationes, & limitationes ponit Nicol. Intrigliol. vbi supra nume. 163. & sequen. cui in multis dissentio post alios.

QVÆSTIO VII.

141 QVÆRO SEPTIMO. Feudatario effecto monacho, an Monasterium eius vita durante feudum retinere possit, vel ad Agnatos succesSibiles, siue ad Dominum reuertatur?

 Afflict.

Afflict. latè disputauit articulum decisio.320.& ibi addentes,& in capitu. primo,infra de feudo fœminæ, ut per SacrumConcilium recepta fuit verior opinio contra Monasterium, vt non succedat, neque feudum in vita retineat. ea præcipua ratione, quia iuramentum fidelitatis præstare non potest, neque substantialia contenta in iuramento fidelitatis adimplere, quæ supra proximiori quæstione explicaui mus, quæ ratio militat extra Regnum
141 vbi de iure communi feudorum est in electione vassalli præstare seruitium in pecunia, vel de persona l. Imperialem, §. firmiter de prohib. feu. alien. per Feder.& ideo tenetur feudatarius ratione fidelitatis dominum adiuuare & contra inimicos pugnam substinere, quæ omnia Monasterium agere ne quit,ergo feudum nec etiam possidere debet, quia non valens gerere officium non debet retinere benefi cium, capit. primo, infra de feu.fęmi.& cap. primo.supra de mili.vassa.qui ar.belli. In Regno copulatiuè alia ratio militat quia Regis est electio si velit personale seruitium vassalli,vel pecuniam, vt Isern.dicit in capit.primo,in fine quis dicatur Dux,& alibi,& præcedenti q. nos docuimus,num.106.

Ergo Monasterium quia personaliter seruire non potest,ideo a feudo excluditur. hanc veriorem opinionem contra antiquos recepit hic Loffred. Capyc.decisio.to.31.& 32.& alij relati per addentes ad Afflict.dicta decisio.320.quibus addo Siluanum,consi. 3.numero 60.& sequent. Ioannem de Anania in cap. Iudęi,el secundo,num. 12.de Iudęis post Alexan. magistraliter loquentem consil.10.libro quinto, plura in materia scribit Fräciscus Bursat.consilio 63.num.24.& sequen.lib. primo, Franciscus Purpurat. 577. per totum Natta consil.600.quibus recutratis, quia articulus nullam probabilem habet dubitationem, propterea disputatione non eget,& ex his corre-
143 ctus est error Petri de Gregor. in tracta.de concess. feudi part.8. quæstio.3. num.14. præcipuo fundamento Francisci Aretini in capit. in præsentia, columna 15.de probatio. dicentis, quod etsi Ecclesia habeatur loco filij, id pro
144 cedit fictè, & impropriè,sed feuda va duntad hæredes sanguinis,cap.primo
145 supra qui feudum dare possunt eiusmodi non est Ecclesia ergo,&c.Cassa. latè in consuet. Burgundiæ in rubrica des fiedz §.en cofes feudales, numero 11.& 12.versicu.Secundo moueor, ex quibus corruunt, quæ idem Afflict. hic incautè dixit, numero 10.versicu. & propterea dicebat, & detegitur quoque error Domini Ioannis Thomæ Minadoij in constit.in aliquibus 3. notabili, numero 56.ad 84. vbi exactè Afflictum impugnando, quæstionem
146 disputat in moniali,vt eius vita durante Monasterium possit feudi fructus consequi, fatetur tamen, numero 83. obtinere non potuisse, nec eius argumenta alio egent responso,sed ex prædictis elisa remanent, aliqua Intriglio lus postea impressius centur. 2. articu. primo,num.183.quibus addo notabile consilium Raphaelis Cumani 167. incipiens Ioseph. & Antonius, qui doctè Afflicti opinionem per multos an nos ante probatam reliquerat, etsi eiusdem temporibus, contrarium,& malè consuluisset Hieronymus Scutfur. consi.feudali 140.nume.5.& sequent. qui à nemine allegatur, si rectè recordor.

QVÆSTIO VIII.

147 QVÆRO OCTAVO, vtrum clerici in sacris,vel monachi, effecti laici ex dispensatione Pontificis succedant in feudis? Bald.consil.275. incip.quod pro regula libro secundo, numero 7. format quæstionem & resoluit his verbis, pone quod Monachus ex dispensatione Papæ factus est Comes, nunquid iste succedat in feudum apertum, postquam factus est Comes, & indubitanter teneo quod sic,nam tanquam postliminium reuersso,vel in integrum restituto, & ad suc cedendum habilitato, imò tanquam nouo homini est gratia restituta & ha
148 bilitas aperta, l. aristo ff. de manumis. testam. l. in quæstione, C. de sentent. pas.l.si deportati seruo de legat. 3. l. si quis filio §. penult.de iniust. testamẽ.

L.si

l. si alienam §. in extraneis de heredi. instituen. semper enim in subiecto inspicitur dies sua ff. de stipul. seruor. l. si vsusfructus, & l. seruus communis hæc Bald. refert, & sequitur Curt. in tractat. de feudis in secunda part. primæ principalis quæstio. 10. versic. Sexto limitate, numero 28. fol. mihi 60. a tergo, in tractat. tom. 10. par. secunda, quem hic allegat, & sequi videtur Lipar. in versic. qui clericus in fine, & est de mente Afflict. hic, numero 3. Duenna regula 103. numero quinto, contra quos tenet Cassan. in consuet. Burgund. in rubr. des fiedz §. quinto en coses feudales in text. exceptæ les Religiens, numero 16. versic. quarto limitate. Bald. sequitur Henricus a Rossentale de feudis cap. 7. conclusio. 76. nouissimè Nicol. Intrigl. centu. 2. de feudis artic. primo, num. 196. ratio est, quia tanquam postliminio reuerso, seu in integrum restituto, & ad succedendum habilitato, & tanquam nouo homini est gratia restituta, & habilitas aperta l. aristo, ff. de manumiss. testam. l. in quæstione C. de sentent. passis, l. inter, de legat. præstan. cum similib.

149 Accidit alias in facto casus iste in personam cuiusdam magnatis secundogeniti clerici in sacris, qui Laicus effectus fuit ex dispensatione summi Pontificis statim mortuo primogenito feudatario Principe, dubium fuit, An in præiudicium tertiogeniti dispensatio hæc fieri potuisset, adeo quod secundogenitus iste Laicatus tertiogenitum excluderet, inter peritiores feudistas articulus iste extraiudicialiter agitatus fuit, quibus allegaui doctrinam Isern. in proprijs terminis decidentem quæstionem istam in capit. primo quæ sit prima cau. benefic. amitt. numero 14. circa finem versic. Item quid si Princeps, qui his verbis articuli istius veritatem posteris patefecit. Item quid si Princeps indulsis-
150 set isti primogenito? Dic, quod ita habetur ac si non commisisset, & macula omnino est abolita. C. de nuptijs l. Imperialis circa princip. & §. secundo, ideo debet haberi, ac si numquam fuisset proditor. l. quod ita sanatum ff. de ædili. edic. secus si absolutus a Iudice dicto §. quæ in Adulterio, & dicto §. ignominia. Differentia est inter inferiorem Iudicem, & Principem argumento C. qui pro sua iurisdict. l. prima in fine, & hoc si viuo patre indulsit Princeps, inuenit se tunc iste habilem, quando pater moritur, secus si mortuo patre, & iam facto loco secundogenito vtsupra dicitur, tunc non perderet ius quæsitum sibi secundogenitus ex remissione Principis argumento de pactis l. fin. de contra tab. l. si post mortem §. fin. C. locati l. si cum hermes. hæc Isern. ex cuius doctrina confirmata est Bald. sententia cum distinctione tamen duorum casuum. Primus est, quando dispensatio præcedit mortem feudatarij, quo casu clericus, vel monachus laicatus tempore mortis feudatarij reperit se in statu habili succedendi, & vere succedit in feudo sibi aperto post dispensationem. Alter casus est, quando dispensatio sequitur post mor-
151 tem feudatarij, quo tempore ius alteri agnato, vel Domino erat statim quæsitum, quia nec momento temporis dominium poterat esse in suspenso, & isto casu dispensatio non præiudicat, nec habilitat inhabilem ad succedendum feudo, iam alteri quæsito, hæc est veritas quicquid malè dixerit Cassan. vbi supra cuius rationes nihil vrgent, quia dispensatio Pontificis adeo operatur, quod homo ille mutat statum, & de Monacho efficitur laicus, ergo in omnibus, vt laicus iudicatur, dum semel statum mutauit l. ingenuum ff. de statu homin. Alexand. in l. sæpe numero 80. & sequent. de re iudica. Tiraquell. in tract. res inter alios acta post alios. Ergo semel circa personæ statum facta dispensatione in omnibus consequutiuis, & annexis dispensatum esse censetur.

QVÆSTIO IX.

152 QVÆRO IX. vtrum Papa succedat in feudis per mortem suorum agnatorum sequutam post Papatum? Bald. in Auth. nisi rogati nu-

numero 15. C. ad Trebellia. & consil.
275. quod pro regula numero octauo
libro secundo tangit articulum, &
concludit, quod non succedit, sim-
pliciter refert, & sequitur Curt. de
feud. secunda parte primæ principalis
quæstione 10. versic. Sexto limitate,
quem hic Lipar. sequi videtur discutit
Andr. Barba. de præstant. Cardinal.
quinta quæstione principali numero
21. quod non acquirat Ecclesiæ Ro-
153 manæ inquit Bald. non dubitatur,
quia esset contra feudi naturam, &
Ecclesia Cultrix iustitiæ contra ius
gentium eiusque vsum aliquid non pa
154 titur, dubitatio oritur in vita Sanctis-
simi Pontificis, quia post eius mor-
tem absque dubio cæteris deficienti-
bus agnatis ad Dominum feudum re-
uertitur. Pro Papa posset adduci, quod
ipse est legibus solutus, sed replica-
tur, quod in natura contractuum in-
155 sunt quædam elementa tanquam pri-
ma principia naturalia, & sicut Papa
156 non est Dominus elementorum, ita
non est Dominus contractuum, qui
cœperunt a Prædecessore l. quæ a pa-
tre geruntur C. de restitut. mili. alias
157 saperet Tirannidem. inquit Bald. Se-
cundo pro Papa adduci posset, quod
ipse est miles Cœli, & mundi, ac bel-
lum indicere potest, & habet vtrun-
que gladium, ipsius est terra, & ple-
nitudo eius. Ergo non desinit esse
miles sæculi, nec incapax est, quia
Christi Domini nostri Vicarius est.
Ergo, quia non desinit esse miles sæ-
culi, cessat ratio capit. primo infra de
mili. vassall. qui arma belli. depos. Ces-
sat item alia ratio illius, cap. quia per
substitutum seruire potest. Nam di-
uinæ Maiestati hoc indulgetur l. quis-
quis C. de Episc. & cler. argumento l.
fin. C. de iniur. his respondet Bald. di-
cto consilio 275. quod Papa tanquam
Pontifex optimus maximus habet gla
dium, non tanquam Robertus. Item
seruire debet, vt Robertus non vt Pa-
pa, argumento leg. si pater §. qui duos
de adoptio. Antiqui quidam distin-
guebant feudum franchum a seruitio,
a cæteris feudis, in primo libero ex pa-
cto, vel consuetudine Papa succedit,
in cæteris nequaquam capit. inter di-
lectos de fide instrument. hæc distin-
ctio inanis est tum ex dictis per Af-
flict. decision. 320. tum etiam ex his,
158 quæ late declarauimus supra quæstio-
ne quinta, quia feuda libera a seruitio,
habent alias subiectiones, quæ sunt
de essentia fidelitatis declaratæ in ca-
pitulo primo, supra de noua forma fi-
delit. cum præcedenti, quæ omnia tam
quam substantialia feudi, & fidelita-
tis respiciunt personam feudatarij, qui
adimplere tenetur, hæ subiectiones
repugnant personæ summi Pontificis
159 qui nemini potest esse subiectus, sed
omnium dominantium Dominus, &
Regum Rex, Ergo in feudo non suc-
cedit.

Cæterum pro confirmatione, & vo
ra decisione istius articuli allego Iser.
in capit. si quis decesserit in additione
infra hoc titulo, qui latius disputauit
articulum de feudatario, cui noua di-
gnitas etiam Regalis postmodum su-
peruenit, an teneatur ad seruitia, &
160 quomodo: concludens tandem, quod
vnus Rex liber non debet esse seruus,
siuè feudatarius alterius Regis liberi,
161 quia Asinus auribus intumesceret, si
sciret se per comparem apprehendi. l.
hæres per seruum, ff. de acquiren. he-
red. & Regi libero, vt seruitia, quæ fi-
delitati insunt, prestet alteri Regi re-
pugnat, ut latius per Isern. post Iaco-
bum de Ardizo, Ergo multo magis re
pugnant Statui summi Pontificis hec
omnia, qui Regum omnium Rex est,
& Imperatorum Imperator, ac Domi
nus, ergo ad remouendum absurdita-
tes istas, veram esse putamus opinio-
nem, ut in feudis Pontifex Optimus
maximus non succedat, sequitur Ia-
cob. Menoch. consilio 202. num. 126.
& 143. Andr. Barbat. de præstan. Car-
din. part. prima, quæstio. quinta, num.
21. Nicol. Intrigliol. nouissimè de feu-
dis centur. 2. artic. primo, nume. 198.
& sequent. sub correctione tamen sa-
crosanctę matris Ecclesiæ Romanæ.

QVÆSTIO X.

162 QVÆRO DECIMO, vtrum
clericis, vel Cardinalibus, cæte-
risque Prælatis secundogenitis com-
petat

petat vita militia, uel alimenta tan-
tum? Articulus iste vsque ad nostra
tempora nullam ferè habuit penes
Doctores difficultatem, postquam sæ-
pè sepius in iudicando recepta fuit opi
nio in beneficium clericorum, vt uita
militia debeatur, & de hac opinione
hodie non dubitatur, dicit Dominus
Præsid. de Franch. decisio. 20. nume.
quinto, & 10. & tempore Paridis de
Puteo ita quoque per sacrum Conci-
lium fuit decisum, ipse testatur in tra
ctat. de finibus feudor. cap. 40. incip.
Nunc videndum dubium, nume. 31.
vbi latius articulum istum ad partes
disputat, & recentioribus quoque
temporibus Minadois tempore bis
fuit pro hac opinione iudicatum in ru
brica Constit. in aliquibus versi. filio-
rum, numero septimo, ante vos Af-
flict. latè in constitut. Comitibus ter-
tio notab. quæst. 3. nume. 6. Petrus de
Gregor. in tractat. de dote, & paragio
quæstione secunda numero sexto, &
septimo, & in tractat. de vita militia
quæstione quarta numero sexto Ca-
pyc. decision. 211. Io. Antonius de Ni-
gris ad capit. Regni alienationis actus
numero 16.

Idem tamen Afflictus hic secundo
notab. numero quarto inclinare vide-
tur contra clericos, vt sint incapaces
vitæ, & militiæ, sequitur Dominus
Ioannes Thom. Minad. in constitut.
in aliquibus vers. filiorum numer. 16.
in fine, qui disputando articulum de
163 primogenito effecto clerico, an pos-
sit petere vitam, & militiam dicit hæc
verba, putarem, quod si aliunde hic
clericus non haberet debeant sibi præ
stari alimenta a fratre de fructibus
feudi hæreditarij magis officio iudicis,
quam conditione ex constit. Comiti-
bus. Ex his, quæ dicuntur in dote,
est de mente Camer. in leg. Imperia-
lem §. præterea Ducatus fol. 102. co-
lumn. tertia, & quarta vt infra latius
explicabimus. Quibus addo autho-
ritatem Anthon. cuiusdam §. 18. nume
ro 10. secundum veterem impressio-
nem, & §. 28. in nouissima fol. 412. di-
centis hæc verba. Vnde puto, quod
male scripserit Matthæus de Afflict.
super dict. constit. Comitibus colum.
secunda huiusmodi militiam deberi
fratri minori, vel monacho, & verio-
rem puto contrariam opinionem Iser.
ibi, quia est pars feudi, & tenetur ad
164 seruitium feudale, quod non potest
præstari per fratrem minorem, vel
monachum, hactenus ille, cuius di-
cta, quoque conferunt in præcedenti
versic. vbi disputat quæstionem, an
militia sit feudum in Regno isto Si-
ciliæ, concludens esse partem feudi,
ac teneri secundogenitum dominum
165 feudi recognoscere, ac eidem inserui-
re, quæ non procederent, si esset nu-
da pensio idem tamen Afflict. decisio.
252. corrigit se, & in fine profitetur
ibi veritatem dixisse, quicquid alibi
dixerit in oppositum, quem locum si
vidisset Author quidam adeo acriter
Afflict. non reprehenderet, sequitur
Camillus Salernus in consuet. quod si
aliquis habeat filios lit. C.

Nos putamus veriorem in puncto
iuris esse opinionem, vt clericis, vel
Cardinalibus Illustrissimis cæterisque
Prælatis uita militia uigore constitut.
Regni Comitibus non debeatur, fa-
temur tamen clericis egenis secundo-
genitis, ac etiam primogenitis, qui
per assumptionem clericatus feudis
renunciauerunt alimenta officio iudi-
cis de iure communi Romano fore
præstanda. Quæ sententia vt a po-
steritate nostra facilius recipiatur, iu-
ribus, & demonstratiuis medijs pro-
babitur, contrarijs tamen argumen-
tis prius confutatis, quæ pro alia opi-
nione allegari solent, quia notando,
& disputando benè, & optima ratio-
ne decernitur l. munerum §. mixta de
muner. & honor.

166 Pro opinione ponderatur Primo ver-
ba consti. Comitibus in fine ibi mili-
tiam sibi debitam absque alicuius re-
pulsæ timore de bonis patris a fratre
maiore petere poterit, & habere, sed
denegare militiam secundogenitis cle-
ricis esset repulsæ cuiusdam species,
quæ ibi denegatur, ergo non potest re
pulsari secundogenitus clericus.

Secundo pôderatur illa constitutio
comitibus ibi de bonis patris: bono-
rum appellatione feuda non ueniunt
capit. in generali infra hoc titu. vbi de
veritate

veritate istius Conclusionis dicemus,
capitulo primo, infra de Capit. qui cur.
167 vend. Ergo intelligi debet de fructi-
bus feudalium, quæ fuerunt commu-
nis patris, quia fructus peruenientes
ex feudo patris, dicuntur bona pater-
na dicit Bald. in l. cum oportet secun-
da colum. versic. quæro pater dedit C.
de bonis quę liber. & nunc effecta fra
terna mutatione personæ l. Paulus de
acquiren. hæred. fructus, & commodi
tates feudi, ex quibus debetur vita mi
litia non sunt feudum, neque feudi
pars, & de his non curant leges feudo
rum l. Imperialem §. callidis infra de
prohib. alien. per Federi. & fructuum
168 feudi alienatio nulla lege prohibetur,
quando sine fraude, & sine præiudicio
militaris seruitij l. Regni Constitutio
nem diuæ memoriæ, & hac edictali l.
codicillis §. instituto de lega. secundo,
& vita militia de consuetudine sic ap-
pellatur, sed alimenta sunt.

Tertio ponderatur eadem constitu
tio dicens, quod vita militia debetur
secundogenito qui recessit a domo pri
mogeniti, & alibi fuit alimentatus ad
huc petit militiam sibi debitam pro
præterito.

169 Ergo iure actionis debetur militia
alias alimenta præterita, quæ officio iu
dicis præstantur, non deberentur, l.
cum alimenta, §. primo, de alimen. &
cibar. legat. Ergo etiam clericis non
seruientibus, neq; militantibus debe-
tur, alias esset iniqua constitutio: quę
tolleret in totum ius naturæ capit. ius
naturale prima distin. tantò magis
quia generaliter, & indefinite loqui-
tur Constitutio. ergo etiam clericos
quo ad eorum fauorem complectitur
cap. primo, de oper. noui nuntiat. Ab-
bas Decius, & Fely. nu. 37. in cap. Ec-
clesiæ Sanctæ Mariæ de constit.

Quarto clerici inhabiles ad seruien
dum, non sunt inhabiles ad comeden
dum argumento eor. quæ dicit Cyn.
in Auth. ingressi, & Auth. idem est C.
170 de sacrosan. Eccl. de patre habente v-
sumfructum, etiam effecto monacho,
licet habeatur pro mortuo, non tamē
quo ad comedendum Glos. & Ioann.
Andr. in cap. in præsentia de probtio.
Barto. in l. seruos, ff. de alime. & cibar.
lega. maximè quando sine culpa sua
priuatur a successione, cap. primo, §. fi.
vbi Aluaro. vltimo notab. epis. vel Ab
ba. Petr. de Gregor. in tract. de dote, &
paragio §. 22. numero 7. & alimenta
ista, siue militia, quæ in illius locum
secundum hanc opinionem successit
iure naturæ, & filiationis debentur,
& diuina quadam prouidentia, §. pen.
Instit. de iure naturali Bald. in l. prima
§. ius naturale de iusti. & iure l. si quis
a liberis per totam de liber. agnosc. Er
go sunt immutabilia, ne fiat contra
ius naturæ.

Quinto, secundogenitus pro mili-
tia secundum Paridem de Puteo loco
171 citato non tenetur seruire Domino
personaliter, etsi tenetur, potest serui
re per substitutum clericus tanquam
impeditus: argumento c. si minor, &c.
infra eodem titu. quia eius industria
non est electa, cap. primo, infra an mu
tus, vel alias imperfe. de clerico, qui in
uestir. facit cum simil. ergo vel in pecu
nia contribuere pro rata suæ portionis
in seruitio militari argumento, ca p. si-
militer de capit. qui Cur. vend. & quæ
dicuntur in cap. omnes filij infra hoc
titulo.

Sexto, Glos. in consti. Comitibus di
cit, quod licet naturales filij à succes-
172 sione repellantur per legitimam sobo
lem: debent tamen a fratribus alimen
tari secundum feudi mensuram, ergo
inhabilitas ad feudi successionem nō
causat inhabilitatem alimentorum,
seu vitæ militię, quia a separatis non li
cet arguere l. Papinianus exuli de mi-
173 nor. Item morbus superueniens feu-
datario propter quod priuatur feudo
magno, adhuc de feudo debet ali. Iser.
in cap. primo, an mutus, vel surdus, &
§. mutus supra Epis. vel Abb. & dicto
cap. primo, an mutus, vel surdus, dicit
174 amplius, quod Prælatus depositus si-
ne culpa debet ali ab Ecclesia.

Septimo, Religionis fauore hoc te-
nendum est, ne clerici non habentes
vnde viuant, abstineant a clericatu ca
pit. in præsentia de proba. & in dubio
etiam tenenda est hæc opinio fauore
alimentorum, quorum causa fauorabi
lis est l. mela in princip. cum Glos. ver
sicu. non sic de alimen. & cibar. lega.
&

& pia causa dici potest Afflic. decisio.
252. versic. dico.

175. Octauo arguit Paris de Puteo loco
citato, numero 14. quod magis atten-
ditur effectus, quam causa l. debitor
ad Trebellia. Vnde si secundogenitus
excluditur propter ętatem, & clericus
propter ordinem clericalem, si vita,
& militia datur secundogenito cum
effectu excluso à successione idem erit
in clerico, quia non attenditur causa,
sed effectus.

176 Nono, Personæ Illustres seruiunt per
substitutum Bald. in l. nullus, C. de de
curio. libro 10. dictum cuius procede-
re etiam quando electa est personæ in
dustria, dicebat Andr. Barbat. de præ-
stan. Cardin. quæstio. quinta, numero
12. alias nullum esse priuilegium per-
sonæ Illustris Calderi. consi. 2. de feu-
dis, Cephal. consil. 151. nu. 41.

177 Decimo. In Regno soluitur adoha,
& quando pro feudo reale seruitium
debetur clericus non excluditur Bal.
in tit. de pace Costantiæ versic. libel-
lariæ in fine post Cyn. in Auth. ingres
si quæst. antepen. num. 13.

Vndecimo. Militia hæc loco legiti-
mæ subrogatur (secundum aliquos
collectos per D. Fabium de Anna con
sil. suo sexto quos latius reprobauimus
infra in capit. omnes filij, quæstione
quinta hoc eod. tit.) & sic iure naturæ,
quod est immutabile, vnde quamuis
lex vel consuetudo successionem mi-
nuere possit, non tamen in totum tol-
178 lere, & vitam militiam prohibere ar-
guuntur ex dictis per Bart. in l. Titio
§. fin. de conditio. & demonstr. Cyn.
in l. sancimus C. de nuptijs Pute. dict.
cap. 40. num. 9.

Duodecimo Militia, & paragium
adæquantur Doctor. in constitut. Co-
mitibus, & in constitut. in aliquibus
Loffred. in capitul. primo §. quid ergo
de inuest. de re alien. facta, & diximus
179 nos in dicto capitul. omnes filij infra
quæstione quinta. Sed clerici, & fœ-
minæ æquiperantur capit. primo sup.
an mutus, vel alias imperfect. Inno-
cent. & Doctor. in capit. in præsentia
de probatio. Ergo vbicunque fœmi-
næ sunt habilitatæ, & participant,
clerici quoque partem habere debent
Alexand. consilio 10. volum. 5.

Decimotertio, & vltimo (pluribus
consulto prætermissis,) exclusio cle-
ricorum a successione tanquam exor-
180 bitans, odiosa, & contra libertatem
Ecclesiasticam coarctari potius quam
ampliari debet, & ad vitam militiam
extendenda non est, quamuis de feu-
dis loquatur, vt quanto minus pote-
rit, lędat ius commune, quo median-
te iura successionis clericis sunt con-
seruata capit. relatum de testam. Au-
th. Presbiteros C. de Episc. & cler. cap.
nimis de iureiur. Gloss. in capit. si Epi-
scopus 18. dist.

His tamen, & similibus nil obstan-
tibus contraria opinio verior, & iuris
regulis magis conformis mihi vide-
tur. Primo quia de iure communi
181 feudorum omnes filij æqualiter ad
feuda vocantur, exceptis titulatis, in
quibus primogeniti soli succedunt ca-
pit. omnes filij infra hoc tit. capit. pri-
mo supra de success. feudi l. Imperia-
lem §. præterea Ducatus infra de pro-
hibit. alien. per Feder. superuenit ius
francorum primogenitis integra feu-
da deferens ll. Regni, vt de successio-
nibus, & in aliquibus, & l. Comiti-
bus, & loco illius portionis secundo-
182 genitis de iure communi debitę, siue
portionum masculis dat vitam mili-
tiam constitutio Comitibus, fœmi-
nis vero paragium l. in aliquibus, Iser.
in vtraque lectura constit. Comitibus
in principio dixit paragium deberi se-
cundogenito loco portionis feudi de
iure communi feudorum debitæ, a
qua per ius francorum est exclusa, &
in constit. in aliquibus colum. 11. ver-
sicul. sed hoc paragium Loffr. sæpe in
capit. primo §. quid ergo vers. vel dan-
da militia fratri de inuestit. de re alie.
facta. Minad. late consil. primo nume
ro 35. 44. & 67. versic. & ex his omni-
bus Dominus de Franch. decision. 61.
numero secundo, & tertio. D. Regens
de Ponte postea Marchio Illustrissi-
mus consil. 79. numero octauo, & no-
no Capyc. decision. final. numero ter-
tio Anna alleg. 70. numero 14. & alle-
gat. 23. numero quinto. Petrus consil.
11. numero 10. Tiraquell. de primoge-
nit. quæstione 74. numero tertio. Af-
flict.

flict.decision.252.numero sexto,& in fine illius decision. corrigit omnia dicta sua alijs in locis, in quibus de prædictis dubitauit, & in quinto consil. alias iudicatum fuit compromissum peti non posse vigore Pragmaticæ inter coniunctas personas super uita militia ea ratione, quia est loco portionis feudi, & onus feudi Afflict. decis. 43. sequitur Author quidam §.18. numero 10. Cumia uers. maritata numero 439. Petrus de monteforte in constitut. Comitibus in opere Bartholomæi de Capua, Paris de Puteo in tractat. de finibus feudorum capitul. 40. incip. nunc videndum dubium numero 16. & numero 28. dicit, quod militia datur loco portionis feudi, quæ est causa finalis istius militiæ, & non egestas Io. Andr. & alij in capit. licet de voto Ioan. Angel. Pisanel. in Commentario ad Pragmaticam editã thori num. 50. dixi latius in cap. omnes filij quæstio. 6. infra hoc eodem tit. vbi contraria quædam argumenta confutaui. & hæc vera, & communis est opinio, quod militia non succedit loco alimentorum, neque legitimæ, sed loco illius portionis feudi, a qua secundogenitus per primogenitum excluditur Minad. latè dicto consilio primo, quicquid aliqui dicant, quod succedat militia loco alimentorum vel legitimæ Menoch. consilio 411. num. 4. & sequent. Anto. Corduba in l. si quis a liberis §. si mater numero 54. & 59. de liber. agnosc. Bursat. consilio. secundo, num. 79. lib. primo. Surd. de alimentis titulo quinto, quæstio. prima, limit. secunda, nu. 31. Cannet. in cap. si aliquem versicu. & pariformiter fol. 332. Camer. folio 102. colum. 3. sed Freccia 19. differ. & Cumia in versic. maritata, nume. 438. tenent succedere loco alimentorum quorum opiniones bene impugnat Minad. dicto consil. primo, cui nil addendum.

Ergo postquam militia succedit loco portionis feudi secundogenitis a iure communi feudorum debitæ, ab ista portione clerici eodem iure communi feudorum sunt exclusi, vt hic, & in ca. primo, de mili. vassal. qui ar. bell. depo. supra, & infra, cap. vnico de feu. fœmi. cum similib. Ergo etiam sunt exclusi a vita militia quia subrogatum sequitur naturam sui subrogati. Et dum Afflic. in constit. Comitibus huic argumento respondendo dicit, quod hæc militia, quæ succedit loco portionis feudi, intelligitur de portione fructuum feu
183 di, & non proprietaris, vel vtilis domi
nij, vos dicatis hanc vanam esse solutionem, postquam de iure communi feudorum exceptis feudis titulatis omnes filij æqualiter in proprietate, & quilibet in eius portione proprietatis succedit non in portione fructuum, vt in cap. omnes filij infra hoc titu. & capi. primo, supra de success. feudi, & l. Imperialem, §. præterea Ducatus de prohib. alien. per Feder. Ergo illa militia succedit in locum istius portionis feudi, & non fructuum, quia portio feudi & non fructuum fuit de iure communi feudorum considerata, a qua portione etiam de iure cõmuni clerici sunt exclusi, vt hic in text. & in cap. primo, de feu. fæmi. cæterisque concordibus supra adductis, ergo etiam a militia illius loco subrogata; Amplius militia
184 & paragium a pari procedunt, dicunt
prædicti Doct. Dominus de Franch. decisio. 61. sed paragium etiam super feudo debetur, & illud sequitur con
185 tra Tertium possessorem actione rea
li c. alienationis actus, ergo etiam militia ne dum super fructibus, sed etiã super feudo ipso debetur.

Secundo Militia datur secundogenitis, vt seruiant primogenitis cum equis, & armis Domini maioris, dicit Gloss. dicta Constitut. Comitibus, & ibi Isern. sic declarat, sequitur Author quidam dicto §.28. numer. 10. secundum nouam impressionem, & §.18. in veteri, dicens vitam militiam esse feu
186 di partem, non nudam pensionem, e
iusque respectu teneri secundogeni
187 tum Domino seruire, ac eundem feu
di patronum recognoscere. Sed clerici milites Dei non possunt esse milites sæculi cap. primo, supra de mili. vassa. qui ar. belli. & capit. primo, de feu. fœmi. & consequenter nequeunt seruitia cum armis præstare. Ergo causa seruitiorum propter quam datur militia reducitur ad non causam, & habe-

tur

tur ab si causa non fuisset l. prima, de
condit. sine causa, capit. primo, in fi-
ne quibus mod. feu. amitt. cap. primo,
in fine, de Capi. qui cur. vendi. vbi de
feudo conditionato ad certum serui-
tium dato, quo seruitio cessante ipsum
feudum cessat, capitu. penult. & final.
quid sit inuestitu. Isern. & alij in capit.
188 quin etiam supra Episcop. vel Abbat.
concludunt inhabilem ad seruien-
dum feudo priuari, & ius, quod est de
toto quoad totum idem est de parte,
quoad partem l. quæ de tota, de rei
vendic.

Etsi respondendo aduersarij dice-
rent, quod Clerici possent seruire per
substitutum, argumen. cap. si minori
hoc titu. cum simil. vel contribuent in
pecunia pro rata eorum portionis in
seruitio militari argumen. eorum quæ
dicuntur in cap. omnes filij infra eod.
titu. Iser. de capit. qui cur. vend. capit.
189 Similiter, & sic altero modo seruire
dicuntur. Replico, quod priuilegium
tributum minori, qui temporaliter est
impeditus cum certa spe perueniendi
ad ætatem habilem seruiendi, non est
concessum Clericis, qui perpetuo sunt
impediti, nisi quando Domini ex cer-
ta scientia de nouo clericis feuda con-
cedunt, eo casu censentur illos habili-
tare ad seruiendum per substitutum
capit. primo de cleric. qui inuestir. fec.
cum simil. In cæteris casibus non re-
peritur concessum hoc priuilegium,
ergo remanent sub regula, quæ sub-
stitutos non admittit. Ad confirma-
tionem dico, quod in Regno electio
est directi domini, si vult personale
seruitium, vel in pecunia Iser. in cap.
primo quis dicatur Dux, & nos latius
supra diximus quæstio. quinta. Ergo
sicut primogenitus eligere non potest
præstationem seruitij in pecunia, abs-
que Domini consensu, ita nec etiam
190 secundogenitus, qui cum equis, & ar-
mis primogeniti seruire tenetur, hanc
seruitij præstationem in pecunia eli-
gere nequit, & personaliter seruire co
gitur, sed clericis hæc seruitia sunt in-
terdicta, ergo etiam vita, & militia
quæ illorum causa datur, Nec dicat
Afflict. dicta constit. Comitibus, quod
eo tantum casu seruire tenentur, quan
do simul cum primogenito habitant
sed si extra domum, & seorsum habi-
tant seruire secundogeniti non tenen
tur, ponderando illam Constitu. quæ
191 dat militiam præteritam etiam fratri
bus, qui absentibus certo tempore
fuere, Quia duplici modo replicatur.
Primo Constitutio illa præsupponit,
quod secundogeniti in alijs bellis se
applicauerint, & consequenter etiam
Regi sunt seruire prompti, & seruiunt
ibi dum forte ad fortunæ mediocris
compendium aspirat.

Secundo replicatur, quod semper
secundogeniti debent esse in statu, &
potentia seruiendi, & non curat Rex
si actu non seruiunt, quia casus non ac-
cidit, vt clarè præsupponit eadem con
stitutio, sed clerici non sunt in statu, &
potentia seruiendi, quia desierunt esse
milites seculi cap. 1. de feu. fœmi. Er-
go militiam habere nequeunt.

192 Tertio militia, & paragium, quæ a
pari procedunt in multis, sunt onus
feudi Iser. in cap. secundo, §. Item qui
dominus, quæ sit prima cau. benefic.
amit. & in constitu. si quis post litem,
& §. quid ergo de inuestit. de re alien.
facta Minadois verbo filiorum, nume
ro 13. & decisio. 10. numero secundo,
Cannet. in cap. Volentes fol. 100. ver.
sicu. est etiam onus feudi Camet. fo-
lio 102. a tergo, & transeunt etiam in
tertium possessorem per capit. Regni
193 alienationis actus. Sed onera feudo-
rum non transeunt in ecclesiasticas
personas, quia officia hæc gerere ne-
queunt cap. primo infra de feu. fœmi.
Ergo &c. & quando Afflict. dicit,
quod est onus feudi respectu fru-
ctuum loquitur contra dictum ca. alie
nationis actus, quo mediante datur
actio realis super feudo, & corpore
feudi contra tertium possessorem non
tantum super fructibus, & feudum il
lud pro militia, & paragio obnoxium
potest vendi, vt addentes concludunt
ad dicto capit. alienationis actus, ergo
corruit Afflict. solutio.

Quarto Constitutio Comitib. non
vocat clericos, sed secundogenitos a-
lias habiles ad seruiendum, & verba
intelliguntur ciuili modo prout ius in
telligit l. quamquam de ritu nupt. l. si

cui deseruit. sed ius non vocat cleri-
cos, vt hic in tex. cum simil. ergo nec
constitutio illa, quia non est nouum
vnam legem etiam nouam per aliam
declarari l. non est nouum de legi-
bus.

Quinto probatur conclusio ex theo
rica Camer. in l. Imperialem §. præte-
rea Ducatus fol. 102. in magnis lit. O.
& P. qui hæc verba dixit. Quapro-
pter, & hoc aliud addimus, nempe vt
sicut in persona primogeniti vera na-
tura feudi consistit propter qualitates
expressas in capit. primo, §. fin. in qui-
bus causis feu. amitt. Eodem modo
quoddam aliud feudum, quod vitæ, &
194 militiæ vocetur in persona secundo-
geniti consideretur propter præstatio
nem illam annuam, quæ ab illo feudo
eidem conceditur ob quam militare
compellitur. At qui dices tu feudi ne
nomen hæc vita, & militia habere me
retur, quod in pecunia consistit, &
morte finitur? Cui quæsito respon-
dens ego quoque dicam, non ne feu-
dum soldate eiusmodi etiam est natu-
ræ cap. primo, §. fin. quis dicatur Dux,
& alia de quibus in cap. primo de feu-
do Guardiæ, quinimo breuioris vitæ
195 est feudum soldate, quia vtriusque
morte illud finitur. Vita autem, &
militia sola morte recipientis, vt dicta
Constitut. Comitibus habetur, & ra-
tio satis aperta est, cur vitæ alimenta
vix habens militare adhuc compella-
tur, quia minime a naturali, vel ciuili
iure hos habet, sed potius a munificen
tia Principis concedentis ei portio-
196 nem istam, quam ideo dat, vt ipse fa-
ciat, idest militet, itaque dicatur vita,
& militia, hactenus Camer. cui addo
notabiliter authoritatem Auctoris cu
iusdam. §. 28. numero 10. in noua im-
pressione, & §. 18. in antiqua. Vbi
197 probat post Iser. & Afflict. decisio. 43.
militiam esse partem feudi in perso-
nam secundogeniti, quia seruire tene-
tur, & patronum reconoscere, alias es-
set nuda pensio, & inde subdit ab hac
portione monachos esse exclusos, &
pro vita militia non valet compromis
198 sum absque Regis assensu dicta deci-
sio. 43. & 138. Cæterum tam clerici,
quam Cardinales sunt feudorum in-
capaces vt supra quæst. quinta, & sex-
ta, deduximus, ergo etiam istius vitæ
militiæ quod est feudum de per se in-
capaces esse censentur.

199 Subdit Camer. precitato loco, quod
militia non minus vt militet, quam vt
alatur, datur, vt ab ipsius nominis vi-
tæ, & militiæ significatiue colligimus
vita pro alimentis, & militia, vt ser-
uiat, argumen. l. secunda, §. appellata
si certum petatur. Et extra Regnum
alimenta secundogenitis debentur in
200 locis in quibus ius commune feudo-
rum viget. in feudis dico titulatis §.
præterea Ducatus l. Imperialem de
prohib. alien. per Feder. Doctor. in ca-
pit. licet de voto, quia in ceteris feudis
omnes succedunt cap. omnes filij in-
fra eodem, & in hoc Regno etiam cle
ricis alimenta debentur, postquam
Constitutio Regni Comitibus eos
non nominat, recurrimus ad ius com-
mune Romanum a quo supplemen-
tum doctrinæ recipimus cap. primo,
supra de feu. cogni. quo iure alimen-
ta egenis clericis, & omnibus de san-
guine debentur, est de mente Camer.
in l. Imperialem fol. 102. lit. R. in ma-
gnis quem in hoc nos sequimur.

Confirmatur conclusio ex 4. 6. & 7.
argumentis supra pro contraria opi-
nione formatis, quæ alimenta potius
quam militiam clericis deberi pro-
bant. liquet igitur error terminorum
Parid. de Put. capit. 40. numero septi-
mo dicentis ideo deberi militiam cle-
ricis qui licet sint inhabiles ad seruien
dum, & sic ad succedendum in feudo
non tamen sunt inhabiles ad come-
dendum. Vnde putauit clericis dan-
da esse alimenta libera tamen & exem
201 pta a militari seruitio, quod nos non
negamus, dicimus tamen de prædi-
ctis alimentis non loqui Constitutio-
nem Comitibus, quæ seruitium ne
dum requirit, sed militare, & sic ali-
menta de quibus Paris loquitur con-
dictione illius Constitutionis non de-
bentur, sed iuris communis disposi-
tione capit. licet de voto, vt ipse clare
prosequitur, numero nono, dum na-
turali ratione filijs alimenta deberi
202 probare nititur. Et in casu l. Comi-
tibus non dantur filijs vt filijs, sed vt
militibus,

militibus, non naturali, vel ciuili iure, sed Principis munificentia ex finali causa, vt militent, hæc clerici agere nequeunt, neque Cardinales Illustrissimi, ergo sunt omnino exclusi, & sic Paridis authoritas pro nobis potius quam pro aduersarijs allegari debet. De Afflict. non loquimur qui expresse dict. decision. 252. se correxit. Et ex dictis per eum in ead. l. Comitibus liquet, quod contra iuris regulas loquebatur, merito in iudicando correxit se, pro vt hic quoque secundo notabili veritatem professus fuit, ita & militia alimentorum loco non successit, imo in multis differt.

203 Primo alimenta, quæ debentur iure naturæ, fundantur in egestate, ac æquitate naturali, & caritate orta a sanguinis coniunctione, ac debentur officio iudicis l. si quis à liberis per discursum de liber. agnos. capit. licet de voto, Militia vero debetur iure actionis condictione constitutionis Comitibus.

Secundo alimenta præterita, quæ officio iudicis præstantur, non debentur, vita militia præterita, quia iure actionis petitur, debetur dict. l. comitibus. Afflict. decisio. 138. Tiraquell. de primogenit. quæstione 75. numero octauo Petr. de Greg. & cæteri passim.

Tertio alimenta in casu necessariæ inopiæ, quando alendus aliundè non habet, quod pro victu sufficiat, debentur l. si quis a liberis §. sed si filius, & l. alimenta, & l. fin. de liber. agnos. l. 1. §. sed non nullis, & §. præterea de tutelis, & ratio. distrahe. Militia vero secundogenitis etiam ditissimis iure actionis realis debetur.

204 Quarto pro alimentis imploratur officium iudicis, & datur actio personalis; pro vita, & militia competit etiam realis sicut pro paragio, vt in capit. Regni alienationis actus. Minad. dict. consil. primo numero 66. & 67. Item militia maturata in vita transit ad hæredes pro illa quantitate, alimenta vero nequaquam, quia cessat causa implorandi iudicis officium. Et in articulo vtrum alimenta super feudis secundogenitis diuitibus debeantur, Tiraq. latè de iure primogenit. qó. 75. Et ex his colligere poteritis diuersitates alimentorum, & vitæ militiæ, & quanto magis sit militia a lege Regni priuilegiata, & consequenter in quibus casibus, & pro quibus quantitatibus clericis secundogenitis alimenta debentur. Et quod diximus de clericis secundogenitis, idem dicamus de primogenitis, qui per assumptionem clericatus successionibus feudorum renunciauerunt vt omnibus his alimenta duntaxat, & non vita, & militia competant, per rationes adductas a Domino de Franch. decision.
205 20. quæ non militiam, vt ipse dicit, sed alimenta potius deberi probant, & sic illa decisio nostræ veræ conclusioni non aduersatur.

Contraria omnia virtualiter sunt soluta, sigillatim, tamen Respondetur.

Ad primum dico, quod repellere clericum ab hoc feudo, vitæ militiæ, non est illum repulsare, postquam ius commune feudorum, iam clericos inhabiles declarauerat, vt hic in text. & concordantibus sæpius relatis.

206 Ad secundum dico, quod tex. constit. Comitibus ibi de bonis, non potest intelligi nisi de feudalibus, postquam in principio constituti loquitur de militibus, & Baronibus feuda tenentibus, & quando sequitur ibi de bonis patris intelligitur, idest de feudis, quia præcedentia declarant sequentia, & è contra vulgatis iuribus. Secundo dico, quod in generali loquutione vassalli non veniunt feuda, nisi nominatim dictum sit capit. in generali infra eod. titul. illa constitutio nominatim loquitur, de feudis, Ergo. Tertio quamuis in generali loquutione non veniant feuda, veniunt tamen in vniuersali loquutione Decius latè consil. 389. columnn. final. & nos latius diximus in dict. capit. in generali. Ergo dum tractatur hæreditatis diuisio, & distributio bonorum hæreditariorum inter filios, sumus in vniuersalibus, imo solum feudum est vniuersitas facti, inquit Iser. Ergo pernecesse verba illa constit. Comitibus ibi de
207 bonis patris, de feudis ipsis, & non de futuris fructibus intelliguntur, tan

to magis, & quarto quia bonorum ap-
pellatione non veniunt futuri fructus
l. final. de leg. secundo Bart. in l. fin. co-
lum. penult. C. de pactis. Item nedum
fructus futuri durante vita feudatarij
hæredis, & secundogeniti, sed etiam
pendentes a feudo non separati, sunt
feudi pars l. fructus pendentes de rei
vendic. & futuri fructus sine assensu
208 locari non possunt ad longum tem-
pus, maxime ultra decennium secun-
dum Gloss. & alios, in constit. Regni
constitutionem diuæ memoriæ in fi-
ne, ergo quo modo dici potest, quod
futuri fructus durante vita secundo-
geniti debendi, non sint in considera-
tione sed ad libitum possint distrahi
sine assensu, quia de his leges feudo-
rum non curant? Et alienatio fru-
ctuum feudi permittitur ad modicum
tempus, alias oriretur ius in re, quod
sine assensu non permittitur, dicunt
Doct. in dict. l. Regni constitutionem
diuæ memoriæ.

209 Ad tertium dico, quod secundoge-
nitis absentibus debetur militia ea ra-
tione, quia semper habiles, & in po-
tentia fuerunt seruiendi. Clerici ta-
men nec actu, neque habitu siue po-
tentia fuerunt, quia desierunt esse mi-
lites sæculi cap. primo de mili. vassalli
qui arma belli. depos. & infra capitul.
primo de feud. fœmi. Ergo militia non
debetur.

Ad quartum sextum, & septimum
argumentum nedum non obstant,
sed nostram veram probant opinio-
nem, alimenta egenis clericis Iudicis
officio a primogenitis deberi.

Ad quintum respondeo negando
maiorem, postquam Gloss. in consti-
tut. Comitibus post principium dicit
secundogenitos teneri ad seruitia Re-
giæ Curiæ ad eorum expensas cum e-
quis, & armis maioris. Ergo tenen-
tur personaliter secundogeniti serui-
210 re, nec possunt per substitutum, uel
in pecunia seruitia præstare feudata-
rij, domino contradicente, inquit Iser.
in capit. primo quis dicatur Dux, &
nos latius diximus supra quæstione
sexta. Ergo eodem modo secundo-
geniti, qui secundum Camer. habent
feuda uitæ, & militiæ personaliter ser
uire tenentur, & text. in capit. primo
de clerico, qui inuest. fecit cum simil.
211 in quibus clerici seruitia præstant per
substitutos, loquuntur in feudis no-
uis clericis ex certa domini scientia
concessis; quo casu Rex concedendo
clericis feuda, censetur illos scienter
habilitare ad seruiendum per idoneos
substitutos, ut ex communi opinio-
ne Cuiacij, & aliorum in principio
istius Capituli diximus, Secus tamen
erit in alijs, in quibus regulariter Re-
gis interest habere strennos milites
pro status, & suæ Coronæ defen-
sione.

Ad octauum argumentum dico,
quod quando ex diuersis causis idem
resultat effectus, per omnia æquipe-
ratus, procedit propositio, & effectus
attenditur, & non causa; sed quando
effectus non est in omnibus idem, ne-
gatur maior; nunc effectus oritur di-
uersus in exclusione secundogeniti
propter ætatem, & in exclusione cle-
rici propter ordinem, quia secundo-
genitus remanet etiam successibilis
per mortem primogeniti, & remanet
quoque habilis actu ad seruiendum,
cuius seruitij ratione uita militia de-
betur, ut militet, & uiuat, Clericus
uero est insuccessibilis, & inhabilis ad
seruiendum ut supra probauimus, er-
go militia carere debet, quæ seruitij
ratione debetur.

Cæterum quoniam aliquibus no-
tum erat, nos pro hac pugnare opinio
ne, accessit Dominus Fabius Fara a
quo plures rogati scriptorum copiam
in hoc articulo tradidimus, quorum ca
lore Magnum Comestabulum turba
batur, & relata tandem causa in Colla
terali Concilio coram Illustrissimo, &
212 Excellentissimo Comite Lembos Pro
rege optimo iunctis Aulis fuit conuen
tus absolutus à petita vita militia per
Illustrissimum & Reuerendissimum
Cardinalem Columnam, in qua causa
etiam testatoris prohibitio concurre-
bat, ne aliquid super feudis Regni pe
teretur a magno Comestabulo. De
mense Iulij 1600.

213 Ad nonum respondetur, quod sub
stitutus admittitur, quando habilis ad
succedendum non est habilis ad ser-
uien-

mendum, docet Isern. de beneficio fęmi. circa finem, & in capit. primo, de mili. vassal. qui ar. bell. depos. in finalibus verbis, quem sequitur Bald. in cap. primo, num. 6. de benef. fęmi.

Sed Cardinales non sunt habiles ad succedendum vt supra quæst. 6. latius docuimus, ergo nec etiam per substitutos seruire poterunt in Regno præsertim, in quo Regis est electio velle seruitium de persona, vel in pecunia, vt alias probauimus, pro nunc videte Li par. in §. similiter versic. adohamenta de Capi. Corradi Iser. in cap. primo, §. fin. num. 14. de Capit. qui Cur. vend. & in cap. primo, num. 4. in fine, quis dicatur Dux Afflict. decis. 252. nume. 2. & 3.

Decimum ex præcedentibus est solutum, non valere consequentiam, soluitur adoha in Regno ergo seruitium est reale, postquam Regis est electio, vt supra probatum fuit.

Vndecimum argumentum retorquetur, siquidem nos infra in capitu.
214 omnes filij quæstio. quinta, Latius probauimus militiam subrogatam esse loco portionis feudi fratribus secundogenitis debitę de iure communi feudorum, & per illum text. & contex. cap. primo, supra de succes. feu. & de iure quoque Longobard. sed ab hac portione clerici, & Cardinales, etiam de iure isto sunt exclusi. vt in hoc text. & capitu. primo, de feu. fęmi. capit. primo, de mili. vass. qui ar. bel. depos. cum simil. & supra quæst. 6. etiam probauimus, ergo etiam censentur exclusi a militia in locum dictæ portionis subrogata, eandem etenim debet habere naturam subrogatum, cum eo, in cuius locum est subrogatum, vulgatis iuribus.
215 Ad duodecimum, nego minorem, quia sexus fęmineus tantum est habilitatus in Regno ad successionem feudalium per l. Regni, vt de successionibus, & gradus de iure communi est coarctatus, de habilitatione clericorum verbum nullum, ergo nullo iure ad clericos fiet extensio l. si vero §. de viro soluto matrimonio.

Ad vltimum dicitur exclusionem clericorum a feudorum successione non esse exorbitantem, quia inducta fuit per dominum feudi, dum de eius bonis disponeret, & iuxta talem dispositionem obligarentur etiam clerici si possent succedere. Nec est odiosa, quia nil Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis detrahit, non contra libertatem Ecclesiæ, per quam potestas subiectorum limitatur, circa res suas Butr. in Auth. Cassa. C. de sacrosan. Eccles. etiam si talis limitatio induceret priuationem lucri personarum Ecclesiasticarum, l. prima, §. ad municipium, ff. ad leg. Falcid. l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & cleri. confert doctrina Abbatis relata per Ioan. Thom. Minad. in constit. In aliquib. versic. filiorum numer. 14. cum sequ. quæ sicut cætera omnia scripta, dicta, atque cogitata, correctioni sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ semper submittimus.

QVÆSTIO XI.

216 QVÆRO VNDECIMO, vtrum filius clerici, vel Monachi ante clericatum, vel ingressum Religionis susceptus in feudis succedat? communis, & vera est opinio, quod sic. Aluaro. hic columna tertia, versic. quarto, an filius legitimus Thomas de Marinis titu. sexto, numero 30. Barto. in l. eum, qui numer. secundo, ff. de interdi. & Relega. Ioannes Rainaudi, in l. Imperialem §. pœna numero tertio, de prohib. alien. per Federic. Curt. de feudis part. quinta, sub numero 13. nouissime Nicol. Intrigliol. de feudis, centur. secunda, artic. primo, numero 155. quicquid dixerit Ardiz. de succes. feudor, versic. an clericus succedat.

QVÆSTIO XII.

217 QVÆRO DVODECIMO, an clericus effectus, media fraude agnatorum, qui fraudulenter operati sunt, ut ordines susciperet, feudum amittat, & an succedat in feudo postea deuoluto? Bald. hic, numero secundo, tenet, quod minor iste resti-
218 tuitur in integrum, non quia clericatum assumpsit, sed quia feudum amisit,

fit, & fic dimittendo clericatum recuperaret feudum non ipso iure, sed restitutionis auxilio, sequitur Henric. à Rossentale de feud. cap. septimo, conclusio. 78. post Iacob. Beluis. in capit. primo, de feu. fęmi. Curt. part. tertia, membr. secundo, numero 25. Menoc. consilio 54. nume. 40. nouissimè post hæc scripta impressus Nicol. Intrigl. de feud. centur. 2. artic. primo, nume. 179. quæ non procedunt in clerico in sacris ordinibus constituto, in quo fraus prædicta cessaret Iacob. Beretta consilio 82. numero 121. libro primo, Ludulph. Schraderi in tract. de feudis parte septima, capitulo quinto, numero 30.

QVÆSTIO XIII.

QVÆRO DECIMOTERTIO
219 an clericus sit capax feudi concessi pro te, hæredibus, & successoribus quibuscunque, Item an fratres tertij ordinis sint feudorum capaces. Itē an clerici regulariter sint capaces feu-
220 dorum de nouo quæsitorū, ut in principio repetitionis diximus, tangit post alios Petr. Duenna regula 103. numero 8. & sequen. quibus recurratis, quia articuli nullam habent probabilem difficultatem. diximus aliqua supra num. 82.

In cæteris pro materiæ supplemento vltra Doctores hic, & in locis supra congruis citatis, recurratis ad Lauren. Silua. consilio 3. Octauian. Cacheran. decisio. Pedemon. 27. Cassan. in consuet. Burgund. titu. des fiedz rubr. 3. §. quinto, in text. ibi excepte les Religiens fol. mihi 450. & sequent. Andr. Barbat. in tractat. de præstan. Cardin. quæstio. quinta, Calderi. consil. secundo, sub rubrica de feudis, Io. Licier. de primogen. lib. primo, quæstio. 24. Capic. decisio. 10. 31. & 32. Canonistas in cap. in præsentia de prebatio. Menoc. consilio 181. numero 64. & sequen. & 202. nu. 116. Crauet. consilio 303. sequuntur Regnicolæ in Constit. errores Ludulph. Schraderi in tractat. de feudis parte nona, capitu. 10. Cannet. fol. 184. Nicol. Intrigl. de feudis centur. prima, quæst. 30. & centur. secunda, artic. primo, numero 108. & sequē. Sonsbecius de feudis part. 12. Duenna in regula 103. Marcus Antonius Natta consilio 600. Ioan. Cephal. consilio 151. Fabius de Anna singul. suo
221 297. & alij Siculi, Minadois in Rubrica constitutionis in aliquibus, verbo filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Cap. omnes filij materia vtilis, & frequens est.*

2 *Filij feudatarij quibus totum feudum, vel illius pars peruenit faciant fidelitatem.*

3 *Text. iste sumptus est à iure Longobardo.*

4 *Diuisio feudorum hoc iure communi in partes æquales, & inæquales permittitur titulatis exceptis, & his, vbi ius Francorum viget, num. 11.*

5 *Tex. iste an corrigatur per l. Imperialem §. preterea Ducatus infra de prohib. alien. per Feder.*

6 *Fratres diuidendo feudum, vtrum inæquales partes facere possint.*

7 *Diuisio necessaria feudi facienda inter fratres non eget assensu directi Domini.*

8 *Litigiosa res diuidi potest inter fratres etiam Clericos & non dicitur alienatio in fraudem litis, & ita iudicatum.*

9 *Cap. 1. de success. feudi limitatur, & interpretatur per tex. istum.*

10 *Diuisio inter fratres, & refutatio proximè successuro habet assensum legis, & nume. 30.*

12 *Ius Francorum vbi viget facit feuda indiuisibilia.*

13 *Regales dignitates regulantur, & iudicantur sicut regnum ipsum.*

14 *Primogenitura qua ratione introducta fuit.*

15 *Feudum potest per diuisionem ad vnum tantum peruenire, & ille iurabit fidelitatem.*

16 *Iuramentum defertur in solidum omnibus fratribus feudum diuidentibus.*

17 *Tex. iste loquitur in feudo ex pacto nouo non in feudo hæreditario.*

18 *Camer. Theorica circa tex. istum interpretatur, ac limitatur.*

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA.

19 *Inuestitura vtrum petatur ab omnibus filijs feudatarijs mortui, & vtrum insolidum fidelitatem iurare teneantur, ac seruitia prastare, vel quilibet pro parte.*

20 *Iuramentum ab omnibus prastatur, quando feudum indiuisum possidetur.*

21 *Iuramentum fidelitatis tanquam indiuiduum insolidum prastatur etiam ab his, qui feudum diuisum retinent. & nume. 28.*

22 *Filij feudatarij omnes vassalli dicuntur. quoad obsequium fidelitatis non quoad obligationes facti.*

23 *Seruitium in dando, & faciendo consistens, quomodo inter filios feudatarij diuiditur.*

24 *Domino eligente vnum ex haredibus ad seruiendum cateri contribuere tenentur.*

25 *Regis est electio in Regno, quando plures sunt filij feudatarij circa seruitia.*

26 *Rex cedit actiones contra cohaeredes in beneficium eius qui seruitia prastitit.*

27 *Dictio maxime in text. posita implicat casum magis dubitabilem, & explicat minus dubitabilem.*

QVÆSTIO SECVNDA.

29 *Vassallus an teneatur iurare fidelitatem, & seruitium prastare vni ex haredibus domini, vel omnibus.*

31 *Indiuidua debentur, haredibus stipulatoris insolidum.*

32 *Seruitium non augetur morte domini, neque vassalli.*

33 *Haredes omnes loco vnius succedunt.*

34 *Vassallus Vniuersitatis Collegij, vel Capituli non tenetur iurare fidelitatem alicui de Collegio vel Vniuersitate, nec eum iurare, numero 26.*

35 *Vassalli est electio in pari causa cui ex haredibus Domini voluerit seruire.*

37 *Collegium, vel vniuersitas retinens feudum non perdit ex delicto vnius de Collegio.*

QVÆSTIO TERTIA.

38 *Feudatarius vtrum possit feudum vni ex suis filijs legare, vel in quolibet vltima voluntatis genere absque domini assensu assignare.*

39 *Feudorum quatuor genera pramittuntur.*

40 *Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum non recipit onus in testamento feudatarij nisi cum consensu Domini, & agnatorum.*

41 *Cap. primum de successione feudi loquitur in feudo ex pacto antiquo.*

42 *Potestas feudatarij non minus quam assensus domini in contractibus feudalibus consideratur.*

43 *Pater in filij praiudicium ex pacto antiquo nil disponere potest.*

44 *Feudatarius non potest de feudo inter filios disponere absque assensu domini, vt succedant alio modo, quam ab intestato essent successuri.*

45 *Legatum feudi etiam ad pias causas non valet.*

46 *Feudum ex pacto nouum est deducibile in quamlibet dispositionem feudatarij inter liberos vel agnatos cum assensu tamen Domini.*

47 *Feudum francum, & Longobardum, in quibus adaequantur, & differunt inter se.*

48 *Feudum Longobardum est diuisibile, francum vero indiuiduum.*

49 *Feudum ex pacto, & prouidentia nouum adaequatur cum hareditario, & qua ratione.*

50 *Feudatarius ad libitum disponit de feudo ex pacto, & prouidentia nouo cum assensu domini. & num. 53.*

51 *Cap. primum de successione feudi non loquitur in quolibet feudorum genere, & Marin. Frec. notatur.*

52 *Ratio pracipua quare feudatarij vltima dispositio non valet in feudis.*

54 *Successor in feudo hareditario debet habere qualitatem sanguinis, & hareditariam.*

55 *Isernia locus declaratur, & illustratur.*

56 *Dispositio feudatarij absque assensu non valet etiam per viam pœna.*

57 *Donatio causa mortis a feudatario facta non valet.*

58 *Exharedatio contra primogenitum fieri potest ex omnibus causis, ex quibus perfecta donationes reuocantur.*

59 *Feudatarius disponit de feudo cum consensu primogeniti.*

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

60 *Prorex Regni vtrum possit feudatarij vltimæ voluntati assensum præstare qui feudum alio modo quam ius defert secundogenitis legat, vel Catholicæ Maiestatis requiratur assensus.*

61 *Assensus vt succedant secundogeniti exclusa primogenitu alterat, & mutat feudi naturam.*

62 *Pragmatica Regni vulgo dicta, nouem capitum, In quarto capite declaratur, & interpretatur.*

63 *Natura feudi oritur ex tenore primæ inuestituræ.*

64 *Cancellariæ regularis forma est pro te, & heredibus ex corpore legitime descendentibus, sexus, & ætatis prærogatiua seruata.*

65 *Feudum in quo ius Francorum viget, intelligitur concessum feudatario, & primogenitis.*

QVÆSTIO V.

66 *Legato feudo, an extimatio debeatur.*

67 *Comes Oliuarentium fuit prudentissimus Regni Prorex.*

68 *Comes Mirandæ Italici supremi Consilij meritissimus Præses.*

69 *Fuluius de Costantio Regens integerrimus, & nobilissimus.*

QVÆSTIO VI.

70 *Vna militia, & paragium, an succedant loco alimentorum, vel legitima, vel loco portionis feudi.*

71 *Compromitti non potest causa vitæ militia vigore Pragmaticæ inter coniunctas personas editæ.*

72 *Paragium, & militia qua ratione etiam super feudis dignitatum debetur.*

73 *Feuda dignitatum indiuisibilia de iure communi feudorum, secus de iure Longobardo.*

74 *Longobardorum iure feuda omnia cum vassallis diuiduntur.*

CAP. OMNES FILII.

1 SVBTILIS est, & vtilis materia istius cap. & benè examinata inquit Isern. in summis Iacinthi Ardizo. in tit. de success. feud. post medium tituli versic. Item dubitari consueuit vtrum omnes filij fol. mihi 180. & fusius in summa incipiente, cum natura, cuius author fuit Odoffr. capit. 18. Rubrica vtrum hæredes vassalli possint feudum diuidere, vel facere, quod ad vnum eorum perueniat, cuius cognitionem non habuit Liparul. ex quibus summis reassumpsit quicquid hic dixit Isern. plura Arnold. Ferronus libro secundo titul. octauo de feudis, & Iure emphyteutico §. 2.

2 Tex. iste h. d. in summa filij feudatarij, quibus totum, vel pars feudi peruenit, faciunt fidelitatem, Iacob. Cuiac. legit hunc tex. libro tertio titul. nono in suo tractat. de feudis, vbi dicit corrigendam esse literam ibi si indiuisum, vt dicat, si diuisum quæ correctio ab aliquibus impugnatur, & male postquam vtroque modo text. legi potest, quia si omnes filij possident feudum pro communi, & indiuisum, tunc quia ab omnibus possidetur, omnes fidelitatem facere tenentur, si alio modo legas tex. vt possideant diuisum feudum in diuersis partibus, tunc etiam omnes fidelitatem facient, quia omnes feudi partes possident, & sic vterque sensus rectè admitti potest,

3 dispositio istius text. sumpta est a iure Longobardo probatur sub titulo de beneficijs, & terris tributarijs l. tertia circa finem ibi cum aliquis eius miles siue de maioribus de hoc sæculo migrauerit filios eius beneficium tenere.

Noto primo ex tex. quod filij feudatarij possunt inter se feudum ubi Ius francorum non viget diuidere, quia omnes succedunt, ut hic in tex. secundum literam communem, & etiam secundum literam Cuiacij, quia text. dicit, si indiuisum habent: uel alio sensu si diuisum habent, sequitur dicens, quod

quod si feudum ex diuisione &c. Er-
go, feudum hoc communi iure feudorum
iure regulariter inter filios in partes
4 aequales, & inaequales diuidi potest, &
etiam ad unum tantum fratrem per-
uenire, qui solus fidelitatem faciet,
concordat tex. in capit. primo supra de
successione feudi, quia eo casu solus
uassallus dicitur argumento l. 3. §. hae-
res ff. commoda. est de mente Iser. Af-
flict. Aluaro. Iacobi de Beluiso, & alio
rum, vt in tertio notabili dicemus.
5 Oppono de l. Imperialem §. praete-
rea Ducatus infra de prohibit. feud. a-
lien. per Feder. ubi litera dicit de caete-
ro feuda titulata non diuidantur, &
pro feudis diuiduis, diuisis, uel diui-
dendis, unusquisque pro parte sua fi-
delitatem faciat, ergo prohibet, ne ad
vnum perueniat, cuius contrarium hic
erat statutum. Item prohibet ne feu-
da titulata diuidantur, & consequen-
ter tex. iste in qualibet sui parte corre-
ctus remanet.
Pro solutione istius difficultatis, &
intelligentia tex. Camer. in leg. Impe-
rialem fol. 4. colu. secunda uersic.
non obstat. Septimo in magnis, tri-
plicem assignauit responsionem post
Iser. & feudistas in eod. §. praeterea Du
catus, in prima responsione dicit tex.
hunc procedere de iure antiquo ante
l. Imperialem quo iure diuisio permit
tebatur per partes aequales uel succe-
debant ex regula Ureos §. cum in tabu
lis ff. de edictis, quae diuisio in §.
praeterea Ducatus non prohibetur, il-
la tamen ibi negatur, quae per partes
inaequales procedit, sed quia respon-
sio haec difficultatem potius auget,
quam soluit. Subdit propterea Ca-
mer. quod fratres quamquam per uiam
diuisionis non possint inaequales par-
6 tes faciendo uni totum feudum assi-
gnare, possint tamen per uiam refu-
tationis id agere, quia tex. in l. Impe-
riale in uerbo similibus prohibentibus
uenditionem, non tamen illam uen-
ditionem excludunt, quae in uiam re-
futationis resoluitur, & inter agnatos
continuo practicatur capit. primo in
princip. & §. etsi libellum infra de a-
lien. feud. pater. Et propterea dicere
compellimur tex. istum a dicto §. prae-
terea ducatus non esse correctum, &
text. illum etiam hodie intelligen-
dum esse, ut pro parte fidelitatem prae
stent, si proprias partes possident, a-
lias unus, qui totum feudum possidet
pro toto fidelitatem praestabit, quia
totum feudum est suum, pro hac opi-
nione adduco ego expressam doctri-
nam Iser. infra in hoc capitul. numero
quinto, circa medium, qui dicit haec
uerba, possent etiam haeredes facere,
quod ad unum perueniat feudum, ut
in hoc capit. quia non est alienatio in-
ter haeredes sup. per quos fiat inuest.
§. primo si sine fraude fiat, ut diximus
in constit. Imperialem §. praeterea, &
tunc illi uni fidelitas est facienda, est
de mente Afflict. hic in quarto nota-
bili.
Dicit secundo idem Camer. colum.
tertia versi. Secundo respondeo, quod
text. iste non corrigitur, quia fratres
7 diuidunt ex necessitate, dum non co-
guntur stare in communione l. fin. C.
communi diuidu. & tex. in dict. l. Im-
perialem non procedit in necessaria
diuisione secundum Iser. in illo §. prae
terea ducatus, fit etenim diuisio illa
ex necessitate, & inter vocatos in leg.
Inuestiturae, Ergo inter eos ad libi-
tum etiam in partes inaequales fieri
poterit, & recte hoc statutum reperi-
tur, vt postquam diuisionis princi-
pium est necessarium inter fratres lex
permittit illam secundam diuisionis
partem inaequalis alterius naturae, quae
voluntarie fit considerando princi-
pium necessarium argumento leg. qui
exceptionem de condi. indeb.
Huic responsioni accedit simile il-
lud traditum per Afflict. in l. Regni
corum fraudibus quaest. 8. qui limitat
text. illum cum capit. Regni conuen-
8 tus, & similibus iuribus statuentibus
litigiosas res alienari non posse, vt non
procedant in diuisione inter fratres,
quae necessaria dicitur alienatio, & hac
ratione attenta me patrono fuit alias
per Sacrum Concilium, impedita exe
quutio sententiae cuiusdam corporis
pro cuius relaxatione fratres laici fue-
rant condemnati, & post citationem
laicorum per diuisionem bona illa per
uenerunt integra ad unum fratrem
cleri-

clericum, qui institit pro remissione
causæ ad iudicem competentem, fuit-
que iudicatum diuisionem illam non
fuisse in fraudem, cap. conuentus iux-
ta dicta l. Regni eorum fraudibus in
fine in causa quorundam familiæ de
Soropaica Actuario de Felice.

Refert tertio, Camer. Alexand. con
silio 15. colum. quinta, opinionem di-
centis text. hunc non intelligi, vt fra-
tres diuidentes noceant eorum filijs,
sed ipsis tantum, quæ responsio ritè à
9 Camer. non admittitur, quia text. in
capit. primo, supra de successio. feu. per
text. istum limitatur, & interpreta-
tionem recipit, vt non procedat in di-
uisione fratrum, qui etsi testando, vel
quouis modo disponendo absque as-
sensu filijs nocumentum afferre ne-
queunt, diuidendo tamen præiudi-
cant, quia diuisioni, & refutationi lex
10 assentit, vt in text. isto, & capi. primo,
§. etsi libellum infra de alien. feu. pa-
ter. & diuisio in partes inæquales,
quia in vim refutationis resoluitur, va-
let pro eo, cui refutatur, & filiis suis;
quia alienare non est, sed retrocedere,
quod fieri potest etiam in descenden-
tium præiudicium dicto §. etsi libel-
lum. dicemus infra num. 30.

Noto secundo quod hoc iure om-
nes filij succedunt in feudis, & illa
diuidunt vt in text. & dicto §. præte-
rea ducatus l. Imperialem de prohib.
alien. per Federic. quæ conclusio fallit
11 in feudis dignitatum, quæ non diui-
duntur, nec omnes sed solus primoge
nitus succedit dicto §. præterea duca-
tus, capi. primo, de feudo Marchiæ Af
flict. decision. 112. & 248. Vasques de
de succes. creat. §. 26. limit. 31. numerò
93. Paris. consilio 23. nume. 136. libro
primo, Curt. consilio 69. Oldrad. 238.
Camer. in l. Imperialem, §. præterea
Ducatus, & alij, quos congerit Me-
noch. consil. 158. num. 71. ac cæteri in
fra proximè citandi.

12 Fallit secundo, in feudis, in qui-
bus ius Francorum viget, prout in Re
gno ex l. vt de successionib. vtriusque
limitationis, ea est ratio, quia Re-
gnum in se diuisum desolabitur, &
idem iudicamus de dignitatibus rega
libus, vt sunt Ducatus, Principatus,
13 Marchionatus, & Comitatus, quod
de Regno ipso quia non diuiduntur,
14 dicta l. Imperialem §. præterea duca-
tus; & principatuum pluralitas parit
discordiam, & entia benè non pos-
sunt gubernari, vnus ergo Princeps
inquit Aristotiles 12. libr. Methaphy-
sices in fine. probatur in capitu. in api-
bus septima quæstione prima Isern. in
prælud. feudor. Afflict. hic in secundo,
& quinto notab. post Aluaro. secundo
notab. & alios, & multitudini expe-
dit ab vno Regi leg 2. §. nouissime de
orig. Iur. Oldrad. consil. 94. colum. ter
tia Anchar. consil. 341. colum. prima.
Soc. consil. 165. Dec. in capit. pruden-
tiam de offic. delegat. Curt. consil. 69.
Minad. consil. primo, numero 10. Ru
beus Alexand. consil. 133. numer. 10.
tres alias rationes, quare primogeni-
tura sint introducta, refert Cumia de
succell. feud. vers. & primogenituræ
numer. 6.

15 Noto tertio, quod per diuisionem
bonorum factam inter filios vasalli,
potest feudum ad vnum solum insoli-
dum peruenire, & ille solus iurabit,
eo etenim casu ille solus possidens cen
sendus est vasallus argumento leg. 3.
§. hæres ff. commoda. & hoc dicit Glo.
post principium quam Aluaro. in se-
cundo notabil. & alij sequuntur, post
Odofr. in summa feudali cap. 18. ru-
bric. vtrum hæredes vasalli possint
feudum diuidere numero tertio, & te
net hic Iser. numero quinto versicul.
possent etiam: vt supra cum Camer.
latius explicauimus Afflict. hic quar-
to notab. Capyc. in inuestit. capit. feu-
dorum dominia verbo parilitas versi.
decimo tertio, & decimo quinto Li-
parul. in capit. primo, supra de forma
fidelit. in verbo dominus versic. deci-
moquarto. probatur in capitul. primo
in fine de natura success. feud. infra.

16 Cæterum, an vnius feudi diuisio
fieri possit, vt quilibet filiorum par-
tem habeat, & quilibet pro eius tan-
tum parte iurare debeat, Iser. hic te-
net, quod sic, quia quilibet iurabit in-
solidum ratione indiuidui iuramenti,
& in indiuiduis hæredes insolidum te
nentur, l. hæredes §. an ea ff. famil. er-
ciscun. quæ in feudis omnibus proce-
dunt

dunt exceptis feudis dignitatum; & in quibus ius francorum viget Curt. Sen. consil. 45. colum. fin. & quæ sint ista, & an in dubio præsumatur ius commune Longobardum, vel Francorum Iser. & Camer. late in dict. leg. Imperialem §. præterea Ducatus de prohibit. feud. alien. per Feder. & nos quoque infra quæstio. 2. cum Gloss. & Iser. latius dicemus.

Noto quarto, quod tex. iste non procedit, neque loquitur in feudo hæreditario, sed in feudo ex pacto, & prouidentia, ita text. istum intelligit Ca-
17 mer. in l. Imperialem fol. 26. lit. A. qui dicit hæc verba, nam si pater disponit cum assensu in præiudicium filiorum est in feudo hæreditario, & non in feudo ex pacto. & prouidentia, de quo lo-
18 quitur Isern. & tex. in capit. omnes filij, &c. Sed contra Camer. vnica mihi occurrit dubitatio, quia text. iste loquitur de feudo nouo, dum dicit omnes filij eius, qui feudum acquisierit, Ergo feudum hoc per patrem fuit quæsitum, & consequenter quamuis feudum sit ex pacto, quia tamen nouum est, adhuc filij factum acquirentis, a quo beneficium habent, ratum habere coguntur ac si hæreditarium esset, vt idem Camer. in ead. quæstione non negat, & latius probat Afflict. consilio primo numero 152. post alios, dicamus ergo dictum Camer. in se verum esse in feudo ex pacto antiquo, in quo pater etiam cum assensu Domini in præiudicium agnatorum non disponit, vt infra latius in tertia quæstione dicemus. ad id tamen probandum recte text. istum allegari non potuisse, qui in feudo ex pacto, & prouidentia nouo loquitur, vt ex verbis text. clare colligitur.

Glos. hæc examinat duas quæstiones, secundam præsertim ad partes disputat in versicu. sed quæritur, an vassallus vsque ad finem, & sic in duas diuiditur partes, easdem quæstiones iuxta ordinem Glos. discutit hic Iser. propterea vtriusque Theoricas Glossæ scilicet, & Iser. simul expediemus.

QVÆSTIO PRIMA.

19 QVÆRIT ERGO Glos. tacite, Iser. tamen expresse, an omnes filij feudatarij mortui, qui feudo succedunt, petere debeant inuestituram, & iurare fidelitatem insolidum infra annum ex regula, cap. primo, supra quo temp. miles. vel sufficiat vnum tantum iurare, & ex hac oritur secunda quæstio, vtrum omnes insolidum ad seruitia feudalia, quæ feudatarius mortuus præstabat, teneantur, vel quilibet pro parte? has duas quæstiones iunctim ab Iser. formatas hic prosequemur. ante Iser. vltra Glos. easdem quæstiones disputauit Odoffred. in eius summa feudali cap. 18. rubri. vtrum hæredes vassalli possint feudum diuidere, vel facere, quod ad vnum eorum perueniat, numero quarto, versic. sed quæro, & Iacob. de Ardizo. cap. 138. de successione feudi circa medium, versicu. item dubitari consueuit, vtrum omnes filij vassalli, folio mihi 180. in paruis, vbi materiam istam explicat, & Iser. illos hic allegat, quos cæteri hic sequuntur.

Addatis vos Martinum de Fano, & Speculatorem in titu. de feudis, §. quoniam, numero 19. quæstione nona, qui articulos per tres columnas ad partes disputant, & subtilius, quam Iser. & quilibet alius antiquus, vel recens feudista, quos Iser. vel non vidit, vel silentio, quod verisimilius est, pertransire voluit.

Vnde videmus peritissimos quandoque antiquorum theoricas furatos, post Isern. disputat ad partes Ioannes Blancus in summa titu. de sacramento fidelitatis. versi. item dubitari consueuit Ioannes Raynaldus in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, Iacobin. in versic. qui quidem inuestiti, numero 22. vltra Afflict. Aluaro. Præposit. & alios hic Auctor quidam, §. Glos. 4. numero 51. & sequen. late Zas. parte 12. nume. 18.

Pro solutione difficultatis conclusiue loquendo cum Iser. quem magis communiter cæteri sequuntur, distinguuntur plures casus.

20 Pri-

20 Primus quando omnes filij feudatarij possident feudum indiuisum, tunc omnes iurabunt, vt in tex. isto, in quo dictio maximè stat expositiuè secundum Glos. & plures alios, & de veritate istius primæ conclusionis paulo infra fusius dicemus.

21 Secundus quando feudum ab omnibus hæredibus diuisum detinetur, tunc quilibet insolidum etiam fidelitatem iurare tenetur ratione indiuidui iuramenti. Et in indiuiduis hæredes promissoris tenentur insolidum l. hæredes, §. an ea, & §. contra si ff. famil. erciscun. quo casu omnes possunt vni committere, vt iuret pro omnibus, & videntur omnes iurare l. municipibus de conditio. & demonstrat. l. 2. §. ex his de verborum obligat. vbi Angel. idem Angelus in l. loci corpus, §. si fundus, ff. si serui. vendicetur, & sic quoad obsequium fidelitatis, quili-
22 bet hæredum partem feudi detinentium dicitur vassallus, & tenetur insolidum non pro parte, sed in faciendo non tenebuntur omnes nisi quantum vnus pater eorum tenebatur, inquit hic Isern. numero tertio, versicu. sed certè, quem benè intellexit Auctor quidam, §. 2. Glos. 4. numero 32. quicquid male dixerit hic Aluaro. in intellectu Andreæ.

Tertius est casus, quando feudum ad vnum tantum ex hæredibus peruenit, tunc ille solus fidelitatem iurabit, ac seruitia præstare tenebitur, qui solus ille vassallus dicitur l. tertia, §. hæres, ff. commoda. l. 2. de prætorijs stipulatio. l. si plures, de vi, & vi arma. & probatur in tex.

23 Seruitium vero quomodo præstabunt, & sic respondetur secundæ difficultati, si est in dando, & sic in re diuidua, inquit Iser. quilibet tenetur pro parte quia ipso iure diuiditur, quod est in nominibus. l. ea quæ C. famil. erciscun. l. prima, C. si certum petatur. Si vero in faciendo vt ire ad prelium cum Domino, & exercitu, & sic indiuiduum, tunc quilibet tenetur respectu Domini, ad vnum tamen seruitium, vt defunctus tenebatur: inter eos tamen pro rata fiet diuisio, quia omnes filij loco vnius sunt l. cui. fundus, ff. de conditio. & demonstratio. Iam tamen §. si tamen plures ff. iudic. solui. hinc discurrit Iser. an possit feudatarius secundogenito feudum assignare, in quo iure Francorum viuitur excluso primogenito, qua de re nos infra fusius verba faciemus. Item ius obligationis ex personis hæredum non mutatur l. secunda, §. ex his, ff. de verborum obligat. Ergo sicut defunctus ad vnum seruitium tenebatur, ita & hæredes l. 2. §. primo, de prætor. stipulatio.

Sufficit Domino habere vnum, sicut vnus fuit, cui dedit feudum, qui seruiat in hoc seruitio indiuisibili, per æque idoneum hæredem, qui defuncti personam repræsentat, seruitium præstari potest. l. illud. ff. de eo quod metus causa, l. qui autem §. 2. de constitu. pecunia. l. si quis domum. §. primo, ff. locat.

Si non consentirent, esset pœna amissionis feudi in omnibus, quia omnes seruire debent, & si dominus vellet seruitium ab vno ex hæredibus cæ-
24 teri cogerentur illum eligere captis pignoribus, & contribuere, argumen. l. huiusmodi §. fin. de legat. primo, conclusiones istas præ cæteris ad partes disputat Speculator loco supra citato de feudis, §. secundo, quæstione nona, numero 19. qui plura congerit iura, & argumenta, quæ breuitatis causa silentio pertranseo, sed ad eum recurrendum.

25 In Regno inquit Iser. Regiæ Curię est electio circa hæredem magis idoneum quando plures sunt filij feudatarij, qui in feudo succedunt, argum. l. quod si plures de testament. tutela, quia plures debent. Secus si vnus deberet plura, tum electio esset debentis notat Glos. in l. Imperialem §. præterea Ducatus infra de prohib. alien. per Feder. & sic in Regno notandum est Regiam Curiam cogere posse vnum ex hæredibus ad præstandum
26 totum seruitium, quo præstito cedit actiones contra cohæredes, vltra Iser. hic sequitur Luc. de pen. in l. vnica columna quinta, versicu. quinto quæritur C. vt nullus ex Vicarijs libro 11. Marin. quinta authorit. numero 8. in

fine

fine Lipar. hic in verb. eligi idem Iser. in dicta l. Imperialem, numero 30. in fine.

Redeundo nunc ad confirmationem primi capitis, in quo dixit Isern. quod si omnes filij feudatarij possident feudum indiuisum, tunc omnes vassalli dicuntur, & iuramentum fidelitatis pręstare tenentur insolidum, pro eiius confirmatione. Auctor quidam, dicto §. secundo, glos. 4. num. 35. dupliciter ponderat tex. istum.

Primo in illis verbis maximè si indiuisum habent, vt dictio hæc maximè implicet casum, quando possident pro diuiso, postquam tex. iste euidenter dicit, quod omnes filij vassalli facere debent fidelitatem, quando possident pro diuiso, Ergo multo fortius quando possident pro indiuiso, quia est ea natura, & virtus huius dictionis, maxime, quod implicet casum magis dubitabilem, & explicet minus
27 dubitabilem, & sic facit in casu explicito illationem à fortiori, & tantum valet, quantum dictio multo magis l. qui se patris. C. vnde liber. vbi Fulgos. Roman. & Dec. in primo notab. columna tertia, idem dicens de dictione etiam tex. in l. prima, C. de rescin. vendit. l. si quis pro vxore in principio. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, de dictione præsertim Glos. & Panor. in cap. per tuas de simon.

28 Cæterum Doctores omnes hic, in summis, & in tractatibus fatentur, quod quando plures hæredes possident idem feudum pro diuiso, absque dubio tenentur non collectiuè simul, sed singuli pro se insolidum facere fidelitatis iuramentum. Ergo necessario fateri debemus idem esse absque dubio, & multo magis, quando possident pro indiuiso.

Secundo ponderat ad idem hunc text. quia vniuersalis omnes determinat verbum filij, cui adijcitur in hoc text. distributiuè, & non collectiuè, quando filij possident feudum pro diuiso, vt ex omnium sententia liquet. Ergo eodem modo idem verbum debet determinare, quando filij possident pro indiuiso. Quoties etenim vna determinatio respicit plura determinabilia illa debet æqualiter determinare vniformiter, & non differenter l. iam hoc iure, vbi omnes notant. de vulgar. & pupillar. l. in testamento, vbi Ias. secundo notab. Dec. tertio notab. C. de milita. testamen. l. quamuis. & l. hæreditatem. C. de impub. & aliis substitut. Et quando duo verba vel duo dispositiones recipiunt vnam determinationem, intelliguntur eam vniformiter recipere. l. fin. C. de sent. & interlocut. omnium iudic. l. si legatarius, §. fin. de leg. tertio, vbi hoc notant Alber. Per. Din. & Bart. inferens ad decisionem illius quæstionis quando vir legauit vxori omni anno ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libras, ex quo de iure frumentum non debet solui in initio anni, sed eo tempore, quo colligitur l. firmio. §. pater, ff. quando dies lega. cedat. idem dicendum est in decem libris, vt debeant solui simul eodem tempore, vt vniformiter intelligatur, sequitur hanc Bar. decisio. Roman. in l. qui hoc anno, de verborum obligatio. Ergo multo fortius, quando non est nisi vnum determinabile duos casus in eadem oratione, & constructione verborum complectens, vt in hoc tex. ergo debet eodem modo, & vniformiter in vtroque determinari. Est de mente Martini Laudensis hic primo notab. & aliorum quam plurium.

Quæstio Secunda.

29 QVÆRIT SECVNDO. Glos. quid econtra, quando dominus feudi decedit relictis pluribus hæredibus, an vassallus omnibus fidelitatem iurare, & seruitium præstare teneatur, vel vni tantum? quæstio hęc latissime ab antiquis ante Isern. & recentioribus quoque feudistis disputatur, vltra Glo. hic Odoffr. in eius summa feudi cap. 18. numero sexto, incipi. vtrum hęredes vassalli possint feudum diuidere, Iacob. Ardizo. in titu. de successio. feudi post medium, versic. si vero dominus decedat pluribus hæredibus relictis, folio mihi 18 r. Speculat. de feudis, §. secundo, quæstione 29. & ibi Ioan. Andr. Iser. Laudensis Alua-

ro. Affict. Bald. & cæteri hic, & in l.
Imperialem, §. præterea Ducatus de
prohibit.alien. per Feder. vbi Camer.
late folio 105. cæteros congerit Rom.
consilio 47. Timquel. de iure primoge
nit. quæstio. 17. numero 16. late Au-
ctor quidam. §. secundo, Glos. 4. nume
ro 51. quæstione octaua, cui pro Do-
ctorum copia vltra Camer. recur-
ratis, ne absque fructu membranas
impleamus. Et conclusiue loquendo
dico opinionem Iser. hic ab omnibus
ferè receptam fore, quam summatim
referre putamus, postquam articulus
iste etsi subtilis, & pulcher, non tamé
in palatijs adeo frequens est, & nostra
semper fuit intentio, frequentiores, ac
vtiliores feudales dubitationes, expla-
nare.

Prima conclusio sit, quando hære-
des Domini diuiserunt inter se iura
dominicalia vassallorum, & ad vnum
tantum perueniunt, túc ille solus dici
tur dominus & eidem iurabitur, & ta
xata, ac debita seruitia præstabuntur,
alijs nequaquá, originalis fuit opinio
Odoffre. in dicta summa cum natura
cap. 18. numero sexto, quam passim
omnes amplectuntur. Isern. hic post
numerum quintum, dicit illa verba
possent etiam hæredes facere quod ad
vnum perueniat feudum vt in hoc ca.
quia non est alienatio inter hæredes su
pra per quos fiat inuest. §. primo, si si-
ne fraude fiat, vt diximus in constitu.
Imperialem §. præterea, & tunc illi
30 vni fidelitas est facienda. tetigimus su
pra num. 10.

Secunda conclusio est, quando he-
redes Domini viuunt in communi, &
iure Longobardo sicut hæredes vassal
li, & etiam iure isto (exceptis feudis di
gnitatum) tunc iuramentum fidelita
tis omnibus præstari debet, quia indi-
uiduum l. quędam, ff. famil. erciscun,
l. fin. de iure patron, l. via de seruituti-
bus, vbi probatur indiuidua deberi
hæredibus stipulatoris insolidum.

31 Seruitium tamen non augetur mor
32 te Domini neque vassalli, quia idem
seruitium præstabitur omnibus hære
dibus Domini quantum defuncto so-
lo præstabatur, hinc infertur quod iu
rando vni pro omnibus liberantur hę
redes vassalli, argumento l. 3. de his
qui deiecer. vel effude. qui contra-
xit cum vno non debet distingui in
plures, l. 1. in fine de exercit. & l. 2. &
pro hac conclusione est clara litera in
l. Imperialem §. præterea Ducatus in-
fra de prohib. alien. per Feder. vbi pro
vno feudo vassallus plures Dominos
habere non debet, quia omnes hære-
33 des loco vnius succedunt l. cui fundus
ff. de condit. & demonstr. & ex perso-
nis hæredum patroni non efficitur du
rior conditio obligati l. 2. §. ex his de
verborum obliga. l. secunda; §. incerta
de prætorijs stipula. l. cui fundus de
condit. & demonst. l. quod si nolit §. si
plures de ædil. edic. Iacob. de Beluisio
Petrus de Cernetis, Bald. & ceteri hic
sequuntur, & ante eos Iacob. de Ardi-
zo. cap. 64. incipien. si vassallus est plu-
rium Dominorum.

Tertia conclusio est, quod hoc casu
supra posito vassallus non dicitur vas-
sallus vniuscuiusque hæredum Domi
ni insolidum, vel vnius tantum, sed
omnium simul, sicut dicitur de liber-
to vniuersitatis, ff. de in ius vocan. l.
sed etsi §. qui manumittuntur vltra Do-
ctores hic Iacobin. in versicu. qui quie
dem inuestiti, colum. 6. versicu. sed re-
34 stat quærere. Item inquit hic Isern. nu
mero 6. quod vassallus vniuersitatis
Collegij, vel Capituli non tenetur iu-
rare aliquem de Collegio vel Vniuer-
sitate, quia non est vassallus singulo-
rum, hoc tamen simile omnino in hæ
redibus adaptari non potest, quibus
omnibus fidelitatis præstatur iurame
tum, vt supra diximus.

Quarta conclusio, oritur ex dictis
Isern. in versic. sed quomodo tunc vas
sallus præstabit seruitium pluribus he
redibus Domini feudum habentibus?
Respondet Isern. quod si seruitium in
dando, siue in pecunia consistit, quili-
bet habebit partem suam, pro qua est
hæres, vel feudum tenet.

Si seruitium est indiuiduum, vt ire
ad prelium, & quilibet ex filijs Domi
ni habet per se bellum in diuersis lo-
cis, dicit Isern. quod vassallus tenetur
iuuare antiquiorem, sed quando sunt
æquales, vt in casu proposito, quia om
nes sunt hæredes, electio erit vassalli,
cui

cui non imputabitur, si vnum elege-
35 rit, tex. est clarus in l. si quis. in grauis
§. si cum omnes, ff. ad Sillania.
Quinta conclusio est, quod vassal-
36 lus vniuersitatis Collegij, & Capitu-
li non tenetur iuuare aliquem de collé
gio, vel Capitulo, seu Vniuersitate,
quia non est vassallus singulorum, &
propterea tenetur præliari cum Capi-
taneo vniuersitatis. Quæ conclusio-
nes alijs pluribus medijs, & authorita
tib. ab Iser. Author. quodam, §. secun-
do, Gloss. quarta, numero 51. & alijs
comprobantur, quæ repetere non ex-
pedit, quia esset sæpius loqui, viden-
dus tamen est omnino Iacob. de Ar-
dizo. cap. 63. incip. vtrum, vassallus ali
cuius Vniuersitatis, vel Collegij, &c.
vbi è conuerso format quæstionem
37 quando vniuersitas habet feudum, vel
Collegium, quod ex delicto vnius ex
Ciuibus, vel Collegij non amittatur.
Redeamus igitur nunc ad explanatio
nem verborum Iser. supra numero
2. versic. Item si vassallus, & cum eius
theorica.

Qværstio Tertia.

38 QVÆRO TERTIO, vtrum
feudatarius possit feudum vni
ex eius filijs ad libitum legare tam
in feudo, in quo ius Francorum vi-
get, si excluso primogenito possit
pater secundogenitis feudum lega-
re, quam etiam in feudo Longobar-
do in quo omnes succedunt, vt in tex.
an cæteris filijs, vel agnatis, in pari
gradu existentibus possit feudum vel
tantum in quolibet vltimæ volunta-
tis genere assignare? Articulus iste
priscis temporibus vsque ad ætatem
Andreæ Tiraquelli magnam habuit
Doctorum varietatem, ipse congerit
omnes pro vtraque opinione affirma-
tiua, & negatiua, & illos quoque qui
cum distinctione articulum explana-
uerunt in primo tractatu §. vndecimo
Gloss. sexta, numero 23. & sequent.
Idem de iure primogen. quæstion. 77.
late Io. Antonius Rubeus Alexand.
consil. 133. post alios Io. Andr. in capi.
licet de voto colum. secunda. Vbi cæ-
teri Canonistæ apud nostros tamen
Regni feudistas aliqualem quoque ha
buit articulus iste difficultatem, Loffr.
consilio primo numero 144. & sequ.
qui ceteros Iser. locos hac de re loquen
tes congerit, Camer. in l. Imperialem
fol. 23. colum. tertia versic. amplia se-
cundo Capyc. vsque ad folium 26. ar-
ticulum ad partes disputat; Respon-
dendo nouem argumentis contra eius
conclusionem antea formatis, post Ca
pyc. & alios, vt per eum. Paris de Pu-
teo de reintegrat. feud. cap. 293. incip.
filio an pater præiudicare poterit, ali-
quid boni dicunt nouissimi in. confu-
sa repetitione tituli, de his qui feud.
dare poss. fol. 150. quibus omnibus ad-
do Author. quendam in §. octauo. glo.
tertia, numero 24. Petr. consil. 12. Io.
Petr. Surd. latissime consil. 108. nume
ro 17. & 18. libro primo, Io. Cephal.
consil. 174. numero octauo, qui cæte-
ros congerunt, quidem pro Doctorum,
& argumentorum copia recitatis:
pro veritatis tamen faciliori cognitio-
ne, ex mente Loffr. Camer. post Iser.
hic & alibi, ac cæterorum feudista-
rum, Vos Domini quattuor feudorum
genera permittatis.
39 Primum est feudum ex pacto, &
prouidentia antiquum. Alterum est
feudum ex pacto, & prouidentia no-
uum. Tertium erit feudorum ge-
nus, in quo ius francorum viget, &
primogenitus, ac sexus masculinus
prærogatiuam habent cum qualitate
tamen hæreditaria, quia in concessio-
nibus apposita est solita clausula pro
te, & hæredibus ex corpore descen-
dentibus sexus, & ætatis prærogatiua
seruata, prout frequentius vtimur in
Regno. Quartum, & vltimum erit
feudorum genus diuisibile, siue Lon-
gobardum, in quo ius commune feu-
dorum, & text. iste prærogatiuam ha-
bet, vt omnes filij in eo succedant.
40 His præmissis si quæstio supra for-
mata de primo feudorum genere erit
intelligenda, Vos dicatis feudatarium
nullo modo de feudo disponere posse
vt alio modo, quam filij, vel agnati ex
tenore inuestituræ, vel ab intestato
successuri essent ex nouo facto patris,
vel feudatarij feudum habeant, etiam
si Domini assensus interueniret, qui

non sufficit, sed agnatorum quoque assensus esset in hoc testamento necessarius. text. est clarus pro hac conclusione in capit. primo, supra de successione feudi, qui loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, & ibi Iser.
41 post princip. & Lipar. in vers. non valeat, & cæteros Doctor. ac Isern. locos congerit præcipuè claram Iser. doctrinam in constitut. Regni constitutionem diuæ memoriæ in principio, legat tunc feudatarius ius morte finiturum argumento l. vxor patrui C. de legat. & l. sticho de vsufruct. lega. & feudum tunc dat lex, & legis prouidentia non testator l. si arrogator de adoptio. de leg. secundo l. cum patronus capit. primo, an agnatus cum simil. & quod lex tribuit priuatus idest alius quam lex non aufert Authent. de nuptijs §. si autem in dote Gugliel. Pern. consil. 12. numero tertio, circa finem: ita intelligit text. illum, & bene Camer. fol. 24. columna secunda, per totam, & colum. tertia, in principio. Id etenim quod ibi disponitur vt nulla ordinatio feudatarij valeat, neque maneat, non est ex deficientia assensus Domini, vt Gloss. præsupponebat in
42 l. Imperialem, sed ex deficientia potestatis ipsius feudatarij, qui etiam cum assensu, futuris agnatis nocumentum afferre nequit, capit. primo, de alien. feud. patet. Et huic conclusioni se subscribunt Doctores omnes citati per Camer. fol. 23. columm. quarta, & fol. 24. in principio ante Camer. Loffr. consil. primo, numero 144. & sequent. probatur etiam in capit. Titius infra eod. titul. & capit. sed & res supra per quos fiat inuestit. capit. filius de capit. qui Curt. vendit. & capitul. primo, an agnatus, quæ iura statuunt patrem in
43 filij præiudicium in feudo antiquo nil disponere posse, clarius disponit text. in capit. primo, de alien. feud. pater. agnatos etiam cum assensu feudum alienare non posse in præiudicium aliorum agnatorum, inter quos filius connumeratur secundum Isern. ibi, & in capit. primo, an agnatus per l. filius de suis, & legitimis vt Camerar. quoque fol. 24. tertia colum. fatetur, & conclusio hæc de plano procedit Afflict. decision. 119. Patris de Put. de reintegr. feud. cap. 293. Oldrad. consil. 270. Alexand. consil. 51. libro quarto, Capyc. in inuestit. feud. Bald. in l. Imperialem colum. tertia, Dec. consil. 389. Aluarot. Præpos. & Afflict. in dict. capit. primo de alien. feud. Bald. in auth. si quas ruinas numero sexto C. de Sac. Sanc. Eccl. Alexand. consil. octauo, libro tertio Ruin. consil. 45. libro primo, num. 17. & consil. 90. in fine Soc. Iun. consil. 72. numero 33. libro primo, Afflic. hic numero tertio, Crauet. consil. 256. numero secundo, Alciat. respon. 481. numero 18. alios congerit Iacob. Menoch. consil. 158. numero 62. 78. & 79. Et hoc modo intelligenda est doctrina Gugliel. Pern. consilio septimo, & 12. Frecc. libro secundo, quæstione incipien. Superest, vt aliqui numero 12. qui dum loquuntur etiam in feudo nouo prædicta procedere male dicunt.

Limitatur conclusio, vt non procedat quando dispositio esset facta domino, & primogenito consentiente, quo casu primogenitus reuocare non posset, doctrina est Iacobi de Beluiso, in §. præterea sub titu. quibus mod. feu. amitt. quia loquitur in feudo ex pacto antiquo, alias primogeniti consensus non esset necessarius, sed domini tantum sufficeret, Addo Author quædam §. 8. Glos. 3. num. 25. in fine.

In cæteris vero tribus feudorum Ge-
44 neribus erit quoque conclusio negatiua, vt feudatarius in qualibet vltima voluntate non valeat de feudo inter filios disponere, vt succedant alio modo quam ab intestato ex hoc nouo facto patris essent successuri, nisi assensus domini interueniat.

Vnico medio Camer. conclusionē istam probat, fol. 24. column. 2. & antē eum Loffred. consilio primo, numero 147. quem allegare noluit, quia nos habemus iura clara disponentia, ut feudatarius in qualibet vltima voluntate non valeat de feudo disponere l. Imperialem de prohib. alien. per Feder. l. Imperialis de prohib. alien. per Lothar. cap. primo, si vassal. contra Const. Lothar. quæ disponunt feudatarium nō habere liberam dispositionem feudi

etiam

etiam ſi velit pro anima iudicare, nec
ſimpliciter dicunt, vt Camer. hæc iura
citat, ut non habeat liberam diſpoſitio
45 nem feudi etiam per viam teſtamenti
ſed vt non poſſit feudum pro anima iu
dicare, cui concordat text. in §. donare
ſupra qualiter olim poterat feudum
alienare, & ego addo text. clarum in
l. Regni hac edictali in tertio lib. Con
ſtitutionum vbi claris verbis ſtatuit
Federicus, ut in vltimis voluntatibus
feudatarius diſponere non valeat, Et
pro hac concluſione ſunt vitæ deci-
dendi rationes, quibus text. in l. Impe-
rialem cum ſimilibus fundatæ ſunt,
de hac ergo concluſione aſſumpta du-
bitare non oportet; ſed iura non di-
ſtinguunt inter filios, neque extra-
neos, ſed generaliter loquuntur. Ergo
nec nos diſtinguere debemus l. de pre
tio, de publiciana.

Authoritates Iſern. claræ ſunt in l.
Regni Conſtitutionem diuæ memo-
riæ in princip. vbi firmat. Primo quod
in feudo paterno antiquo ex pacto
non valet diſpoſitio feudatarij abſque
agnatorum conſenſu, etiam ſi Domi-
ni aſſenſus interueniret ſubdit hęc uer
ba. Si nouum feudum eſſet (nolente
46 Principe) poſſet alienare in alios, ne
dum inter filios, ut in d. c. 1. diximus,
& tunc non deberetur extimatio, ſed
res dimiſſa, & relicta per patrem in c.
primo, de natura ſucceſſ. feu. nume. 8.
propè finem uerſicu. quid ergo, dicit
hæc uerba, quid ergo ſi pater quæſiuit
feudum, & habet duos filios, dat uni
illud feudum ſcilicet cum conſenſu
domini, quia poteſt alienare, quod ip-
ſe quæſiuit, ut diſcuſſum eſt ſupra. de
alien. feudi pater. ſine conſenſu domi-
ni non poſſet, quia non ualet ordina-
tio in feudis, ſupra de ſucceſſio. feu. in
princ. Vni ex filiis non poſſet aſſigna-
re in præiudicium, alterius agnati,
quod dic ut in ſumma, &c.

Idem Iſern. latè in capit. primò, de
alien. feud. pater. & quę ſit prima cau.
benef. amitt. numero 16. uerſicu. nec
teſtamentum factum, & alibi, Camer.
fol. 24. colum. 3. uerſic. obſerua quæſo,
qui hæc uerba notanda dixit, Dico u-
num, quod eſt plus, ut etiam quando
pater poteſt nocere filio ex qualitate
rei, puta in feudo hæreditario, & in
feudo ex prouidentia nouo, ſi caret aſ-
ſenſu nihil ualet quod factum eſt per
patrem in feudis iſtis, ut in cap. primo,
an agnatus diximus, ante eum Loffr.
conſilio numero 144. & ſequent. præ-
ſertim 147. dicit, quod feudatarius nō
poteſt feudum dare uni ex filijs, quan
do eſt Lombardum in præiudicium
aliorum, nec primogeniti quando eſt
Francum, & è contrario cum aſſenſu
in utroque caſu poteſt, ſi in conceſſio-
ne feudi uerbum hæredibus eſſet ap-
poſitum, & numero 152. alia ad id pro
bandum utitur ratione Ioan. Cephal.
conſilio 174. numero 8. Et ridiculum
eſt dicere, quod pater non poſſit filio
nocere alienando, poſſit tamen noce-
re diuidendo, & ſtante actu nullo fru
ſtra de his qualitatibus hæreditarijs
uel non hęreditariis diſputaretur ſine
domini permiſſione, in feudis etenim
patris, & filij uoluntas non ſufficit, ſed
tertij requiritur ſcilicet Domini, in d.
l. Imperialem cum ſimil. diſponitur,
& nulla eſt alia differentia inter feu-
47 dum Franchum, & Lombardum Lof
fredo teſte, numero 150. niſi quod u-
48 num eſt indiuiduum, alterum diui-
duum, quia ſicut in feudo franco pri-
mogenitus non poteſt integro feudo
priuari, ita ſecundogeniti eorum por-
tionibus excludi nequeunt, quando
omnes ſunt ſucceſſuri, ut in text. iſto,
Dominus Ioannes Vincentius de An
na in repetitione, Rubricæ de uaſſal.
decrep. ætat. numero 181. & ſequent.
in omnibus prædictis ſe ſubſcripſit,
alios fusè coacervat Ioan. Petrus Sur-
dus, conſilio 108. numero 17. & 18.

49 Quoad feudum ex pacto, & proui-
dentia nouum, alia vrget ratio a Lof-
fre. ponderata, numero 152. pro con-
cluſionis prædictæ confirmatione,
quia filius iure nondum delato, quod
patris beneficio conſequi ſperat, non
debet contra patrem uti l. ex qua per-
ſona de regulis iuris. l. ſi poſt mortem,
§. fin. de contra tab. vbi Barto. l. qui Ro
mæ, §. Flauius de verborum obligat.
vbi Doctores late l. quæſitum de ſer-
uis expor. & forma iuris Francorum
indiuidui, quamuis vltra fauorem pri-
mogeniti, concernat fauorem domini

concedentis, ne feudum diuidatur dicta l. Imperialem, argumen. l. cum pater, §. dulcissimis de legat. secundo, & ne ad plures deferatur l. ius publicum de pactis Ioan. Andr. & Doctor. in dicto cap. licet de voto, quando domini assensus interuenit, ille potest iuri suo renunciare, & supplicante eo, cui concesserat, & nunc consentit, potest in feudo nouo mutare naturam feudi, & hoc modo feudum nouum filio inuito cum domini consensu alienare in alium, alios congerit, & sequitur Iacob. Menoch. consilio 158. numero 69. & 70. & Bal. in §. hoc quoque in tit. de successio. feu. hoc sentire uoluit, dicendo, quod feudum nouum non habet agnatos quasi dicat, quod non est qui alienationi contradicere, & legato possit, & sic quia feudum nouum non habet agnatos de eo ad libitum feudatarius disponit, nec est aliquis,
50 qui contradicat doctissimus Gugliel. Pern. consilio 12. numero quarto, & consilio 13. numero sexto, versicu. saluo tamen, & consilio 18. numero tertio, vbi ita alias decisum refert. Quę omnia limitanda essent, quando ex coniecturis detegi posset filij contemplatione, vel propter eius merita factam fore concessionem, eo casu prædicta non procederent.

Principali conclusioni subscripsit quoque se Marinus in tertio libro de subfeudis in tertia formula, nume. 11. & 12. vbi testatur Sacrum Concilium alias iudicasse pro ualiditate testamenti in quo Rex præstiterat assensum: ex notatis per Bal. in capit. decedente supra de his, qui feud. dare poss. quamuis confuse Marinus, & male intelligat
51 text. in dicto cap. primo, supra de successio. feu. loqui in quolibet feudorum genere, & uersic. Octauo posset limitari, plures affert Doctor. qui loquuntur de feudo nouo ex pacto, de quo feudatarius in aliquem ex filijs disponere potest secundum Castren. consilio 179. in causa quam habet, columna secunda, primo uolumine, per tex. in l. secunda, post princip. C. de secundis nuptijs. Bal. in authen. si quas ruinas, C. de sacrosan. eccles. columna 4. Ias. late in l. secunda, C. de iure emph.

Corneus consilio 199. libro secundo, Ruin. consilio 48. libro primo, & alij. quos Tiraquel. congerit loco supra citato de retractu. §. 11. Glos. sexta, numero 23.

52 Auctor quidam, §. 8. gloss. 3. numero 24. ea præcipua ratione huic conclusioni se subscripsit, ut non ualeat dispositio, nec respectu possessionis nec proprietatis, neque obligationis personalis, nel realis, nel alio quouis modo, quia talis dispositio sortiri non potest effectum, nisi post mortem quo tempore statim sequuta morte ius dominij, & primogenituræ transfertur, quoad possessionem, & proprietatem in primogenitum: ergo eo tempore dispositio hæc in successoris præiudicium effectum sortiri non potest, allegat Glos. & Afflict. in l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ. Additio ad Iser. in cap. primo, de successio. feu. supra in uerbo non ualet plures quoque congerit, Et in feudo nouo ex pacto, & prouidentia mixto cum qualitate hæreditaria, quod feudatarius possit feudum excluso primogenito, secundogenito legare (cum assensu tamen
53 domini addatis uos) edidit Sinodale Concilium. Iacob. Menoch. 158. numero 64. & sequen. qui utitur authoritate Osaschi decisio. 161. numero sexto, Auctor. cuiusdam, ad Alexan. consilio 8. libro tertio, ubi similes authoritates coaceruantur, Crauettæ consilio 256. numero tertio, in fi. Iul. Clar. & aliorum.

54 Ratio item est, quia successor duas debet habere qualitates sanguinis, seu filiationis, & hæreditatis, & ut hæres non potest defuncti factum impugnare l. cum a matre, C. de rei uend. l. quæ a patre geruntur de constitut. milit. Ergo D. Marcus Antonius Natta, consilio 475. numero quinto, & sequen. motus authoritate Baldi in l. prima, C. per quas personas nobis acquiritur in fine. Arenn. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui de legat. primo, alios congerit Iacob. Menoch. consilio 158. numero 69. & 70. cui recurratis.

Et hæc est uera opinio quicquid Pern. dixerit consilio 7. & consilio 12. quem Marinus sequitur libro secundo,

do, quæstione incipien. superest ut aliqua in materia assensus, num. 12. quorum dicta in feudo ex pacto antiquo tantum procedunt, & non in nouo.

55 Superest ut Isern. uerbis loco hoc prolatis satisfaciam, dum dixit, quod uassallus assignat feudum uni de suis hæredibus, & potest sicut assignat libertos, nisi lex, & pactio dati feudi aliud dicat: ubi uiuitur iure Francorum, non potest pater secundogenito feudum dare nisi esset ingratus, hæc Iser. multifariam uarijsque modis respondet Loffre. consilio primo, numero 144. & sequen. & post eum Camer. & alij quorum illa uerior est solutio, quod Isern. in primo capite loquatur cum assensu, ut possit pater feudum uni ex filijs assignare, sicut assignat libertos, nisi lex, & pactio dati feudi aliud dicat, nunc Isern. loquitur de feudo ex pacto antiquo non hæreditario quando primogenitus iure Francorum succedit, & in inuestitura deest verbum hæredibus, & sic absque qualitate hæreditaria, eo casu non potest pater etiam cum assensu feudum dare secundogenito, nisi primogenitus esset ingratus, quia in hoc feudo etiam agnatorum, nedum Domini consensus requiritur, & hic est germanus (ni fallor) Isern. sensus, qui ex cæteris Iser. locis supra congestis recolligitur, præsertim ex cap. primo, numero octauo versic. quid ergo de nat. success. feud. videatis quoque Liparul. hic ad Isern. post Pern. consil. 12. numero quarto, & consil. sequent. num. sexto, qui dicit, quod magna Curia illius Regni noluit hanc Isern. contrarietatem determinare propter magnam eius auctoritatem, itaque & non aliter intelligenda est Gloss. in l. Regni hac edictali.

56 Ampliatur bifariam conclusio, vt non valeat dispositio feudatarij absque assensu etiamsi per viam pœnæ, aut alterius conditionis vtsi grauauerit feudatarium diuidere, alias daret Ecclesiæ, vel pauperibus centum: tale grauamen nullius est momenti l. seius Augerius, & ibi Bartol. Angel. Imol. & alij ff. ad legem falcid. Bal. & alij in l. prima C. de his, quæ pœnæ no-

mine Author quidam §. 8. Gloss. tertia numero 25.

57 Ampliatur secundo per Author. eundem loco citato etiamsi per viam donationis causa mortis id fieret, quæ patitur omnes prohibitiones, & falcidias, quas patitur legatum, & eidem in omnibus adæquatur. Scribentes in l. secunda de leg. primo l. fin. C. de donat. causa mortis.

Limitatur sic ampliata conclusio, vt non procedat quando primogenitus esset ingratus vt hic, & alibi in locis supra coaceruatis canit Isern. post Iacob. de Ardizo. in summa titulo de filio exhæredato, an succedat in feudo, eo enim casu ex capite ingratitudinis ex causis enumeratis in §. aliud, quoque Capitulum Auth. vt cum de appell. cognos. & toto titul. C. de reuocan. donat. & l. fin. & ex omnibus causis ex quibus perfectæ donationes possunt reuocari, ex eisdem primogeniti

58 possunt exhæredari, & secundogeniti institui Iset. teste quem cæteri omnes sequuntur varijs in locis, quos cumulat Ioan. Cephal. consil. 174. numero octauo.

59 Limitatur secundo, vt non procedat, quando primogenitus consentiret, & se ipsum de medio tolleret, tunc in vim refutationis vt supra cum Camer. diximus in primo notab. vtramque limitationem approbat Author. quidam §. octauo Gloss. tertia numero 25. in fine Tiraquell. de iure primogenit. quæstione 24. & 25. Iacob. Menoch. consil. 158. num. 64.

QVÆSTIO QVARTA.

60 QVÆRO QVARTO an Regni Prorex possit huic testamento, & vltimæ uoluntati feudatarij, (qui feudum alio modo, quam ius defert secundogenitis legat) assensum præstare: vel domini nostri Regis immediatè requiratur assensus? difficultas hæc oritur præsertim ex verbis Loffredi consil. primo, numero 152. qui dicit hæc verba, nos loquimur quando interuenit consensus domini, ille vero potest iuri suo renunciare, & supplicante eo, cui concesserat, & nunc

nunc consentir, cum simus in feudo nouo, potest mutare naturam feudi, proptereaque potest hoc modo vassallus huiusmodi feudum nouum inuito filio cum domini consensu alienare in alium, quia hoc respicit priuatam Domini consentientis vtilitatem, qui potest ei renunciare l. si quis in conscribendo C. de pactis, Concludit ergo
61 Loffr. quod dominus consentiendo vt feudum habeant filij non immediatè ab intestato successuri, dicitur mutare naturam feudi, quia alterat succes-
62 sionem, sed Pragmatica tertia sub tit. de feudis in quarto capite denegat authoritatem Regni proregibus assentiendi, vbi natura feudi mutatur successorem extra terminos constitutionum Regni instituendo: ergo Proreges carent huiusmodi assentiendi authoritate. Minor probatur, quia constitutiones Regni, vt de successionibus, & in aliquibus statuunt, vt in feudis, in quibus iure francorum viuitur primogeniti soli succedant, militiam, & paragium secundogenitis duntaxat statuentes, vt in l. Regni, Comitibus, sed instituendo secundogenitos in feudis, vel instituendo solum primogenitum in feudis, in quibus viget ius commune feudorum, vt in text. isto cum assensu mutatur natura feudi, & instituitur successor non vocatus a constitutionibus Regni immediatè, & sic institutio fit, in personam successoris extra terminos Constitutionum Regni. ergo est vere casus Pragmaticæ, & Proregibus assentiendi potestas est denegata, & hoc puto verum, etsi articulum hunc vsque ab alio tactum non reperiam.

Cæterum si opponendo aliquis diceret, quod verba pragmaticæ intelliguntur, quando instituitur persona omnino non comprehensa in ll. Regni extra tertium gradum, vel hodie extra quartum gradum in descendentibus ex linea masculina, qui succedunt per Pragmaticam 12. sub eodem tit. de feudis, & non quando instituuntur personæ comprehensæ in inuestitura.

63 Quamuis non sint proxime, & immediatè successuri, quo casu non dicitur mutata natura feudi, Vos dicatis naturam feudi esse illam, quæ per inuestituras, & primas concessiones datur, ex quibus feuda oriuntur, & vitæ spiritum consequuntur argumento eorum, quæ dicit Gloss. in constit. Regni puritatem Iser. & Marin. in diuersis locis, sed in inuestituris solitus Cancellariæ Regni, ac Regularis sti-
64 lus, & forma est pro te, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus sexus, & ætatis prærogatiua seruata id, quod statuitur quoque in l. Regni vt de successionibus, ergo eo ipso, quod postmodum ætatis prærogatiua in feudi successione non seruatur, feudi natura data ab homine inuestiente, & a legibus Regni censetur mutata, & consequenter in hoc Serenissimi, & potentissimi domini nostri Regis in capite requiritur assensus, & illius Viceregis, & Locumtenentis non sufficit ex defectu potestatis abdicatæ per dictam Pragmaticam nonem capitum vulgo nuncupatam.

Confirmatur authoritate Gugliel. de Perno feudistæ magni consilio 18. numero quarto, qui post Isern. dicit, quod feudum datum feudatario iure francorum non intelligitur datum si-
65 bi, & descendentibus suis, sed illi, & primogenitis, & ideo quantum ad hoc alij præter primogenitos sunt exclusi, nec continentur successione, quoniam lex illis solis prouidet, quos nominatim enumerat, vt quando dicit primo genitis tunc agnati alij excluduntur l. liberorum §. primo de verbor. signifi. Iser. §. hoc quoque tit. de success. feud. versic. Item constit. ibi nam feudum non est datum, &c.

QVÆSTIO QVINTA.

66 ERGO dum secundogenitis in successione non compræhensis feudum legatur, illius natura censetur alterata. Offert se nunc vulgata illa, & vario modo decisa difficultas, an feudo legato secundogenitis, vel alijs remotioribus agnatis, siue exteris, absque assensu debeatur extimatio?

Hic articulus me patrono pro Illustrissimo Principe Asculi contra Don

Mar-

Martinum Leyua annis preteritis fuit acerrime discussus iunctis omnibus huius Regni Tribunalibus Sacri Regij Concilij Regiæ Cameræ Sumar. & Collateralis Concilij coram Excel-
67 lentissimo Comite Oliuares meritissimo Regni Prorege dumptis suspectis, & absentibus votauerunt Decemhecocto Iudices, & transmissis votis ad Catholicam Maiestatem eiusque supremum Italicum Concilium ibidem
68 Excellentissimus Mirandæ Comes Italici Concilij Preses publicauit votorum paritatem, iterumque causam Neapoli terminandam cum Adiunctis remisit. Libet Allegationes in illa causa a me scriptas inserere, quas antea impressas quoque priuatim, in Hispaniam transmiseram, ad Excellentissimam Asculi Principissam D. Eufrasiam Guzman meam Clientem, quæ dum causæ difficultatem in supremo illo consilio proposuisset ad finem obtinendi Tribunalium vnionem, & votorum transmissionem meas Allegationes præsentauit etiam coram Re-
69 gente Fuluio de Constantio nobilissimo, ac integerrimo per prius Consiliario, & eiusdem causæ Commissario, & cognita articuli difficultate Catholica Maiestas mandauit Tribunalia vniri cum votorum transmissione. Pendet hodie decisio facienda ab adiunctis assignandis. Nos tamen semper pro vera opinione pugnamus. Mei Collegæ fuerunt Domini Camillus de Medicis, Fabius de Anna, Antonius Catalanus, & Ioannes Dominicus Imparatus postea meritissimi Consiliarij. Commissarius fuit Don Ioannes Sances Nobilissimus, & integerrimus Consiliarius.

SVMMARIVM Allegationum.

1 *Doctores tenentes legato feudo deberi extimationem.*

2 *Causa hæc in septem reassumitur principales articulos, siue quæstiones.*

Qvæstio Prima.

3 *Decisiones tribunalium extimationem non deberi instituto extraneo in feudalibus.*

4 *Rationes eadem militant in legato feudi quæ in hæredis institutione.*

5 *Doctorum opinio tenentium nõ deberi extimationem semper communis fuit.*

6 *Isern. opinio in hoc articulo.*

7 *Iura quæ probant non deberi extimationem.*

8 *Rationes pro hac opinione.*

9 *Responsio ad argumenta Camerarij.*

10 *Potestas, & voluntas in quolibet actu concurrere debet.*

11 *Feudum quomodo dicitur esse in commercio, & numero 13.*

12 *Responsio ad iura contraria.*

14 *Hæres tenetur seruare factum defuncti validum, & ita intelligitur text. in l. cum a matre.*

15 *Hæres non tenetur seruare factum nullum testatoris de feudo sine assensu disponentis.*

Qvæstio Secvnda.

16 *Extimatio non debetur in impossibilibus.*

17 *Assensus super legato feudi reputatur impossibilis.*

18 *Assensus qui faciliter concedi non solet reputatur impossibilis.*

19 *Assensus in hoc legato impetrari non potuisset ex pluribus.*

20 *Primo quia fuisset inducta feudi diuisio.*

21 *Clausula vt non inducatur feudi diuisio est de stilo Cancellariæ.*

22 *Secundo feudatarius simplex in regno nõ solet habere iurisdictionem supra feudatarium titulatum.*

23 *Legatum est nullum quando continet conditionem quæ adimpleri non potest nisi per dispensationem Principis.*

Qvæstio Tertia.

24 *Assensus quando ad minus non reseruatur, dominus contemnitur omnino.*

25 *Assensus nec etiam fuit reseruatus in hoc legato*

26 *Legatum hoc est iurisdictionis secundarum causarum non extimationis ipsarum.*

Qvæstio IV.

27 *Legatum purum vtrum tacite sit remissum per generalem diuisionem factam in*

ter

ter fratres & nu.30.& 34.& 39.

28 *Quid si partes promiserunt nil contrafacere.*

29 *Clausula generalis ad specificata restringitur.*

31 *Scientia testamenti diuisionis & transactionis tempore.*

32 *Scientia contentorum in testamento præsumitur ex satisfactione legatorum in eo contentorum.*

35 *Intellectus l.qui Romæ.§.duo fratres de verbor.oblig.*

36 *Transactio generalis,& quietatio præiudicat etiam in non expressis.*

37 *Remissio omnium iurium ex quibuscunque causis cognitis, vel incognitis quid operatur.*

38 *Quid Aquiliana quietatio.*

40 *Ratio quare legatum non partum per generalem diuisionem non remittitur.*

QVÆSTIO V.

41 *Requisita l. procula in facto concurrunt, & text.ille exornatur.*

QVÆSTIO VI.

42 *Actio petendi legatum quanto tempore præscribitur.*

43 *Seruitus quanto tempore præscribitur.*

44 *Præscriptio tricennialis etiam contra adultum currit.*

45 *Restitutio aduersus tricennalem an detur ex capite ignorantiæ.*

46 *Quid si detur scientia legati.*

QVÆSTIO VII.

47 *Filius repudians hæreditatem regulariter potest petere legatum.*

48 *Fallit quando pater inter filios bona diuidit quæ diuisio est loco institutionis,& fallit secundo nu.51.*

49 *Assignationes paternæ subrogantur loco hæreditariæ portionis.*

50 *Filius vnus vniuersaliter institutus, & alter in re certa, vterque dicitur hæres.*

DIRIGAS DOMINE

verba mea in viam veritatis,& iustitiæ.

PETIIT Don Martinus de Leyua in Sacro Concilio condemnari Principem Asculi successorem, & hæredem quondam Principis Don Aloysij eius Aui per intermediam personam Principis D.Antonij ad extimationem secundarum causarum Principatus Asculi legatarum in beneficium D.Martini secundogeniti cum interesse, vigore testamenti celebrati in anno 1557. pretendendo concessionem deinde sequutam in anno 1559. post mortem testatoris dictarum secundarum causarum fuisse contemplatione precum, & seruitiorum eiusdem Principis Du Aloysij testatoris, qui sequendo Catholicum exercitum in acie mortuus est, & consequenter eidem Principi Aloysio.l.dedit dotem de collatio: bonorum.l.sed si plures.§.in arrogato,de vulg.& pupil.vbi Ciuilistæ Iter.& feudistæ in capitu.primo,de alien.feu.pater. Ergo testator vti de re propria concessa ipsius contemplatione disponere potuit, §.non solum. Institut. de legat. Quia tamen legatum hoc Regii caret assensu,& proinde quoad corpus corruit.capit.primo, de successio. feud. Ideo ex multorum Doctorum opinione quo ad extimationem substinetur originalis fuit doctrina Ioan.Fabri in §.Non solum Institut. de leg.& aliquorum antiquorum, quos coaceruat Camer. in l.Imperialem folio 28. columna tertia, qui pro hac opinione acriter pugnauit, & ante eum Frec.libro 3. 12. differentia inter feudum ex pacto,& hæreditarium, Minadous testatur ita iudicatum in constitutio. In aliquibus in principio, numero 33. plures concertando sequitur Illustris. Cardin. Mantica in tract.de coniecturis vltimarum voluntatum libro nono, titu.11. Berous consilio 65. numero 45. Bursatus consilio quarto, numero 17. libro primo, Lanarius consil.po

sita

ftea, impreſſo 80. & nouiſſimè conſuluit D. Regens de Ponte conſil. 88. qui voce in lectionibus ſe correxit, & approbauit cōtrariam ſententiam vti in iure veriorem, & hanc opinionem legato feudo deberi extimationem, Sacro Conſil. alias in cauſa Marchionis Lauelli cum eius fratre magna cum controuerſia recepit, vt Anna quoque teſtatur alleg. 129. & ſequen. vltra deciſionē editam in anno 1554. in cauſa illorum de Rom, quæ verè articulum hunc abſolutè non terminauit, ut idem Anna teſtatur allegatione 126.

2 Præmiſſis tamen & ſimilibus non obſtantibus Princeps ex ſubiectis iuris veris concluſionibus erit abſoluendus, & cauſa hæc in ſubſcriptas reaſſumitur, meo iudicio quæſtiones, quarum quælibet ſufficit pro victoria.

Prima erit diſceptatio antiquæ, & vulgatæ quæſtionis vtrum legato feudo debeatur extimatio, & nos probabimus contrariam opinionem, quod extimatio non debeatur nedum communem, vt omnes etiam aduerſarij fatentur. Sed veram eſſe, eamque duabus vicibus ſynodaliter iunctis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Camer. Summariæ in anno 1582. & 1584. in cauſis illorum de Venato, & Suriano fuiſſe receptam, & pro ea deciſum.

Secunda præſuppoſita dicta opinione pro vera, quod debeatur extimatio (citra tamen veri præiudicium) non procedit in legato conditionali continente in ſe feudi diuiſionem, & conditionem impoſſibilem, vt eſt legatum de quo agitur continens triplicem impoſſibilitatem vt infra fundabitur.

Tertia id multo minus procedit, quando in legato non reſeruatur ad minus Regis aſſenſus, ſed dominus omnino contemnitur, Quo caſu quia nullum eſt legatum, extimatio aliqua non debetur.

Quartus erit articulus (gradatim, conditionaliter, & ſucceſſiuè) expreſſè remiſſionis legati comprehenſæ in generali diuiſione omnium paternorum bonorum facta in anno 1560. & generali ac reciproca adinuicem quietatione, mediante inſtrumento in quo paternum teſtamentum, & aliqua legata in eo contenta enuntiantur præuio Regis aſſenſu.

Quinta erit dubitatio vtrum ad minus tacitè ſit facta remiſſio ex regula l. procula. ff. de probatio. cuius tria requiſita in facto quo agitur, concurrunt.

Sexta erit diſcutienda iuridica exceptio triennalis præſcriptionis non obſtante petita in integrum reſtitutione.

Vltimo diſcutietur regula in quibus caſibus hæres repudians hæreditatem poſſit petere legatum, poſtquam Don Martinus actor in eodem teſtamento particularis hæres fuit inſtitutus, paternamque repudiauit hæreditatem, & eius onera ſubſtinere noluit, nunc autē elapſo anno trigeſimo ſexto a die repudiationis emolumenta 1 ſeu legata conſequi prætendit.

QVÆSTIO PRIMA.

QVO ad primam quæſtionem adauget animum pugnandi pro communi, & vera opinione quod extimatio nō debeatur, poſtquam pro hac opinione iunctis tribunalib. Sacri Regij Conſilij, & Regię Camerę Summariæ in anno 1582. & 1584. in cauſis il-
3 lorum de Suriano, & Sororum de Venato fuerunt factæ deciſiones in hæredis tamen inſtitutione, quod extimatio non debeatur, cum interuentu Domini Don Lopes Cuſmani tunc Regni Viſitatoris, & in cauſa Sororum de Venato, Commiſſarius fuit Dominus Regens Fornarius, & eadem rationes quæ allegantur in feudo legato, quod debeatur extimatio, militant in hæredis inſtitutione illa ſcilicet ſecundaria teſtatoris voluntas in rei extimatione, nec maior ratio, vel diuerſa poteſt in legato conſiderari, quam in inſtitutione immo maior voluntas in ipſa inſtitutione ſiquidem eadem ſe-
4 cundaria voluntas quæ in legato conſideratur habet locum in inſtitutionē, eademque & maior validitas & potentia, vt probat poſt alios idem D. de Ponte conſilio 88. numero 13. ad 14.

qui

qui postquam firmaverat opinionem, quod legato feudo debeatur extimatio, idem procedere probat per prædicta in hæredis institutione per easdem rationes, & tamen iunctis Tribunalibus, contraria opinio fuit recepta in hæredis institutione quod extimatio non debeatur. Ergo postquam teste eodem D. de Ponte termini, & rationes sunt æquales, immò eadem, idem erit, & in legato quoque decidendum; quia vbi diuersitatis ratio reddi non potest, idem ius erit statuendum l. A Titio de verborum obligatio. l. prima, ff. de fonte Iser. quæ sunt regal. numero 71. & numero 68. in fine, & sic pro nobis has vltimas decisiones incurrenti articulo allegare possumus, & debemus, quòd extimatio non debeatur.

Quæ opinio antiquitus, & nostris
5 quoque temporibus semper communis fuit: originaliter eam expressè tenet Napodanus in Consu. In bonis in verbo concessa sub titulo in quibus rebus habet locum quarta, ante eum Oldrad. consilio 237. numero quarto, sequitur Ruin. consilio 45. numero nono, & numero 12. versicu. nec obstat libro primo, Purpurat. consil. 25. sub numero 10. Parisius consil. 7. fusè libro primo, Natta Soz. numero 33. Soc. iun. 72. librò primo, & fusius acriter pugnat consilio 74. numero 19. Angel. de Gabellionibus in tract. de testamentis glo. 21. numero octauo, tom. 8. tracta. folio 44. Bald. Aluaro, & Afflict. in cap. primo, §. donare qualiter olim poten. feu. alienari Iacobi in tract. feu. verbo, & cum pacto, numero sexto, Roman. singul. 750. & consilio 509. numero 13. Areti. in l. multum interest, numero quinto, de verborum obligatio. Capic. in l. Imperialem, Picus Roland. Clarus, & alij quos allegat, & sequitur Anna dicta allegat. 127. numero 11. & 126. numero primo, & allegat. 125. nume. 18. & alij quam plures quos refert Mantica in tracta. de coniecturis libro nono, titu. 11. qui & si contrariæ adhæreat sententiæ, nostram tamē testatur esse communem quòd extimatio non debeatur, sequitur Rodulphus Schraderi in tracta. de feudis. parte 7. cap. 8. numero nono, qui communem testatur. Pancirolus consilio primo, numero 12. Intriglioliis Centuria prima, quæstione 51. nu-
6 mero 120. & sequentibus, & hanc sententiam expressè tenet Iser. in l. Regni constitutionem diuæ memoriæ post principium ibi, sed cum sit inalienabile feudum, vt dictum est, videtur æquiparari rei sacræ, & Campo Martio. nec dicat D. de Ponte dicto consilio 88. numero nono, quod Iser. dubitatiue loquitur per verbum videtur, quia eius verba clara, commento, & interpretatione non indigent. Reassumit equidem Isern. conclusionem vti verissimam quòd feudum est inalienabile, & ex hac conclusione ita firmata oritur indubitata consequentia quod æquiparatur rei sacræ, & Campo Martio, quam consequentiam reassumpsit ex l. Apud Iulianum. §. Constat. de legat. primo, & omni caret difficultate præsupposito pro vero quòd feudum sit inalienabile, vt Isernia concludit. Ergo sicut expressè firmat quòd feudum est inalienabile, ita clarius decidit quod Campo Martio æquiparatur, vt in dicto §. constat probatur, glò. in constitu. vt de successionibus versicu. ex vtroque, sunt etiam verba clara Iser. in capit. primo, §. donare, versicu. item si in testamento, numero octauo, qualiter olim poter. feud. alien. quæ bene ponderat Anna. d. allegat. 177. numero 19.

Probatur conclusio in cap. primo, §. donare qualiter olim poter. feu. alie.
7 & in l. Imperialem post princip. ubi specificè prohibet, ne feudum pro anima iudicetur; & sine assensu Domini omne commertium est prohibitum, & consequenter, nec quo ad extimationem valet. l. Apud Iulianum. §. constat de legat. primo ubi omnes scribentes præcipuè Aretinus, & probatur in l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ, quam triplicirer ad hoc bene ponderat Anna quod annulat in totum actum per verba præcisa, & annullatiua ibi nullam omnino firmitatem, & si nos diceremus quo ad extimationē actum valere leges quæ vetant alienationes, & dispositiones circumscribe-
8 rentur, & ad nihilum seruirent & per

indire-

in directum fieret alienatio, quod fieri non potest l. scire oportet, de excusat. tuto. l. in fundo. ff. de rei vendicatio. & hoc argumento vtitur glos. in dicta l. Regni, vt de successionibus, & Isern. in cap. Imperialis, verb. commercium de prohibit. alien. per Lothar. His & alijs rationibus vtitur Anna qui optimè pro hac opinione pugnauit in dictis allegatio 125. cum duabus seqq. præcipuè 127. a princip. vsque ad nu. 25. cuius dicta non repeto, sed eidem breuitati studendo me remitto. Præterea in his quæ non sunt in commercio nostro, vt in re sacra, si res non debetur, nec etiam debetur extimatio dicta l. Apud Iulianum. §. constat, & §. non solum Instit. de lega. cap. filius de testamen. feuda non sunt in nostro cõmercio, vt in l. Imperialem, ergo non debetur extimatio. Insuper legato Cãpo Martio non debetur extimatio d. §. constat, sed Isern. & glos. in dicta l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ, & Napoda. in d. consuetudine æquiperant feudum Campo Martio, Ergo &c. & a veritate istius minoris dependet decisio quæstionis. Tandem 9
quæ sunt in vsu publico si legantur, nec quo ad extimationem debentur, dicto §. constat, feuda sunt huiusmodi quia publicè deseruiunt vtilitati dicta l. Imperialem, & l. prima, de prohib. alie. per Lothar. Ergo &c. & Oldrad. dicto consil. 237. dixit, quod ideo extimatio non debetur, quia feudum non est res deducibilis in legatum, & corroborari potest ex nullitate legati, & testamenti vt arguit Camer. fol. 26. colum. 3. & dispositio quæ fit lege prohibente, non valet, nec aliquid ex ea sequitur, l. non dubium. C. de legibus.

Et præter Doctores ad idem pondero text. in l. Inter stipulantem. §. sacrã, de verbor. obligat. in quo statuit Vlpianus quod pro validitate obligationis semper attendatur præsens status rei deductæ in obligationem, & si res non est deducibilis, stipulatio nulla est, etiam si post stipulationem res deducibilis efficiatur, & subdit: Ea etenim dumtaxat quæ natura sui possibilia sunt deducuntur in obligationem, nam de his rebus negocium rectè gerimus, quę subijci vsui dominioque nostro statim possunt. Sed feudum attento 10
statu testamenti legari non potest sine assensu dicta l. Imperialem cum similibus. Et quamuis possit habilitari eius natura per assensum, & fieri res deducibilis in legatum, quia assensus non adest, ergo semper attenditur primæuus status & natura rei deductæ in legatum, & consequenter legatum est nullum arguendo a contractu ad vltimas voluntates. Et pro hac opinione allegari possunt omnia iura, & argumenta quibus vtitur Isern. in dicta l. Imperialis verb. commercium de prohib. alien. per Lothar. ad probandum quod nulla stipulatione sibi consulere potest emptor feudi sine assensu, ut interesse vel extimatio sibi debeatur quod idem est.

Si ergo in contractibus cautela hæc iuridica inueniri non potest vt ex contractu de per se nullo debeatur, extimatio multominus fundari potest ex legato, postquam in dicta l. Imperialis æqualiter prohibentur contractationes, & legata.

Argumentis Camer. respondet Anna dicta allegat. 127. nu. 14. & ex eiusdem dictis clara quoque patet responsio. fundabat etenim Camer. fol. 27. per totum sua argumenta in validitate actus, qui secundum eum non est 11
omnino nullus, sed est in pendenti, donec Dominus assentiat testamento, quibus idem fol. 28. litera E. respõdet dicendo quod spes illa conualidationis iam extincta est morte, & consequenter testamentum est ipso iure nullum, ex doctrina eiusdem Camer. & Isern. in addi. colum. 7. & indubitanter ab omnibus recepta, & dum folio 28. litera F. ex hoc testamento ipso iure nullo reassumere prætendit secundariam intentionem validam respectu extimationis. Verè dicere possumus quod errauit magnus vir ille. Siquidem ex actu nullo nil validum de- 12
duci potest, & ex nihilo nihil fit dicũt peripatetici in primo physicorum, & ex eis nostri iureconsulti dicentes, quod non entis nullæ sunt qualitates, l. scio egresso, ff. de tuto. & curat. datis ab his & quilibet actus quia in potestate non

minus quam in voluntate fundatur
10 Isern. in dicto §. donare, num. 8. circa medium, qualiter olim poter. feud. alien. Canonistæ in capit. cum super Abbatia per illum text. de offic. delegati Ciuilistæ in l. nolle per illum text. ff. de acquiren. hæred. præsertim Bald. qui vnico verbo dixit omnia, quod vbi non assistit iuris potentia voluntas est inanis, & vacua, & ita summat tex. illum, & in clem. quia contingit. §. vt autem de relig. domibus. Dec. in l. pacta nouissima num. 5. C. de pactis Afflict. decis. 105. num. 7. & fuit originale dictum Boetij libro quarto, de consolatione philosophiæ; Bald. in l. testamentum. C. de iuris & facti ignoran. Doctores in l. potuit. C. de iure delib. Socin. iunior consilio 72. nume. 12. & ante eos Magnus Auerroes, libro nono Metaphysices, quæ potestas deficit in hoc casu, ergo nullo iure debetur extimatio, & minus militant ea quæ dicit de assensu qui præstari solet, vt ideo feudum dicatur esse in commercio. Postquam eidem repugnat doctrina glos. & Barto. & aliorum in l. dotale in fine, ff. de testamen. milita. & idem Barto. in l. cum lex de fideiussor. Bald. in l. 3. vlt. colum. C. de iure dotium. Quos refert & sequitur Franciscus Aretin. in l. multum interest,
11 numero quinto, de verborum obliga. qui dicunt, quod res dicitur non esse in commercio, etiam si non sit in commercio respectu vnius personæ licet respectu alterius sit in communi commercio vt videmus in fundo dotali, q non est in cõmercio si contrahitur cũ vxore, est tñ in commercio, si contrahitur cum marito, & tamen si fiat contractus cum vxore non debetur extimatio, quia non dicitur esse in commercio communiter secundum Doctor. prędictos. Ex quibus liquet quod vndique eneruata sunt argumenta, & dist. Camer.

12 Ad text. in l. fideicommissa. §. si seruo de leg. 3. & l. filiusfamilias. §. si quid alicui, de leg. primo cum alijs similibus bene respondet Anna, quod in illis adest impedimentum ratione personæ, cui fit legatum, quæ non est in statu habili possidendi res legatas, ideo debetur extimatio, & non loquuntur de impedimento ratione rei.

Iura quæ contra prædictam conclusionem magis vrgent, sunt. l. cætera in principio, & §. si duobus, iuncta. l. sequenti de lega. 1. vbi videtur, quod impedimentum sit ratione rei, quia marmora prohibita sunt legari, ne Ciuitas deformetur, & sic ratione publicæ vtilitatis. l. secunda, C. de ædificijs priuatis, & tamen in dict. §. si duobus legatum valet vt debeatur extimatio. vltra solutionem Annę dict. alleg. 127. numero 24. duæ meliores ad iura hæc responsiones reassumptæ ex doctrina Bart. Dini, & Francisci Aretini in leg. multum interest de verb. obligat. numero quinto. Altera est Bar. qui dicit quod marmora illa non semper sunt prohibita esse in commercio, quia deducuntur vna cum domo; Alia est solutio Aretini dicentis, quod ideo debetur extimatio, quia marmores de per se sunt deducibiles in commercium diruta domo. l. qui res. §. arcam de solutio. & sic non est impedimentum ratione rei, & non mirum si debetur extimatio, In feudis vero im-
13 pedimentum procedit ratione rei, & notoriè errauit d. Mantica in loco citato, qui dicebat, quod impedimentum in feudis non procedit ex natura ipsius feudi, sed ex pacto & prouidentia Domini concedentis, & ex tenore inuestituræ, sed confundit terminos feudi ex pacto non hæreditarij, & feudi ex pacto hæreditarij, in feudo ex pacto simpliciter non hæreditario quis dubitat, quod vocatus vigore primæ inuestituræ non tenetur seruare factum defuncti, nec ad extimationem Doctor. in capit. an agnatus. Sed q. a nostris regnicolis, & feudorum peritis procedit in feudo ex pacto hæreditario, & parcendum est si terminos ignorauit: quia doctrinæ nostrorum Regni feudistarum operã non dedit, aliam assignat responsionem Author, quidam in tracta. de Vsuris quæstione 15. numero 184. fol. 92. quem allegauit doctissimus Regens in omni disciplina Marthos de Gorostiola.

Dicet aliquis nonne Princeps conuentus, fuit hæres institutus a testato

te,

re, hæreditatemque adiuit, ergo saltim vti hæres ex hoc quasi contractu additionis, defuncti voluntatem seruare tenetur, & extimationem soluere rei legatæ ex regula. l. cum a matre.
14 C. de rei vendicatio. l. ea quæ a patre geruntur. C. de restitut. milit. cum simil. Sed facilis est responsio, quia hæres tenetur seruare factum defuncti in feudo hæreditario validum tamen, & ita Iser. dicit quod procedit text. in l. cum a matre in capit. primo, numero octauo qualiter olim poter. feu. alien. & paulo post subdit illa notabilia verba, sed quia de iure non subnixa est hæc voluntas, quod oportet, vt quod præcipitur legitimum sit, ad hoc vt hæres teneatur implere quod defunctus voluit. Aute. de hære. & falcidia. §. his igitur a nobis, hæc Iser. & text. ille quem allegat aureus est disponens hæredem teneri, obseruare præceptum defuncti, si tamen id quod præcipitur legitimum sit, aut si non aliud aliqua lex prohibeat. Idem Iser. in l. Imperialem numero 16. uersic. in contrarium uidetur ubi Lipar. in verb. obligauit plures ad hoc congerit, qui unico sermone nemine penitus dissentiente idem testantur Camer. fol. 89. litera G. & fol. 90. litera N. & fol. 89. colum. quarta, uersic. examinaueras. Rodulphus Schraderi parte septima capitu.
15 secundo, numero 48. Insuper patronus hæres liberti non tenetur seruare voluntatem defuncti contra legem disponentis Bart. in l. secunda, numero sexto. C. si quid in fraudem patron. & hæres in feudo non tenetur seruare factum nullum testatoris quando de feudo sine assensu disponit Andre. in capit. Imperialem in principio in additione Lofted. consil. primo, numero 16. & 167. Anna allega. 126. numero octauo, sed feuda legari. ll. prohibent dict. capit. primo, de success. feu. ergo hæres hoc factum inualidum, & a iure reprobatum ratum habere non cogitur.

Ex quibus undique liquet, quod tuta & vera est communis opinio, quod legato feudo non debetur extimatio.

Qvæstio Secvnda.

16 DATO tamen (& nunquam concesso) quod uerior esset contraria opinio Camer. & sequacium adhuc dico, quod noster Cliens ex doctrina eiusdem Camer. absolui debet, & sum in secunda quæstione supra formata, etenim idem Camer. fol. 26. colum. secunda, uersic. quarto, arguo dixit quod in impossibilibus non debetur extimatio dict. leg. Apud Iulianum. §. constat. Sed assensus Principis qui in feudi legato requiritur præsumitur impossibilis, ex quo dependet a
17 uoluntate unius, secundum Ias. in dicto §. constat in 4. & 5. notabil. post alios Barbatia in capit. quod ad translationem, de offic. delegat. colum. nona Parisius consil. septimo, numero 17. & 18. libro primo. Socin. iunior. consil. 74. numero 22. libro primo, ergo &c. & fol. 27. colum. prima, uersic. alio, & secundo modo, & colum. secunda, per
18 totam, dicit quod assensus Principis tunc impossibilis reputatur quando dependet a uoluntate Principis, & de facili concedi non solet, ponderat id Camer. dict. §. constat in fine ibi nisi iussu Principis non fit, & subdit deinde iureconsultus, cum distrahi non soleant, & dict. §. non solum, Instituta de legat. Reassumendo ergo doctrinam Camer. Argumentor sic, legato feudo in quo requiritur assensus Regis, & hic assensus non est de solitis concedi faciliter tunc a lege reputatur impossibilis, & non debetur extimatio. Sed assensus qui in hoc legato requirebatur non erat de solitis a Rege concedi, immo nullo modo impetrari potuisset, ergo reputatur impossibilis, & non debetur extimatio: maiorem probat Camer. ex dict. §. constat. & §. non solum. probo minorem, legantur secundæ causæ in beneficium secun-
19 dogeniti quæ duplici uia penes eum permanere non possunt, neque in hoc legato assensus impetrari potuisset. Primo quia fuisset diuidere feudum, quia additis, & incorporatis statui, & Principatui primis appellationibus mediante Regis concessione in qua

K 2 nouum

nouum feudum erigere, & formare noluit, sed feudo & statui ipsius destinatione iurisdictionem secundarum causarum addere uoluit, formando unicum corpus, & indiuiduum feudum, argumento l. quod in rerum. §. si quis post de lega. 1. Author quidam. tit. primo, §. primo, numero 45. capit. primo, §. econtrario de inuestitura de re aliena facta, & ibi Bald. & alij, sed legatis deinde secundogenito secun-
20 dis causis Rex legato huic assensum non præstitisset, quia iurisdictionis, & feudi fuisset inducta diuisio & stilus Cancellariæ, apponit clausulas ut non inducatur feudi diuisio, & hoc iure utimur ergo &c. Altera uia fuisset inducta feudi diuisio, & impossibilitas in impetratione assensus, quia præsupposito legato ualido Princeps habuisset primas causas, alter Baro secundas, & unus feudatarius habuisset iurisdi-
21 ctionem supra alterum, immo simplex feudatarius supra Principem, & utrumque in Regno reputatur insolitum, & impossibile ergo nullo iure debetur extimatio.

Insuper idem Camer. fol. 25. colu. quarta, litera s. t. postquam firmauerat ipse conclusionem, quod legato feudo debeatur extimatio, eam limitat ut non procedat in legato conditionali remittit se ad Ias. in dicto §. constat, qui colum. tertia, per totum, & melius numero 13. versic. tu ergo potes dicit,
22 quod legatum sub conditione quæ non potest adimpleri, nisi per dispensationem Principis, talis conditio censetur impossibilis, ex dict. §. constat, & reijcitur per regulam l. primæ ubi glo. & Doc. de condi. institutio. & sic annullatur legatum nisi sit conditio quę apponitur pro substantia actus secundum Iason. post Bald. & est communis opinio testatur. Paris. consilio 7. numero 17. & 18. Socin. iun. consilio 74. num. 22. libro primo, quæ a Camer. dicta litera T, subdistinguitur, vel hæc conditio quę venit pro substãtia actus est de illis quæ concedi solent, & valet legatum, vel concedi non solent regulariter & corruit, Sed legatum de quo
23 agitur continet in se conditionem quę adimpleri nõ poterat, nisi per meram dispensationem, & gratiam Regis, quę gratia non est de solitis concedi, Ergo legatum est nullum, & consequenter nulla debetur extimatio. minor liquet ex verbis legati, siquidem testator rogauerat Maiestatem Catholicam, vt donaret eidem secundas causas in statu: & casu quo talem mercedem, & donationem Rex adimpleret eo casu illas secundas causas legauit Don Martino secundogenito, & sic legauit sub illa conditione si a Rege fuerit facta gratia, & donatio, vt patet ibi, *en tal caso quiero ordeno y mando*. Sed has donationes, & gratias Rex regulariter facere non solet (nisi ex aliqua causa speciali, & ex magna causa ex certa scientia) ergo talis conditio censetur impossibilis, & a lege reijcitur, & vitiatur legatum dicta l. prima, de condi. institutio, & consequenter ex legato conditionali, & nullo secundum eundem Camer. extimatio aliqua non debetur. Vtitur & Ias. argumento Innoc. Cardina. & Abba. in capitu. super eo, de condit. appositis: dicentium quod matrimonium contractum in gradu prohibito sub conditione, si Papa dispensauerit, est nullum, quia contractum est super conditione impossibili, cum pendeat a potestate solius Papæ, adeo quod etiam si Papa dispẽsauerit, postea non ualet matrimonium nisi nouus consensus interueniat, ita legatum hoc est nullum si Rex mihi concedit secundas causas, illas lego secundogenito, quia est fundatum legatum super conditione impossibili postquam dependet a mera uoluntate, & gratia Regis insolita concedi, & sic legatum est nullum, & ex actu nullo nil ualidi ortũ habere põt.

Rursus conditio contenta in legatis adimpleri debet in forma specifica alias legatum non debetur, l. qui hæredi, & l. meuius de conditio. & demonstratio. & ibi Barto. sed conditio contenta in legato de quo agitur, nunquam fuit adimpleta, quia Rex non concessit dictas secundas causas ad supplicationem Principis Aloysij, sed eas concessit vna cum portulania per terram, & ponderibus & mensuris ad preces Principis D. Antonij filij in

anno

anno 1559. elapso biennio post mortem testatoris, ergo legatum continens in se hanc conditionem non adimpletam non debetur.

QVÆSTIO TERTIA.

Circa tertiam quæstionem supra formatam vtrum legatum hoc sit nullum ratione contemptus Domini Regis, quia nedum assensus impetratus non fuit, sed nec etiam reseruatus. In contractu indubitata est Doctorũ conclusio quod si assensus non reseruatur Dominus contemni videtur, & nedum contractus est nullus, sed punitur priuatione feudi, quando possessionem tradidit, vt com-
24 muniter Doctores præcipuè Capyc. in l. Imperialem Regnicolæ in l. Regni Constitutionem Diuæ memoriæ Felin. in cap. quę in ecclesiarum num. 84. & seqq. qui alios congerit, de constitutio. Freccia in 2. lib. in prima auctoritate nume. 23. & sequent. Anna allega. 125. num. 25. Grammat. decis. 48. post alios communiter quos consulto prætermitto, qui omnes disputant etiam de clausula, & non aliter nec alio modo. In legato de quo agitur nedum defuit hæc clausula, sed nec etiam fuit Regis reseruatus assensus, &
25 sic omnino Dominus contemptus videtur, & successiuè legatum est nullum, arguendo a contractibus ad vltimas voluntates, & ex actu nullo quorsum fundari possit extimationis petitio, non video.
26 Videns aduersarius prædicta omnia vera esse, & iuridicum non habere responsum, dicit, se extra has disputationes, & terminos versari, postquam prætendit sibi fuisse legatam extimationem, & vtilitatem secũdarum causarum, non autem dominium, & iurisdictionem ipsarum: ponderando illa verba (*que se a para en vtil y prouecho de D. Martyn.*) ex quibus colligere prætendit testatorem non iurisdictionem seu feudum, sed extimationem, & vtilitatem legare voluisse.

Verba integri legati sunt hæc.

Item supplico a su Magestad sia serui da hazer la merced que el otro dia la supplique de las secundas causas de mi estado nel Reyno de Napoles, laqual en tal caso quiero ordino y mando que se a par a en vtil, y prouecho de D. Martin de leyua mi hijo secundo genito, para disponer della a su voluntad come de bienes, y cosa sua propria.

Verba hæc adeò clara commento, & interpretatione non indigent. l. ille aut ille. §. cum in verbis de leg. 3. siquidem verba illa *para disponer della a su voluntad*, nil aliud significant nisi ex eis datur potestas Don Martino disponendi iurisdictionis secundarum causarum ad eius arbitrium, & voluntatem, & quando libera est facultas disponendi rei legatę clarè liquet, quod illius dominium in legatariũ est translatum, prout ipso iure transfertur. l. à Titio de furt. & non contentus testator subdit illa verba *Como de bienes, y cosa sua propria:* quæ verba luce clarius probant dominium vtile, & proprietatem huius iurisdictionis legatũ fuisse, postquam datur facultas D. Martino disponendi de re legata sicut de re propria legatarij, sed propriè res legatarij sunt in dominio ipsius vulgatis iuribus, ergo proprietas, & dominium iurisdictionis secundarum causarum legatum fuit, non illarum extimatio vt pars figurat notoriè recedendo à verbis & sensu legati. l. non aliter de leg. 3.

QVÆSTIO QVARTA.

Ingredior nunc quartum propositum iuris articulum, in quo per generalem diuisionem bonorum omnium paternorum factam inter omnes fratres in anno 1560. & sic post le-
27 gatum, & per generalissimam etiam reciprocam quietationem prætensionum omnium iudicialium, & extraiudicialium, vt omnia componerentur factam, legatum hoc sit remissum ex tacita, vel expressa diuidentium voluntate. vt infra fundabitur.

Cuius oppositum disputatiue, non tamen demonstratiue tuentes actoris partes ex subscriptis, & alijs similibus persuadere possent.

Primo ex doctrina Bar. magis communiter recepta in l. Qui Romæ. §. Duo fratres de verborum obligatio. in prima, & secunda quæstio. concludentis, quòd per simplicem diuisionem etiam si partes promiserunt nil contra facere, non videtur renuntiatum fideicommissum Doctor. in l. tres fratres.
28 ff. de pactis, & in l. qui cum tutoribus de transactio. fideicommissa, & legata per omnia sunt exequuta. l. prima, de legat. primo. Ergo per simplicem diuisionem, & transactionem legatum remissum non censetur: confirmatur quia promissio inter fratres facta ad inuicem attendere, & non contrafacere, vel similis limitatur secundum naturam actus, super quo interponitur. l.
29 damni infecti stipulatio. ff. de damno infect. in principio, & l. si stipulatus de vsuris. l. si legati serui de legat. 1. Bart. in dicta secunda quæstione, & clausula generalis ad specificata restringitur: l. si de certa. C. de transactio. l. si ex pluribus de solutio. sed in diuisione non veniunt nisi communia. l. prima, secunda, & tertia, famil. ercisciun. ergo legatum de quo agitur quod non erat commune, sed actoris proprium in diuisione, & transactione non intelligitur deductum, Insuper clausula generalis non refertur ad ea quæ pendent ex testamento notatur in dicta l. tres fratres, & probatur in l. Paulo Callimaco, §. primo, de legat. 3. l. de his. de transact. cum similib.

Confirmatur tertio ex doctrina Bartol. in dicta l. Qui Romæ. §. duo fratres in quarta opposinone, & 12. quæstio. in qua opponit dicta l. Titius. ff. quibus modis pig. vel hypotheca soluitur, in qua ius pignoris erat de præsenti debitum, & putum, & per simplicem emptionem censetur remissum, & sic pugnat cum dicto §. duo fratres, soluit Bart. fatendo contrarium, quod in l. Titius ius erat de præsenti competens, non tamen dependet ex testamento. Vult ergo Bar. quod licet ius sit de pręsenti, si tamen dependentiam habet ex testamento, quòd ex actu simplici, vel per clausulam generalem non dicitur remissum, concordat. l. fi. §. fin. communia de leg. l. final. §. idem quæsiuit de condit. indeb. & probatur in d. §. duo fratres secundum vnum intellectum.

Quarto suaderi potest oppositio ex dicta l. de his de transactio. & l. prima, §. primo, de his quæ in testamento delen. quæ adduci solent ad probandum quòd quis sibi non præiudicat in his quæ ex testamento dependent, nisi cognitis inspectisque verbis testamenti, & ablatiui absolutè positi faciunt conditionem. l. a testatore de conditio. & demonstrat. debet ergo conditio illa impleri scienter, & non a casu & fortuna. l. secunda, de condit. & demonstratio. oportet ergo ad hoc vt conditio illa impleatur, quòd inspiciantur cognoscanturque verba testamenti ad hoc, & ad actum, seu pro actu de quo agitur, & non sufficit, quòd sint cognita ad alium finem, argument. l. secunda, §. homines vi bonorum raptorum. iuncto principio. ibi dicitur coactis hominibus idest ad hoc, Bart. in d. §. duo fratres, q. 4.

Quinto nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito de probatio. Sed legatum de quo hodie agitur diuisionis tempore iam erat in rerum natura. Ergo si esset remissum diceretur donatio, quæ non præsumitur postquam diuisio ad alium finem facta videtur, & transactio, & in necessitatibus nemo liberalis existit. l. ad rem legatam de adim. legat. inducitur etiam tex. in l. cum pater. §. hæreditatem el secondo de legat. 2. ubi videtur casus, quòd per simplicem diuisionem ius fideicommissi non tollitur.

Præmissis tamen, & similibus non obstantibus, contrarium verius esse arbitror, & præsuppono vnum in facto non minus, quam in iure indubitatum, quod tempore diuisionis, & transactionis & ante, Principissa Donna Mariana mater, & tutrix actoris, &
30 tunc diuidens, & transigens testamenti conditi per Principem Aloysium eius virum plenissimam & distinctam scientiam, & cognitionem habebat, postquam in facto deductum est, quod in anno 1558. in quodam instrumento stipulato cum creditoribus hæreditarijs eadem Principissa enunciauit te

stamen-

stamentum esse conditum per Princi-
pem Aloysium manu talis Notarij, fo
lio 84. & sequenti die hæreditatem re-
pudiauit, & in anno 1560. in diuersis
contractibus ad inuicem celebratis te
stamentum prædictum enunciatum
fuit, folio 69. & sequen. & in specie in
diuisione, & transactione generali de
qua agitur fuit testamentum prædi-
ctum enunciatum, & enunciatur no-
men Notarij qui illud celebrauit, fo-
lio 57. & sequen. immo specifice Prin-
ceps vnus ex diuidentibus cessit om-
nia mobilia secundogenitis diuiden-
da inter eos seruata forma paterni le-
gati.

31 Ergo transigendo cum legatarijs,
& soluendo legata testamenti prædi-
cti; & consentiendo in eo diuisionis,
& transactionis tempore plenam noti
tiam contrahentes ipsos habuisse præ
sumitur ex his quæ congerit Bar. com
muniter receptus in dicta l. qui Romę
§. duo fratres in tertia quæstio. de ver-
borum obligat. Decius consilio 287.
in Ciuitate Placentiæ, numero 15. Do
ctor. in l. eius qui in Prouincia. ff. si cer
tum petatur. cum concordantibus, &
satisfactio legatorum fieri non potest
nisi cognitis, lectisque verbis testamen-
ti. l. prima, §. primo, quemadmodum
32 testamen. aper. l. de his, de transactio.
l. fin. C. de rebus creditis, & hæc scien-
tia est indubitata, tanto magis, quia su
per dependentibus, & emergentibus
ex vltima voluntate paterna fuit in Sa
cro Consil. inter fratres agitata magna
lis, quæ vltra decennium durauit; &
super eis voluminosus est fabricatus
processus, in quo in anno 1567. eadem
Principissa curatrix D. Martini penes
acta præsentauit dictum testamen-
tum, & idem D. Martinus in diuersis
contractibus in anno 1570. & 1568.
dictum testamentum conditum esse
in anno 57. enunciauit.

33 Qua præsupposita sequitur indubi-
tata conclusio; quod actio illa quæ ex
legato transactionis tempore iam or-
34 ta erat (si qua erat) censetur remissa,
& renuntiata ex his quæ notabiliter
dicit Castren. in dicto §. duo fratres,
columna tertia, versicu. super glossa
magna, numero mihi quinto, in fine
distinguens legatum purum a condi-
tionali in legato puro facto alicui ex
diuidentibus, si idem legatarius pa-
titur rem legatam diuidi remittit le-
gatum, ita procedit text. in dict. l. Ti-
tius. ff. quibus Mod. pignus, vel hypo-
th. solu. Legatum vero conditionale
per diuisionem remissum non vide-
tur; quia diuisionis tempore purifica-
tum non erat, & in hac distinctione
omnes fere transeunt Doctor. in dict.
§. duo fratres vbi Ripa notabiliter nu-
mero 17. versic. ex secunda conclusio-
ne acriter defendit, concludens lega-
tum purum cuius contrahentes noti-
tiam habebant per simplicem diuisio-
nem cum clausula se nil aduersus di-
uisionem facturos censeri remissum,
& ita procedit text. in dict. l. Titius, &
gloss. in l. tres fratres, & l. cum aquilia-
na. ff. de pact. cum alijs contrarijs pro-
cedunt præsupposita diuidentium, &
contrahentium ignorantia, ita con-
cordantur contraria secundum Ri-
pam post Castrens. numero quinto,
Alexand. numero 17. in fine versicul.
tamen mihi, Iaso numero 39. Raphael
Cumanus, Io. de Imol. colum. tertia,
versic. in gloss. ibi l. si consensit Bald.
colum. secunda, circa finem Soc. iun.
numero . . . Io. Bologne. nume. 71.
& 110. qui testatur hanc esse commu-
nem, & ab ea non recedendum, & an
te alios repetentes Decius consil. 287.
in Ciuitate Placentiæ numero 15. no-
tabiliter, & in simili facti contingen-
tia scripsit Synodale Cōsilium Ruyn.
omnino videndus 139. libro secundo,
qui præsentem articulum cum duo-
bus sequent. pro & contra disputauit,
& hanc communem, & veram rece-
pit opinionem Oldrad. Zasius optime
in dict. §. duo fratres, numero 19. ver-
sic. hæc conclusio: notabiliter Alcia-
tus ibidem numero 10. & non contra-
dicit Angelus, & Franciscus Areti-
nus, & ante eos antiquissimi Docto-
res Rogerius, Iacobus de Arena, Ia-
cobus Rauenna, Guglielmus de Cu-
neo, quos ibidem refert Albericus nu
mero septimo, ita intelligentes tex. di-
cto §. duo fratres, eosque sequitur idē
Alber. numero 15. & ante eum Ioan.
35 Andr. ad Specul. in tit. de testament. §.
primo,

primo, versicul. item quid numero 27. vltra doct. in dict. l. tres fratres. Ex quibus liquet hanc nedum communem sed incontrouersam fere esse sententiam. text. etiam est pro hac opinione notabilis in l. non est ferendus de transactio. per Zasium, & alios allegatus, postquam Don Martinus, vel eius curatrix de pluribus in testamento contentis transactionem fecit videlicet de mobilibus secundogenitis legatis, de legitima, de vita militia & alijs, genericè diuidendo, & transigendo, vt omnia componerentur, nunc autem ferendus non erit, dum legatum in eodem testamento contentum petere intendit, confirmatur ex l. si a colono, & l. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. quæ iura Bologne. alleg. loco citato.

36 Secundo principaliter probatur cõclusio ex Theorica gloss. communiter receptæ in l. tres fratres. ff. de pactis dicentis, quod transactio generalis, & quietatio generalis in omnibus etiam non expressis præiudicat: hic adest diuisio & transactio generalis controuersiarum omnium, & reciproca, vt omnia componerentur, ergo actio illa ex legato orta in transactione fuit comprehensa, & expresse remissa nedum tacitè. Tanto magis quia transactionis tempore in anno 1560. communis illa opinio, quod legato feudo non debeatur extimatio indubitanter ferè recepta erat, decisio tamen postea facta in causa illius de Tufo supra relata disputandi articulum causam dedit vna cum Camer. Theorica illis temporibus in lucem edita, prætensio ergo in illis temporibus adeo dubia facilius fuit remissa.

37 Tertio transigentes, & diuidentes adinuicem remiserunt omne ius quod habebant, vel habere poterant ex quibuscunque causis, vel titulis cognitis, vel incognitis opinatis vel inopinatis vnus alteri, & alter alteri, vt omnia penitus componerentur, ex quibus verbis nedum iura quæ purè in præteritum debebantur, sed & futura, & conditionalia remissa videntur ex communi doctrin. Bart. & aliorum in dicto §. duo fratres quæstione sexta, concurrit etiam Aquiliana, & reciproca quietatio cuius virtus est omnes extinguere contentiones præteritas, & ante transactionem ortas, & eo casu præteritum & purum fideicommissum semper est remissum, notabilis tex. in l. & vno §. primo ff. de acceptilatio. late probat Bal. consil. 191. in testamento Rolandi, libro secundo.

38 Quarto licet generalis quietatio ad omnino incognita non extendatur. l. cum Aquiliana, & l. qui cum tutoribus. §. & hi de transa. l. tres fratres de pactis cum alijs in oppositum in primo argument. adductis, quæ in his terminis loquuntur: nihilominus ad cognita saltim in genere porrigitur Bar. in l. sub prætextu, & l. si de certa C. de transactio probatur in dict. l. & vno §. primo, de acceptilatio. Tanto magis, quia per Sacrum Consilium transactio hæc adeo reciproca, & generalis vt omnia componerentur parte teste fuit per duas sententias confirmata.

39 Contrarijs supra adductis sigillatim respondet Ruinus post alios dicto consilio 139. numero nono, libro secundo, & ex prædictis liquet quoque illorum solutio magis tamen distinctè Respondeo ad primum, quod Bart. in dicto §. duo fratres in primis, & secundis quæstionibus, cæterique post eum loquuntur in fideicommisso conditionali, cui per simplicem diuisionem factam conditione pendente non intelligitur renunciatum. l. cum pater. §. hæreditatem de legat. secundo, etiam si facta sit promissio de non contraueniendo diuisioni. l. Paulo Callimacho. §. primo, de legat. tertio, sed in puro, & purificato legato secus est secundum Castren. Cuma. Alexan. & alios ibidem supra allegatos, dummodo appareat, quod ante diuisionem legatarius scientiam habuerit saltim genericam legati vt in casu de quo agitur.

Nec obstat, quod clausula de non contrafaciendo vel similis limitatur secundum naturam actus super quo interponitur, quia etiam secundum verborum naturam complectitur legatum iam purum diuisionis tempo-

40 re. Sed in purificando, vel conditio-

nali

nali non extenditur. Ea ratione, quia
post diuisionem vel transactionem
nouum ius superuenit, & ex causa su-
peruenienti agitur, quæ in diuisione
non venit, quæ ratio cessat, vbi lega-
tum est purum; quia tunc ageretur ex
causa quæ ante diuisionem compete-
bat, & propterea agens diceretur con
trauenire prout declarat Paul. Cast. in
dict. §. duo fratres, & Ruin. dict. con-
sil. 139. numero 10. nec obstat tertio
argument. fundatum in auctoritate
Bar. in dict. §. duo fratres in quarta op
pos. & 129. quia Dinus tenuit contra-
rium, contra quem Bart. expressè n in
tenet, sed dubitat, & cogitandum re-
liquit, & cum Dino transit Cuman.
Bald. Alexand. & Ruin. loco citato nu
mero 11. Quartum argumentum fun
datum in l. de his de transact. non ob-
stat. sufficit enim cognitio intellectu-
alia, & generica scientia testamenti,
nec requiritur ocularis verborum in-
spectio secundum eundem Bar. Ruin.
numero 11. & alios. Nec obstat tex. in
dict. l. cum pater. §. hæreditate de leg.
secundo, cum similib. quæ loquuntur
in legato non purificato diuisionis
tempore, & ideo in diuisione non com
prehenditur.

QVÆSTIO V.

41 CIRCA quintum principalem
articulum tacitè ad minus remis
sionis ex regula. l. procula. ff. de proba-
tio. paucis contentus ero, postquam il
lius tria requisita omnia concurrunt,
sanguinis scilicet coniunctio, cursus
longi, immo longissimi temporis an-
norum 57. ac sæpius calculata ratio
præsertim in anno 1560. in quo plura
instrumenta diuisionis, & transactio-
num, vt omnia componerentur, quæ
diuisiones sunt quædam rationes fa-
ctæ inter eos Bart. consil. 123. ac visio-
nis computus administrationis gestæ
per Principissam matrem Status Ascu
li gesta fuerunt: illaque per sententias
Sacri Concilii confirmata fuere, & in
anno 1568. iterum fuerunt calculatæ
rationes, & his concurrentibus sine
scrupulo tacitè ad minus hoc ius præ-
tensæ extimationis secundarum cau-
sarum legatarum remissum fuit ex re-
gula dict. l. procula, quam optimè e-
xornat, & explicat Alciat. plures simi-
les casus congerens, in tractat. de præ-
sumptio. 32. præsumptio. post Ruin.
dict. consil. 139. numero octauo, libro
secundo, qui in proprijs terminis re-
missionis legati ita concludit, & ante
eos Bald. Alexand. Ias. & alij in l. quæ
dotis sol. matr. Bald. Salic. & cæteri in
d. l. procula.

QVÆSTIO VI.

SEXTA principalis exceptio con
ditionaliter, & successiue quam
opponit Princeps est tricennalis præ-
scriptio, quo tempore actio petendi
legatum est extincta, non obstante
petita in integrum restitutione Ruin.
dicto consil. 139. libro secundo, nume
ro 13. versicu. circa aliud vsque ad fi-
42 nem, cæteros congerit, eiusque dictis
breuitati studendo me remitto. Pro
quorum confirmatione dico primo,
quod contentio fuit inter nostros,
quanto tempore actio petendi lega-
tum præscribatur. Aliqui etenim di-
cebant viginti annorum spatium suf-
ficere probatur in l. si partem, §. si per
fundum. ff. quemadmodum seruitus
amittatur, vbi Iureconsultus dicit a-
ctionem petendi legatum etiam lega-
tario ignorante præscribi eo tempore
quo seruitutes præscribuntur, sed quæ
libet seruitus per decennium inter pr-
43 sentes, & viginti annos inter absentes
præscribitur. l. Sicut. C. de seruitu. &
aqua. ergo ita & hoc legatum viginti
annorum spatio fuit præscriptum. ita
Castren. in l. si sic constituta in princi-
pio, ff. quemad. seruitus amitt. & alij
passim, magis tamen communis opi-
nio tenet requiri tricennalem, glos. in
l. sicut in verbo persequutione, C. de
præscriptio. 30. vel 40. ann. ibique Do-
ctores & in l. fin. C. de edi. diui Bald.
& plures alij in dicta l. si partem, §. si
per fundum Anto. Gabriel. Commu.
opin. de præscriptio. conclus. 8. nume.
3. vltra Ruin. dicto consil. 139. Iacob.
nouellus in tracta. de iure prothomis-
seos. §. 8. nume. 49. Franciscus Balbus
in tractat. de præscriptio. in secunda
parte

parte quartæ partis principalis versic. primo, igitur tom. 17. tractat. fol. 76. Parisius consilio 32. libro tertio, Angelus de Gambellio. in tractat. de testamentis glos. 20. numero 8. qui cæteros cumulant, & vtraque opinio ad casum de quo agitur applicatur, postquam a die finitæ ætatis pupillaris, & ceptæ pubertatis ad diem petitionis decursi sunt anni 32.

44 Dico secundo quod contra pupillum præscriptio hæc tricennalis currere non incipit, & si fuerit contra defunctum cæpta dormit, finita tamen ætate pupillari adulto statim incipit currere vel reuiuiscit tex. est ad literam in l. sicut versic. non sexus fragilitate. C. de præscriptio. 30. vel quadraginta annorum, restituitur tamen secundum glos. glos. ibi, & in dicta l. si partem. §. si per fundum, adeoquod indubitata est conclusio, quod adulto & ignoranti legtum sibi factum currit triẽnalis præscriptio d. l. si partem. §. 1.

45 Maxima tamen fuit doctorum controuersia vtrũ ex simplici capite ignorantiæ detur restitutio aduersus tricẽnalem præscriptionem iam completam. Bald. in l. prima, C. qui admitti 24. opposi. denegauit restitutionem, pro quo pugnat Anchar. consilio 170. incipiente principaliter contra istos legatarios per totum, qui pluribus ad id probandum vtitur iuribus & medijs, vt per eum. Raphael Cuma. in l. cum filius. §. in hac de verbor. obligat. vbi Bartol. Socin. fusius, & subtiliter per tres columnas articulum ad partes disputat, cui recurrendum erit, quamuis aduersæ adhæreat sententiæ. Curt. senior consilio 82. colum. secunda, versi. & si forte sequitur Ancharanum dicendo hanc opinionem sæpius defendisse, & lętatur hanc opinonem tenuisse Alexan. consilio 165. in finalib. verbis libro sexto, & alibi, dicit insuper quod hæc opinio tenenda erit, quod non detur restitutio ex simplici capite ignorantiæ, quicquid plures Doctores in oppositum dixerint Alex. ad Barto. in l. prima, §. si quis autem, ff. de itiner. actuque priua. refert plures pro & contra, & post alios Felin. in cap. vigilanti de præscriptio. Franciscus Aretin. consilio. 104. subtiliter disputat pro hac opinione, & nil ipse concludit. Balbus de præscriptio. 4. parte quæstio. 29. Vere tamen magis communis opinio est in contrarium cum glos. & Bart. quod datur restitutio vt per Decium consi. 20. Rubeus Alexan. consi. 97. latè qui testatur articulum hũc valde dubium esse ex dictis per Doctores prædictos aliosque quos ipse allegat, quorum iura & media referre non expedit, sed ad Socin. Aretin. & alios me remitto sequitur Vasques lib. secundo, Controuersiarum Cap. 75. post Pinellum in Authen. nisi tricennale num. 58. tesaurus decisio. 134. quos allegauit Don Petrus de vera primatius & nobilissimus Consiliarius post Votatam causam. Et si cum Curtio doctissimi iudicantes concurrere volunt dicente hãc opinionem vti veriorem esse sequendam, articulus pro Principe erit resolutus. Sin autem magis communem recipere intendunt opinionem, quod cõcedatur restitutio pro Principe, tunc recurrendum erit ad communem, & in controuersam conclusionis istius limitationem, quæ talis est, vt procedat conclusio concurrente probabili præsumpta ignorantia. Secus tamen erit quando præsumpta, vel probata scientia legati deducitur quæ superuenit etiam durante tempore præscriptionis, 46
Quo casu si post quatriennium a die præsumptæ, vel probabilis scientiæ legatarius non interrumpit præscriptionem tricennalem, ea completa non datur amplius restitutio secundum doctores quos allegat, & sequitur Ruin. notabiliter, dicto consilio 139. libro 2. numero 15. cui addo Castrensem in l. si sic constituta, numero 3. ff. quemad. seruit. amitt. Imol. in c. fina. colum. 31. de præscriptio. Alex. dicto consilio 97. in fine, qui ad hoc practicam Papiensem, & alios allegat, & concurrente probabili scientia legati est opinio ferè incontrouersa, quod restitutio in integrum aduersus hanc tricennalem præscriptionem non conceditur, quæ scientia nedum confusa sed distincta legatorum per Principem factorum ex dictis supra in 4. principali articulo probata fuit auctoritate Bartholi, & aliorum

aliorum in dicto §. duo fratres quæst.
tertia, postquam eadem curatrix D.
Martini in anno 1567. testamentum
prædictum penes acta Sac. Concil. li-
tem agendo cum Principe præsenta-
uit, & in anno 1560. in pluribus instru
mentis illud enunciauit accius con-
tenta declarauit, & in anno 1570.
idem D. Martinus in publico instru-
mento Neapoli confecto declarauit
testamentum paternum conditum
fuisse de mense Octobris 1557. quo-
modo nunc testamenti ignorantiam
figurare possit, non video.

QVÆSTIO VII.

47 SEPTIMA, & vltima exceptio
paucis verbis explanatur. Etenim
& si vera sit regula contra nos quod
filius repudians hæreditatem non di-
citur impugnare testamentum, & po-
test petere legatum. l. qui filiabus. §. fi-
nal. cum l. sequent. de lega. primo l. fi-
lio pater 89. eod. titul. cum tribus legi-
bus sequentibus. Hæc tamen regula
non procedit quando pater pluribus
filijs institutis inter eos verbis legato-
rum bona diuidit, tunc enim ratione
præsumptæ voluntatis testatoris repu
dians hæreditatem non potest petere
legatum, est casus. l. quid ergo 92. ver-
sic. planè de legat. primo vbi gloss. pe-
nult. & finalis in verbo voluntatis no
48 tabiliter dicit, quod ex diuisione in-
ter filios facta per patrem omnium,
vel maioris partis bonorum erit indu-
bitata coniectura testatorem non ali-
ter velle filios habere assignata, nisi
sint hæredes, & approbando gloss. Io.
de Imola quam legit in dict. l. filio pa-
ter dicit hæc verba: dic vt colligitur ex
gloss. in versic. voluntatis, & in versic.
diuertit, quia vbi omnia vel maiorem
partem diuidit, talia prælegata succe-
dunt loco hæreditatis, ideo non potest
repudiare hæreditatem, & ipsa habe-
re. hoc Imola sequitur tanquam nota-
49 bile Castrensis ibi numero quinto, ver
sic. in lege quid ergo, dicens quod hæ
assignationes paternæ habent vim pre
legatorum. l. ex facto la grande. ff. de
hæred. institu. & repudians hæredita-
tem non debet habere prælegata, sub-
rogantur enim hæc prælegata loco hæ
reditariæ portionis, & ideo repudiata
hæreditate repudiatur prælegatum,
inquit Bald. ibidem post Dinum &
And. de Pisis, & post eos optime Bar.
in dict. l. quid ergo, & cum eo ibidem
concordat Albericus, & Angelus ver-
sicul. secundo, si testator vsque ad fi-
nem.

50 Amplius pro Principe est gloss. no-
tabilis in capit. si pater versic. idem fi-
lio de testamentis in sexto, quam se-
quitur Roma. consil. 179. numero 10.
distinguens institutionem in re certa
factam in extraneo altero vniuersali-
ter instituto, & tunc iste habebitur lo
co legatarij, Secus tamen si filius in
re certa sit institutus alio filio vniuer-
saliter instituto, quo casu vterque di-
citur hæres, licet vnus teneatur ad cre
dita, & legata per iura quæ allegat.
Quia ergo Princeps Don Aloysius te
stator in eius testamento bona omnia
inter filios diuisit distribuendo maio-
ratum primogenito, alijs vero vitam
51 & militiam: legitimam in allodijs, mo
bilia in Regno existentia, & hoc lega-
tum secundorum causarum de quo a-
gitur, immo in huiusmodi bonis se-
cundogeniti fuerunt particulariter in
stituti, vt ex verbis institutionis in fa
cto adductis liquet, & Don Martinus
actor paternam repudiauit hæredita-
tem. ergo petendi legatum de quo agi
tur actio denegari debet.

Ex his iuridicis conclusionibus, &
qualibet ipsarum Princeps conuentus
erit absoluendus. Cætera suppleant
doctissimi iudicantes.

SEQVITVR REPETITIO cap. omnes filij.

QVÆSTIO VI.

70 SEXTO QVÆRO vtrum vi-
ta militia debita per l. Regni, Co-
mitibus, & paragium fœminis ex di-
spositione Constitut. in aliquibus suc-
cedant loco legitimæ, vel alimento-
torum, vel loco portionis feudi ex pro
uidentia istius tex. & cap. primo, supra
de successio. feudi debitę? Varias ha-
bet

bet Articulus iste Petitorum sententias, quidam loco legitimæ, cæteri loco alimentorum, alij tandem loco portionis feudi iure communi feudorum & Longobardo debitę militiam, atque paragium subrogatum esse contendunt.

Camer. in l. Imperialem, num. 102. columna tertia, tenent militiam ex prouidentia Constitut. Comitibus, & paragium fœminis ex dispositione l. Regni. In aliquibus loco legitimæ subrogatum esse, eandemque habere naturam l. prima, §. hæc actio. ff. si quis testamen. liber. esse, iussus fuerit Martin. Laudens. & Abb. per Camer. relati Menoch. consilio 41 1. numero quarto, & sequent. Anton. Corduba in l. si quis a liberis, §. si mater, numero 54. & 59. de liber. agnosc. Bursat. consilio secundo, numero 69. lib. primo, Surd. de alim. libro primo, tit. quinto, quæstione prima, limit. secunda, num. 31. Cannet. in capitu. si aliquem versic. & pariformiter fol. 332. Dominus Fabius de Anna consil. sexto. Cumia tamen in uers. maritata numero 438. tenet subrogari loco alimentorum, cui se subscribit Marin. libro tertio, de sub feud. differ. 19. numero secundo, inter feuda ex pacto ab hæreditarijs. Petr. de Greg. in tractat. de vita, & militia quæstione secunda, nouiter illustratus ab additionibus Don Garsiæ Mastrilli, tenet militiam subrogatam loco alimentorum, Paragium vero loco legitimæ.

Communis tamen, & verior opinio, tenet subrogatam esse loco portionis feudi debitæ iure communi feudorum ex dispositione istius tex. & capit. primo, supra de success. feud. ac etiam ex dispositione iuris Longobardi l. 3. circa finem sub titul. de beneficijs, & terris tributarijs libro 3. quam in principio commenti istius capi. per formalia verba retulimus numero 3. quod etiam in Regno commune est. Isern. in vtraque lectura constit. Comitibus dixit paragium deberi secundogenito loco portionis feudi de iure communi feudorum debitę, a quo per francorum est exclusa, & in constitut. in aliquibus colum. 11. versicul. & hoc paragium Loffr. sæpe in capit. primo, §. quid ergo versicu. vel danda militia fratri supra de inuestitu. de re aliena factis, pro quibus doctè pugnat Minad. consil. primo, numero 35. 44. & 67. Dominus de franch. decision. 61. numero secundo, & tertio. De Ponte Illustrissimus Marchio consil. 79. numero octauo, & nono. Capyc. decision. fin. numero tertio, Dominus Io. Vincentius Anna alleg. 70. numero 14. & alleg. 23. numero quinto, Pern. consil. 51. numero 10. Tiraquell. de primogenit. quæstione 74. numero tertio, Afflict. decision. 252. numero sexto, & decision. 43. iudicatum refert compromissum peti non posse vigore pragmaticæ inter coniunctas personas super
71 vita militia: ea ratione, quia est loco portionis feudi, & onus feudi Author quidam §. 18. numero 10. in nouissima vero impressione §. 28. fol. 412. Cumia sibi contrarius in vers. maritata numero 139. Petr. de Menteforte insertus in opere Bartholomæi de Capua dict. constit. Comitibus Paris de Puteo in tractat. de finib. feudor. capitul. 40. incip. nunc uidendum dubium numero 16. & numero 28. dicit, quod militia datur loco portionis feudi, quæ est causa finalis istius militiæ, & non egestas Io. Angel. Pisanel. in Commentario ad Pragmaticam editam thori numero 50. conferunt, quæ superius docuimus in capit. qui clericus quæstio. 10. versicul. his tamen, & similibus supra eod. tit.

Quibus vnica duntaxat præter ea, quæ doctè scripsit Minad. consilio primo occurrit difficultas, quę talis est secundogenitis in feudis dignitatum iure isto portio aliqua non debetur, l. Imperialem, §. præterea Ducatus infra de prohibit. alien. per Federic. & tamen
72 iure Regni etiam militia, atque paragium debetur super feudis dignitatum vt in dictis Constitutionibus. Ergo pernecesse fateri oportet, militiam, atque paragium loco portionis feudi non esse subrogatam, sed legitimæ, vel alimentorum difficultas hæc plures trepidare fecit, & nos quoque aliqualiter pro ei⁹ solutione laborare. dicatis itaque, quod verum est antecedens

dés in feudis dignitatum de iure com-
73 muni feudorum secundogenitis portionem aliquam non deberi dicto §. præterea Ducatus, de iure tamen Longobardo etiam feuda dignitatum diuiduntur, vt in statu Mediolani, ac tota Lombardia seruatur Iser. teste hic, & in dicto §. præterea Ducatus, & de capit. qui cur. vend. numero 22. Minad. dicto consilio primo, numero 27. & probatur in l. tertia, sub titu. de beneficijs, & terris tributarijs libro tertio legum Longobardorum ibi indistincte de feudis dignitatum, deinde de minoribus militibus loquitur statuens ut mortuo milite, siue de maioribus, siue de minoribus fuerit, omnes eius filij succedant ibi præcipimus etiam per Iser. in dicto §. præterea Ducatus, numero 36. ibi alij dicunt, & ibi si vero viuant iure Longobardo, & ibi in filijs viuentibus iure Longobardo,
74 certum est quod quilibet habet partem terræ, & vassallorum, sicut de facto videmus, quod ius commune est in Regno Iser. in Constitu. vniuersi in fine, & in Constitutio. speciale, & puritatem.

Ius igitur Francorum statutum per d. ll. Regni, & per Constitu. vt de successionibus superuenit ad correctionem iuris communis Romani, Iurisgentium, iuris communis feudorum, ac iuris Longobardorum, vt Minad. probat, & sic in locum portionis secundogenitis debitę etiam de feudo titulato attento iure Longobardo secundum quod in Regno iudicatur, successit paragium fœminis, & militia masculis, & sic argumentum cessat.

Secunda potest esse solutio tenendo opinionem eorum, quos refert Iser. in dicto §. præterea Ducatus, numero 35. versicu. alij dicunt, vt etiam de iure communi feudorum omnes filij sint hæredes in Comitatu, ac Marchionatu pro indiuiso, nisi probetur, quod in feudo viuatur iure Francorum.

SVMMARIVM

1 *Adoptiuus in feudo non succedit, & quæ est decidendi vera ratio.*

2 *Feuda naturam, & ciuilitatem non solam fictionem respiciunt.*

3 *Legitimus solus non succedit in feudis, nec naturalis solus, sed debet esse legitimus, & naturalis.*

4 *Adoptiuus non succedit in emphyteusi recepta pro se, & filijs.*

5 *Adoptiuus filius in statutis, & qualibet dispositione filiorum appellatione non comprehenditur.*

6 *Adoptiuus cum clausula, vt ad feuda succedat ex certa Principis domini feudi scientia succedit in defectum legitimi.*

7 *Adoptiuus in duobus alijs casibus est feudorum successibilis.*

CAP. ADOPTIVVS filius.



1 ADOPTIVVS in feudo non succedit, sed tantum descendens ex feudatario, vel eius filio legitimo, & naturali §. et si clientulus supra de alien. feud. textu hoc dicit decidendo rationem assignat Cumia feudista Siculus in cap. si aliquem versiculo, masculus, nume. 146. & in versic. non communibus, numero 34. vt procedat ratione nobilissimæ naturæ feudorum, argumen. l. iustissimè, ff. de ædil. edic.

Vos tamen dicatis decidendi rationem assignari ab Imperatore in l. penult. §. ideoque. C. de adoption. quam Isern. hic allegauit corruptè tamen dum allegat l. fin. §. primo, & absque hac emendatione male legit Lipar. cu ius text. verba hæc sunt: per adoptionem quidem ad extraneam personam factam iura naturalis patris minimè dissolui, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatum. Cum enim tanta fragilitas est adoptionis, vt possit in ipso die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inueniri, quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata ludibrio defraudari? hæc igitur fictio per adoptionem inducta, tantam vim non habet, vt valeat naturalis patris iura dissoluere, merito in feudis non succedit,

L

cedit, aliam assignat hic decidendi rationem Aluaro.nume. 1.

2 Noto secundo ex tex. quòd regulariter feuda naturam vnà cum ciuilitate non fictionem solam respiciunt, vt hic notat Bal. & Afflict. post eum, numero 15. impossibile etenim est quod fictio naturalem veritatem inducat in aliquo subiecto l. filio quem pater de liber. & posthu. l. in rebus. §. fin. C. de iure dot.

3 Noto tertio, quod legitimus solus filius non succedit in feudo, nec etiam naturalis solus, vt in cap. naturales infra eodem titulo. sed debet esse legitimus, & naturalis simul. Iser. de natura successio. feudi, numero quarto, Martin. Lauden. & alij hic, debet etenim esse sanguis iustus, & descendens feudatarij, vt succedat in feudis bene probat Camer. in l. Imperialem, folio 12. columna prima, versic. ad hoc probandum post Iacobum de Ardizo. qui exactissimè totam materiam explanauit in summa hic per Iser. allegata, tit. de successio. feu. versic. adoptiui, & sic in feudis regula est incontrouersa, quod cõcessio facta pro te, & filijs non comprehendit adoptiuos, idem in emphyteosi, quia non comprehenduntur in
4 verbis contractus, qui de naturalibus & legitimis intelliguntur, non de legitimis tantum post Cardin. Alexan. & Lipar. hic Tiraq. late in l. si vnquam in versic. susceperit, numero 12. C. de reuocan. donatio. Auctor quidam. loco infra citando, quia adoptiuus filius non est simpliciter filius, sed fictus, & feudalia iura ueritatem, non fictionem inspiciunt, vt in text. proinde in
5 statutis, & in qualibet alia dispositione adoptiuos filios appellatione filiorum non venire, late probat Tiraquel. in dicto versicu. susceperit, numero 7. Sequitur post alios Cosmus Nepita Siculus in Consuetudine Casinensi de confusione bonorum, titu. tertio, numero 67. folio 69. & adoptatus auctoritate iudicis, & arrogatus Principis consensu non veniunt appellatione filiorum simpliciter, ea ratione, quia nõ est natus ex viro, & uxore l. filium definimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, Auctor quidam. §. 8. Glos. prima, numero 55. latius disputauit articulum, si appellatione filiorum veniat adoptiuus, vel arrogatus concluderis, quod non, idque multo magis procedere in feudis, vel maioratibus in quibus primogeniti vocantur, vt sunt feuda, in quibus ius Francorum viget vt primogenitorum appellatione non veniant adoptiui, qui non sunt geniti, sed per fictionem asciti, post Gregor. Natta de statutis, parte tertia, quæstione tertia, Alber. Brun. eodem tract. articu. 12. quæstione prima in l. si ita quis in fine de legat. secundo, de vaca. & excus. mune. l. secunda, §. primo, Instit. de excusatio. tuto. §. primo, quæ hic allegat Isern. alia congerit summa Ardizo. dicto versi. adoptiui vbi etiam discutitur in quibus casibus filiorum appellatione veniant adoptiui, de quibus ad Ciuilistas me remitto.

Pro confirmatione tamen prædictæ conclusionis videndus est Gugliel. Pern. consilio quarto, numero 18. Petr. de Gregor. de concessio. feudi, parte sexta, quæstio. 10. numero 16. & parte quarta, quæstio. 7. numero 24. versicu. limita secundo Alber. Brun. in tracta. quod stantibus masculis fœminę non succedant artic.

6 Limitatur conclusio tripliciter ab Iser. Martino Laudensi Baldo, cæterisque Doctoribus hic. Primo vt non procedat quando adoptio eo tenore a Principe facta reperitur, Vt etiam in feudo succedat, quo casu adoptiuus succedit secundum Bal. hic Tiraquel. vbi supra Alber. Brun. consilio primo, numero 58. & alios. est enim Princeps dominus feudi rei suæ moderator, & arbiter, & de ea disponit, prout vult, argumen. l. in re mandata. C. mandati, si hoc facere potest in extraneo, vt in feudo succedat, multo magis id facit in filio adoptiuo, hæc tamen limitatio sanè intelligitur secundum Isern. hic, & alios supra citatos, vt noceretur adoptiuus iste in defectum aliorum filiorum masculorum, & fœminarum, qui aliàs ex tenore inuestituræ, & feudi natura essent in feudo successibiles, quia legitimi, & naturales filij semper prælationem habent, est de mente Auctor. cuiusdam. dicto §. 8. quæst. 6. numero

mero 33. Ioannis Campegij, con silio secundo, inter consil. feudal. Soci. con sil. 10. nume. 90.

7 Limitatur secundo, vt non procedat, quando in inuestitura adesset clausula, vt etiam filij adoptiui succedant, quia inuestiturae tenor seruandus est, cap. primo supra de duobus fratribus Aluaro. hic, numero tertio, post Bald. & alios.

Limitatur tertio, vt non procedat quando cum adoptione concurrunt iura naturalia, quando exempli causa auus paternus adoptauerit, vel arrogauerit nepotem ex filia, qui nepos alias sine arrogatione vel adoptione esset in feudo successurus argumento l. cum in adoptiuis, & quod notatur in l. si arrogator, C. de adoptiis. Isern. Lauden. Aluaro. Card. Alexan. Afflict. & cæteri hoc loco post Iacob. de Ardizo. loco supra citato Angel. Aretin. §. primo, Instit. de heredit. quæ ab intest. deferuntur.

Gloss. hic opponit, quod filius adoptatus admittatur ad successionem de leg. 2. C. de adoptio. & de leg. si arrogator cum simil. ff. de adoptio. vbi adoptans per necesse tenetur relinquere quartam filio adoptato, sed soluit, quod intelliguntur procedere hæc in bonis allodialibus non in feudis, in quibus consuetudo feudalis non vocauit adoptiuos, vt hic in tex. ex decidendi rationibus supra relatis, hic non sunt alia vtilia, in cæteris videte Aluaro. & Afflic. hic vltra Ciuilistas, qui eorum materias congruis in titulis tractant, quibus omnino in allodialibus quæstionibus me remitto, præcipuè ad Albertũ Brunum in tract. plura Nicolaus Intriglolus pòstea impressus de feudis centur. 2. articu. primo, numero 231. & sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi matrimonij in successione feudi, & allodij præferuntur filijs secundi matrimonij, & quo modo id procedit.*

2 *Hereditas deferri potest in contractu matrimonij.*

3 *Filij omnes succedunt in feudo fœmineo materno, sicut in feudo paterno, vbi ius Francorum non viget.*

4 *Fœmineus sexus est habilitatus ad successionem feudalium in Regno.*

CAP. MVLIER HAbens feudum.



1 ILII primi matrimonij in successione feudi, & allodij præferuntur filijs secundi matrimonij hoc dicit text. iste. secundum Glos. Iser. & omnes est irrationabilis continetque iniquitatem maximam, l. vltima C. de legit. hæred. & l. penul. C. ad officia, vt Glos. opponit, & ad hanc iniquitatem euitandam, vel modificandam Isern. & magis cõmuniter Doctores casum figurant in muliere habente feudum, quæ contraxit primum matrimonium, & suscepit filios.

Deinde primo viro mortuo ad secundas nuptias transitum fecit cum pacto, vt filij ex secundo matrimonio nascendi non succedant, nisi in certis rebus inquit Isern. modificando dispositionem, text. dicitur, quod præter illas res certas nec in feudo, neque in allodio filij secundi matrimonij succedunt, sed filij prioris matrimonij, in feudo, & allodio erunt potiores; si simpliciter intelligeretur, inquit Isern. quod filij primi matrimonij sint potiores in omnibus: esset contra omnia iura, & procederet Glos. oppositio. sed sic ponendo excusat mos, & vsus, quamuis mos iste sit irrationabilis, l. pactum C. de collatio. l. si quãdo §. primo, de inofficio. testamt. Et propterea talis vsus non esset seruandus, inquit Isern. Bal. tamen cap. filij nati infra eod. Aluar. hic, & plures alij dicunt matrimonij fauore talem vsum sustineri posse, & hunc intellectum magis communiter esse receptum.

Iacobus tamen Cuiacius in tractat. de feudis libro quarto, titu. vndecimo vbi legit text. istum cuius forsan meminit hic Aluaro. num. secundo, sub nomine Iacobi Autelianensis, alio, &

meliori modo text. istum restituendum, vel legendum esse putauit dicẽs feudum, & bona ista allodialia, in quibus filij prioris matrimonij præferuntur quæsita mulieri fuisse occasione, & contemplatione prioris matrimonij, vt quia donata fortè fuere a consanguineis primi viri, cuius contemplatione censentur donata, vel alio modo contemplatione primi matrimonij obuẽta, quo casu filij prioris matrimonij præferuntur. Idemq; ius seruaretur in filijs secundi matrimonij si mulier haberet feudum, vel allodium quæsitum contemplatione secundi matrimonij, & illius causa hoc casu filij secundi matrimonij erunt potiores exemplo l. 4. C. de secundis nuptijs, licet alias Senatus Consultum Orficianum omnes filios æqualiter vocet l. penult. C. ad Orficia. & l. final. C. de legiti. hæred. cum simil. argum. l. sed si plures §. & in arrogato de vulga. & pupilla. l. prima. §. idque ff. de collatio. bonor.

Et intellectus iste a simili roboratur in lucris nuptialibus, & alijs bonis prouenientibus ex primo matrimonio in quibus filij duntaxat primi matrimonij succedunt l. fœminæ cum similib. C. de secundis nupt. pro ea quoque allegant Aluar. & Cuiac. cap. mulier sub rubrica de feudo, & beneficiis in Capitulis extraordinarijs alterius compilationis feudorum, quod ego inuenire non potui, Ego tamen pro hac opinione, & vero sensu allego pulcherrimum text. in l. cum vir vxori 25. ff. de condit. & demonstrat. qui sensus ea ad minus ratione reprobandus non erit ad euitandam iniquitatem, & iniustitiam istius consuetudinis, & text. de qua glos. Isern. Aluarot. & alii exclamant, & isto modo intelligendo text. iniquitas omnis cessaret, imò cum æquitate magna dispositio procederet, sequuntur Addentes ad Bald. hic vltra Napod. & alios, quos hic coaceruat Afflict. num. 8. quæ non repeto.

Iacobus etiam de Beluiso dixit tex. istum conformem esse cum capit. filij nati infra eod. & consequenter iura hæc loqui in casu speciali in loco vbi probatur quod viget hæc specialis consuetudo, vt filij ex primo matrimonio tantum succedant, alias si hæc specialis loci consuetudo non probaretur, filij omnes æqualiter succederent, cap. primo, supra de Gradib. succed. in feu. notatur in l. iura sanguinis de regulis iuris, quod successio ab intestato est de iure sanguinis in liberis l. prima, §. fin. de his, qui ante apertas tabul. sequitur hic Bald. & Prępos. nam iura consuetudinaria disponere possunt de successionibus cap. Raynutius de testamentis, & hac ratione valet consuetudo, quod primogenitus succedat: idem Bald. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. intellectus iste roborari posset ponderando text. in dicto cap. filij nati in fine infra eod. ibi ex vsu tamen admittitur intelligendo text. de particulari vsu loci, in quo viget, & sic text. iste est localis, non generalis secundum Præpos. quem hic sequitur Fredericus Schench vltra Aluaro. Bald. Marti. Lauden. & alios communiter, & de communi Aluaro. testatur versicu. sed tamen post numerum secundum quã nos quoque sequimur. aliam lecturam recenset hic Afflict. vt per eum, & tex. iste etsi irrationabilis sit alias tamen iuxta eius dispositionem iudicatum fore testatur hic Fridericus Schẽch. probata tamen prius loci illius particulari consuetudine in hoc text. mentionata & tunc procedit ad instar consuetudinis francorum deferentis successionem solo primogenito, argumento l. primę, C. quæ sit longa consuetudo, cessante ergo hac particulari consuetudine omnes filij æqualiter succederent, capitu. omnes filij, supra eodem secundum Fridericum Schench, & alios hic cap. primo, de Gradibus succedentium in feudis l. final. C. de legit. hæred. cap. primo, infra de natura success. feudi.

2 Noto ex text. quod in contractu matrimonij potest deferri hæreditas, sicut in testamento Boer. decisio. 155. numero 8. & 10. Item fiunt donationes bonorum contemplatione matrimonij, quæ sunt irreuocabiles Dominus Præsid. latè post alios decis. 205.

3 Noto secundo, quod in feudo fœmineo succedunt omnes filij eiusdem fœminæ,

minæ, ficut omnes filij fuccedunt in feudo mafculi, cap. omnes filij, fupra eodem nifi ius francorum vigeat, vt ibi dixi, hinc oritur adęquatio, quia omnia, quæ locum habent in feudo, mafculi vendicant fibi locum in feudo fœminæ, quæ cēfetur mafculinata,
4 quando ad feudum eft habilitata, ficut in Regno per legem Regni, vt de fucceffionibus & confequenter leuare poterit faidam, & per fubftitutum feruitia præftare, cap. primo, infra de feudo fœminæ Afflict. hic 3. notab. num. 17. Ifern. in ca. primo, fupra de his qui feudate poff. in principio.

Hæc in materia parum frequenti tetigeffe fufficiat de matrimonio ad morganaticam contracto, in quo differat a prædictis, & in quibus adęquatur videte Aluaro. hic in fine, qui concordes locos congerit vltra Doctor. in capit. filij nati infra eod. cuius materia ex prædictis declarata remanet, & in cap. primo, infra de matrim. ad morgan. contract. Guglel. Benedict. in cap. Raynutius in verfic. duas habens filias num. 197. & fequentibus latè ad dentes ad decifio. Cappellę Tholofanę 452. Iacob. Cuiacius libro quarto, titu. 32. & alij.

SVMMARIVM.

1 *Naturales, Spurij, inceftuofi, vulgo concepti, manferes, adulterini, nefarij, & id genus, qui fint, & inter fe quomodo differunt.*
2 *Naturales à Spurijs differunt, & corrigitur Afflict. error.*
3 *Spurij funt cuiufcunque paterna fubftantiæ incapaces, fuccedunt tamen inter fe in allodialibus num. 27.*
4 *Naturales in feudo non fuccedunt, & quare: nec etiam in feudo materno. numero 16.*
5 *Naturales etiam legitimati per Principis refcriptum ad feuda non fuccedunt, nifi adfit claufula, vt ad feuda fuccedant.*
6 *Succeffio in feudalibus veritatem non fictionem refpicit, in legitimatis tamen per fequens matrimonium, fecus erit.*
7 *Quæ ab initio corruunt, temporis tractu non conualefcunt.*

QVÆSTIO PRIMA.

8 *Legitimati per fequens matrimonium, vtrum in feudo fuccedant, communis eft, quod fic.*
9 *Intellectus ad capit. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morgana. contra. & cap. tanta qui filij fint legitimi.*

QVÆSTIO SECVNDA.

10 *Legitimatus per fequens matrimonium, vtrum in feudo fuccedat conceffo pro fe, & hæredibus ex corpore legitime defcendentibus, communis, quod fic.*
11 *Legitimatus per fequens matrimonium, vtrum fit verè, & propriè legitimus, vel fictè.*
12 *Claufula ex corpore legitimè defcendentibus debet aliquid operari, & quid & numero 17. & 21.*
13 *Matrimonium fequens omnem maculam purgat, facitque naturalem verè, & proprie legitimum, & num. 23.*
14 *Legitimatio per fequens matrimonium ad Ecclefiam, & forum eius pertinet, non ad Seculares Principes.*
15 *Legitimatus per fequens matrimonium ad Epifcopales dignitates eligi poteft, & numero 35.*
16 *Homo partim legitimus, partim naturalis, vel Spurius effe non poteft.*
18 *Legitimati per fequens matrimonium non ex priuilegio, fed iuris communis munificentia funt legitimi.*
19 *Matrimonium in Paradifo inftitutum, & propterea multa habet fauorabilia.*
20 *In dubio liberorum fauore femper iudicandum.*
22 *Intellectus ad l. nuper C. de naturalibus liber.*
24 *Bald. in verborum Ifern. intellectu corrigitur.*
25 *Legitimatus per fequens matrimonium eo cafu a feudi fucceffione excluditur, quando de concedentis mente conftaret, eum excludere voluiffe.*

QVÆSTIO TERTIA.

26 *Naturales vtrum in feudo materno fuccedant, quod non in controuerfa eft fententia.*

28 *Afflicti error in Isern. intellectu conuincitur.*

29 *Matrimonium sequens ad finem legitimandi naturales in successione feudorum non requirit instrumenta dotalia, nec dotem secundum veram opinion. quicquid Afflict. male dixit.*

QVÆSTIO IV.

30 *Legitimatus per sequens matrimonium, an excludat legitimum, & naturalem postea natum a feudo ante legitimationem naturalis, communis opin. est, quod non, sed contrarium verum esse ostenditur.*

31 *Primogenitus, quis dicatur?*

32 *Legitimatus per sequens matrimonium excludit agnatos remotiores.*

33 *Tempus, quod inspicitur in successione, quale sit?*

34 *Legitimationis per sequens matrimonium effectus.*

36 *Filius in vita Patris ius formatum non habet in feudo, vel successione, nisi spem quãdam a lege minimè considerabilem, secus tamen erit in feudo ex pacto.*

37 *Legitimatio per sequens matrimonium retrotrahitur ad tempus natiuitatis legitimati.*

38 *Verba in statutis, verè, & propriè, non fictè sunt accipienda.*

39 *Fictio idem operatur, quod veritas, quando non remanet in puris terminis fictionis, sed transit in ipsam veritatem.*

40 *Verba statuti amplectuntur casum, qui est idem secundum fictionem, non secundum veritatem.*

QVÆSTIO V.

41 *Vtrum legitimatus per sequens matrimonium praeferatur legitime nato post cõtractum matrimonium.*

QVÆSTIO VI.

42 *Vtrum Nepos legitimatus natus ex filio naturali mortuo legitimetur per sequens matrimonium contractum inter Auum, & Auiam, ex quibus filius ortum habuit, adeo quod Nepotes isti vti nati ex primogenito Patruos a feudis excludant, vel excludantur a Patruis? Et quid in allodys?*

43 *Legitimatio per sequens matrimonium vtrum filij existentiã requirat pro forma.*

44 *Matrimonij extrema quae sunt ad finem legitimandi naturales.*

45 *Matrimonium sequens legitimat infantem, furiosum, & etiam filium in vtero existentem.*

46 *Legitimatio per sequens matrimonium similis est adoptioni.*

47 *Intellectus ad l. si filium ff. de gradibus.*

48 *Legitimatio per sequens matrimonium in naturali aequitate, & sanguinis caritate fundatur.*

49 *Matrimonij vis tollit iuris Canonici impedimenta, reducitque negocium ad ius naturae, quo omnes legitimi nascebantur.*

50 *Persona filij non requiritur pro medio ad legitimandum Nepotes natos ex filio.*

51 *Consensus legitimati requiritur in legitimatione per rescriptum, secus tamen in legitimatione per sequens matrimonium.*

QVÆSTIO VII.

52 *Matrimonium contractum in articulo mortis, vtrum naturales legitimos faciat, & an tales, vti legitimati in feudis succedant, fiscum, vel alios remotiores agnatos excludendo?*

53 *Matrimonium contractum in mortis articulo caret spe prolis.*

54 *Matrimonij duplex est finalis causa.*

55 *Substantialibus pluribus repuisitis in aliquo actu, altero ex eis deficiente actus corruit, & num.* 88.

56 *Matrimonij bona quae sunt.*

57 *Baptismus in mortis articulo receptus cuius est virtutis, & numero* 89.

58 *Constitutus in extremis inhabilis est ad reddendum debitum uxori ad instar frigidi.*

59 *Omne agens, propter finem, agit, dicit Philosophus.*

60 *Matrimonium contractum in mortis articulo fraudulenter contractum praesumitur.*

61 *Edictum de matrimonio contrahendo prohibitiuum est certarum personarum, & numero* 95.

62 *Matrimonium etiam sine spe prolis esse potest, & numero* 63.

64 *Matrimonium spirituale: scilicet Religionis Professio in mortis articulo contrahi potest.*

65 *Ætas,*

65 *Ætas, vel generandi difficultas, ac sterilitas, matrimonium non impediunt, & numero 80.*

66 *Distinguitur propositum thema in duos articulos.*

67 *Legitimatio est matrimonij validi effectus.*

68 *Causa valida, et legitima parit effectum validum, & è contra, præsupposito effectu valido demonstratur causæ validitas demostratione, Quia.*

69 *Matrimonij vis omnem maculam tollit, siue sit præsumpta, siue probata.*

70 *Legitimatus per sequens matrimonium substitutum excludit, & num. 89.*

71 *Matrimonium in mortis articulo contractum non sufficit ad inducendam fraudis præsumptionem, quod contractum sit ad excludendum substitutos, fiscum, vel Agnatos remotiores a feudi successione secundum communem.*

72 *Fraus quælibet præsumpta, vel probata non sufficit ad impediendum effectum matrimonij, qui est legitimatio.*

73 *Fraus in aliquibus actibus a lege toleratur, & dum contrahentes eorum iuribus vtuntur, nemini iniuriam inferunt.*

74 *Fraus toleratur in donatione rei emptæ in fraudem congrui.*

75 *Fraus item toleratur in delinquente effecto Clerico, vel Monacho post commissum crimen ad euitandum temporalem forum.*

76 *Decisionis Præsid. de Franch. 209. & 384. vera ratio assignatur, & fraudis argumentum ab eo propositum, & non solutum eneruatur.*

77 *Legitimatio per sequens matrimonium non fit per viam dispensationis.*

78 *Vnus, idemque homo partim legitimus, partim naturalis esse nequit, num. 130.*

79 *In dubio pro statu liberorum eorum fauore semper iudicandum.*

81 *Natura hominis, non valetudo, vel temporale impedimentum tempore celebrati actus consideratur.*

82 *Matrimonium spirituale, vt est Religionis ingressus magnam habet potentiam; carnali tamen æquiperari nequit.*

83 *Grauatus restituere, si sine liberis ex se natis decesserit, si Monasterium ingrediatur, substitutus vocatur.*

84 *Religionis ingressus operari non potest, vt Monasterium vocetur filius ingressi.*

86 *Matrimonium in articulo mortis contractum nullius est momenti, quando nedum corpore, sed etiam intellectiua potentia quispiam ex contrahentibus infirmatur.*

87 *Prolis spes, quo modo consideratur.*

90 *Quæ licita sunt in vita regulariter etiam in mortis articulo permittuntur.*

QVÆSTIO VIII.

91 *Matrimonium contractum in decrepita ætate, vtrum naturales legitimos faciat, & ad feuda successibiles.*

92 *Decrepita ætas est continua infirmitas.*

93 *Statutum loquens de Infirmo in sene verificatur.*

94 *Senectus per se ipsa morbus est naturalis, cui multa incommoda, plurimaque imbecillitates secundum Aristotelem.*

QVÆSTIO IX.

96 *Nati sub figura matrimonij vtrum in feudo succedant, præsertim si concessio sit sub illo tenore pro se, & heredibus suis ex corpore legitime, vel ex legitimo matrimonio descendentibus.*

97 *Matrimonium contractum palam, & bona fide, vno ad minus ignorante impedimenta facit filios sub eius figura natos esse legitimos.*

98 *Matrimonium clandestine contractum nullius est virtutis, etiam si vterque impedimentum ignorauerit.*

99 *Matrimonium etiam publice contractum est nullum, vtroque sciente legitimum impedimentum.*

100 *Scientia hæc præsumitur, probata fama per ciuitatem.*

QVÆSTIO X.

101 *Concubina cum qua sequitur matrimonium ad finem legitimandi naturales etiam in feudis, vtrum debeat esse in domo retenta, vel simplex accessus ad coitum sufficiat.*

102 *Legitimatio naturalium secundum Canones non ciuiles leges iudicari dēt, et 105.*

103 *Legitimatio naturalium secundum Canones, quæ requirit.*

104 *Instrumenta dotalia iure diuino ad essentiam matrimonij non requiruntur, & latius, numero 115.*

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

106 *Naturalis utrum in feudo succedat, quando facta est inuestitura pro se, & filijs natis, & nascituris Domino sciente concessionarium tempore concessionis alios filios legitimos non habuisse, nisi naturalem.*

107 *Scientia Domini auget effectum, qui propter ignorantiam deficeret.*

108 *Naturalis: seruus: & etiam infamis, sunt feudi capaces Domino sciente.*

109 *Princeps inuestiens naturalem ex certa scientia videtur incapacitati dispensare.*

QVÆSTIO XII.

110 *Agnati utrum in feudo nouo Clerico in sacris existenti concesso pro se, & hæredibus succedant.*

QVÆSTIO XIII.

111 *Nepotes legitimi nati ex filio naturali, utrum in feudo Auerno succedant.*

112 *Summa cum natura, qua sæpius utitur Iser. quæ sit.*

113 *Nepotes legitimi nati ex naturali filio in allodialibus non succedunt.*

114 *Successio ex testamento in feudalibus denegatur.*

QVÆSTIO XIIII.

115 *Legitimatio per subsequens matrimonium, an requirat nuptialia instrumenta, ut naturales fiant successibiles in feudis.*

116 *Forma tradita a lege Regni sancimus in matrimonijs nobilium feudatariorum contrahendis, an seruanda sit, & ea non seruata feudalium successio virum legitimatis denegetur.*

117 *Princeps sæcularis non potest in matrimonijs contrahendis solemnitates aliquas præter, vel contra Ius Canonicum introducere.*

Nec in successione liberorum nascentium ex illo matrimonio.

118 *Ius Canonicum pugnans cum ciuili quomodo conciliandum.*

119 *Spiritualium decisio cum annexis, & dependentibus ad Ecclesiasticum forum pertinet.*

120 *Succedendi potentia a Iure Ciuili dependentiam habet, & quomodo, numero 135.*

121 *Iuris Canonici est iudicare de matrimonij validitate, & 127.*

122 *Sæcularis Princeps in Spiritualibus se intromittere nequit.*

123 *Princeps Sæcularis in dubio cum iure Canonico se conformat in materia spirituali.*

124 *Matrimonium sine consensu Patris Iure Canonico contrahi potest.*

125 *Legitimatio per sequens matrimonium, & successibilitas, sunt indiuidua, & inseparabilia, & 128.*

126 *Legitimatus per sequens matrimonium etiam in Terris Imperij est legitimus, secus in legitimato per Pontificis rescriptum, & num. 137.*

129 *Legitimatus per sequens matrimonium ad Episcopales dignitates admittitur, & 142.*

131 *Legitimus pro parte nemo esse potest, ratione formæ, & status indiuidui.*

132 *Natus pendente lite circa matrimonij validitatem est legitimus, et successibilis.*

133 *Princeps Sæcularis principaliter, nec accessorie in matrimonijs aliquid statuere potest.*

134 *Iuris Canonici extrema requisita in legitimatione naturalium per sequens matrimonium.*

135 *Instrumenta nuptialia non sunt de essentia matrimonij, sed ad futuram memoriam fieri solent.*

138 *Cannetij error notatur.*

QVÆSTIO XV.

139 *Legitimatus per sequens matrimonium an succedat in feudis dignitatum, & ad Regnum ipsum.*

140 *Ioan. Vinc. de Anna doctrina corripitur.*

141 *Legitimatus per rescriptum cum clausula, ut etiam ad feuda succedat, adhuc non succedit ad feuda titulata, et regalia.*

143 *Filij ut sint feudorum successibiles debent esse Regi, Deoque opt. max. fideles.*

QVÆSTIO XVI.

144 *Naturales nati ex clericis in minoribus constitutis, vel ex monachis infra Professionis annum, an per sequens matrimonium legitimentur, et ad feuda succedant.*

145 Ma-

145 *Matrimonij extrema duo sunt, quod eo tempore potuerit esse matrimonium & quod uterque sit liber tempore sicuti matrimonij quicquid intermedij fuerit, & infra numero 148.*

146 *Christiano cum Iudais, Paganis, & id genus, matrimonia contrahere nequeunt.*

147 *Spurij per sequens legitimum matrimonium non legitimantur.*

148 *Matrimonium intermedium, an impediat naturalis legitimationem per aliud sequens matrimonium.*

Qvæstio XVII.

149 *Legitimatio per sequens matrimonium ad instar translatiuæ filiationis duo extrema requirit.*

150 *Matrimonium sequens utrum contrahi possit cum pacto, ut aliquis ex naturalibus antea natis, vel omnes non legitimentur, vel ad feuda non succedant.*

Qvæstio XVIII.

151 *Consensus naturalium an requiratur in eorum legitimatione per sequens matrimonium.*

152 *Beneficium inuitis non confertur, & quo modo, numero 169.*

153 *Filius contradicere potest ne in patriam potestatem reducatur.*

154 *Qui potest liberè producere causam, potest liberè quoque producere effectum.*

155 *Pater potest filijs mutis matrimonium cum Concubina contrahere.*

156 *Infans furiosus, & existens in utero per sequens matrimonium legitimari potest.*

157 *Legitimatio per sequens matrimonium etiam inuitis filijs fieri potest.*

158 *Actus legitimus per sui receptionem conditionem non recipit.*

159 *Matrimonij fauori contrahentes renunciare nequeunt.*

160 *Legitimationem fieri Respublicæ interest.*

161 *Emancipatio, & legitimatio a pari procedunt.*

162 *Legitimatio Spiritualis fortior est legitimatione per rescriptum.*

163 *Conditiones turpes, & impossibiles a matrimonijs reijciuntur.*

164 *Error paruus in principijs magnus est in fine.*

165 *Legitimationis quidditas, seu essentia, quæ sit.*

166 *Legitimatio est effectus indiuiduus a sacramento matrimonij ortum habens ex eius vi & potentia.*

167 *Causa valida parit effectum validum.*

168 *Successionis ius utrum a legitimatione distingui, & separari possit.*

170 *Quod principaliter agitur in quali dispositione attenditur.*

171 *Consensus filiorum requiritur in legitimatione per rescriptum, & similibus.*

172 *Cap. unicum de filijs natis ex matrimonio ad morganat. est irrationabile.*

173 *Concubinæ debent ne esse solutæ tempore coitus, vel sufficiat tempus partus, vel ventris, ut sequuto postea matrimonio naturales legitimentur, & ad feuda succedant.*

Qvæstio XIX.

174 *Status liberorum ille est attendendus, qui eisdem utilior erit eorum fauore.*

Qvæstio XX.

175 *Matrimonium sequens cum Pontificis dispensatione an legitimet Spurios antea natos, & utrum ad feuda succedant.*

176 *Dispensatio super validitate matrimonij non extenditur ad liberorum legitimationem.*

Qvæstio XXI.

177 *Legitimatus a principe ante ortum legitimi an succedat in feudis.*

CAP. NATVRALES si de feudo defuncti militis.



1 PRÆMITTENDA est hic distinctio diuersarum specierum naturalium, Spuriorum, vulgo conceptorum, aliqui etiam dicuntur nothi, Bastardi, Manseres, incestuosi, nefarij, Adulterini, & alij eiusdem generis inlegitime nati, quorum differentias recensent Doct. nostri

nostri in titu. C. de naturalib. liber. & in Authen. ex complexu. C. de incestis nuptijs Canonist. in cap. tanta, qui fil. sint legit. Palleot. fusè post omnes in tract. de nothis, & spurijs, cap. 15. cum tribus sequen. & nouissimè Surdus. in tract. de alim: quos videre poteritis. Vnum non omitto recensere pro correctione eorum, quæ dixit hic Afflict. in primo notab. numero tertio, con-
2 fundens terminos naturalis, & spurij. Dico etenim, quod naturalis cum bastardo idem sunt, & confunduntur, suntque nati ex soluto, & soluta, cum quibus matrimonium esse potest, Spurij vero illi dicuntur, qui ex coniugato cum soluta, vel è contra, vel ex coniugato, & coniugata ortum habent, vt per Doctor. in locis citatis, & dum Afflict. naturalem cum spurio confundit, male loquitur, & contra tex. in dicto cap. tanta cum concordantib. nec Ioan. de Imola per eum citatus id cogi
3 tauit, hinc spurij sunt cuiuscunque paternæ substantiæ incapaces quocunque relicti titulo etiam inter viuos dicta Authen. ex complex, & l. fin. C. de naturalib. liber. Naturales verò sunt relicti; & cuiuscunque substantiæ capaces, adeoque a Principe, & per alios varios iuris modos legitimari possunt, & de his naturalibus, siue Bastardis loquitur text. iste statuens, vt in feudo non succedant, & hoc dicit in summa: naturales effecti legitimi, neque soli, nec cum fratrib. in feudo succedunt, ex quo tex.

4 Noto primo, quod naturales filij nati ex soluto, & soluta non succedunt in feudo, vt dicit Ioan. Andr. in Mercur. cap. sine culpa in sexto, & Afflict. hic in primo notab. etiam si postea a Principe fient legitimi, vt infra dicemus, Surd. consilio 109. numero primo, Aluato. numero secundo, rationem assignat, quia agnati tantum ad feuda admittuntur. cap. primo, de successio. feu. isti non sunt agnati, sed cognati l. in hac parte. ff. vnde cogna. ergo repelluntur Gugliel. Pern. feudista subtilis consil. 10. numero tertio, duplicem decidendi tradit rationem: Prima est propter nobilissimam & singularem feudorum naturam, argum. l. iustissimè de ædil. edict. qua videntur indigni nati naturales.

Secunda est ne detur causa feudatarijs fraudes machinandi contra eorum dominos, qui videntes se filijs legitimis priuatos, & feuda deuoluenda esse ad concedentem faciliter accederent, ad concubinas causa generandi filios, & perpetuandi feuda in familijs, & sic domini concedentes fraudarentur Rodul. Schraderi in tracta. de feud. parte 7. cap. 5. numero 19. & 20. Tres decidendi rationes congerit Nicol. Intrigliol. articulo primo, numero 525. Nos tamen a Guglielmo Perno non recedimus. De spurijs non est tractãdum, postquàm ne dum feudalis, sed etiam allodialis paternæ substantiæ sunt omnino incapaces d. Authen. ex complexu.

5 Noto secundo, quod filius legitimatus ex superioris dispensatione ad feuda non succedit, & ad hoc regulariter allegatur text. iste, nisi esset legitimatus cum clausula, vt etiam ad feud. succedere possit, secundum Beluis. Isen. Bald. & alios hic, Et vtrum id in agnatorum præiudicium fieri possit infra, dum tractabitur materia legitimationis ad feuda per rescriptum latè dicemus.

6 Noto tertio, quod feuda quoad ius successionis veritatem, non fictionem respiciunt capit. adoptiuus supra eod. Afflict. hic quinto notab. hoc tamen sanè est intelligendum, vt non procedat in fictione legitimationis per subsequens matrimonium, cuius tanta est vis, quod omnem maculam tollit, paritque effectum, vt a principio coitus matrimonium contractum esse dicatur. Et infra cum Iser. dicemus.

Noto quarto ex tex. ibi ad successionem a contrario sensu, quod naturales postquam ad successionem feudorum non admittuntur, ad minus ex inuestitura vocari possunt, vt hic per Afflic. in 3. not.

7 Vltimo noto regulam sumptam ex tex. quod ea, quæ ab initio non valent tractu temporis non consolidantur l. Imperialem infra de prohibit. alie. per Federic. & Aluar. hic numero secundo, post gloss. & Iacob. de Beluisio, ex-

peditis

pediti textualibus prosequendo Iser. commentum sicut lepra leprosum, quia ab eo tractatur materia legitimationis naturalium ad finem succedendi in feudis per subsequens matrimonium, & per Principis rescriptum, materia profunda, & amplissima. satisque quotidiana: expedit ex feudistarum omnium, aliorumque Doctor. mente per distinctas quæstiones articulos diuidere illasque relatis hinc inde Doctor. sententijs ad partes discutere.

Veritatem enim sine disputatione perquirentes similes sunt nescientibus quo ire debeant, dicit Aristotiles in tertio Metaphisices.

Qvæstio Prima.

8 Aggrediendo itaque prius materiam legitimationis naturalium per subsequens matrimonium explicemus Iser. Comentum, numero 7. versicu. quid ergo, & cum eo quærimus.

Primo vtrum filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium patris, & matris succedat in feudis, præsupponendo desponsationem concubinæ fuisse legitime subsequutam cum sacerdotali benedictione, & in faciem Ecclesiæ publicè seruata hodie sacri Tridentini Concilij forma per prius tradita à lege Regni Sancimus sub titu. de matr. contrah. libro 3. vel cum ordinarij licentia desponsandi in domo in casu infirmitatis vel absentię a Ciuitate, vt quia esset in rure, vbi non esset Ecclesia, & excusaret eum necessitas argumento, l. final. C. de testamen. l. primo, ff. de offic. consul. cap. remissionem §. sed notandum, prima quæst. prima, & idem Isern. in constit. Regni, sancimus, contra filium pro ratione dubitandi Isern. allegat text. nostrum, qui indistinctè loquitur de legitimo facto, & tamen à feudo excluditur.

Secundo adducit ca. primum, infra de filiis natis ex matrimonio ad morgana. contra: Vbi dicitur, quod licet per matris dispensationem sint legitimi in feudo tamen non succedunt ea ratione, quia nati sunt in concubinatu non post dispensationem inquit Isern. quod est irrationabile.

Ego tamen dico, quod non ea ratio-
9 ne ibi filii excluduntur à feudo, quia nati sunt in concubinatu, sed ratione pacti adiecti tempore celebrati matrimonij, vt filii illi non succedant in feudo, quod pactum ab illa Mediolanensi consuetudine improbatum non est, et si irrationabile sit vt infra latius quęstione 18. explicabimus Isern. tamen pro filio concludit, vt in feudo succedat, C. de naturalib. liber. l. nuper, & l. cum quis §. fin. Instit. de nuptiis, tollitur enim tunc per vim matrimonii omnis macula, cap. tanta, qui fil. sint legit. & iuris dispositio generalis est nō distinguens allodium, à feudo, & ita intelligenda Marc. Mantua. consi. 45. num. 16.

Secundo Princeps legitimare potest, vt succedant in feudis si expresse id facit, vt Isern. supra dixit, & nos infra explicando eius commentum cum sua materia legitimationis per Principem dicemus.

Ergo fortior videtur legitimatio introducta à lege diuina exequuta desponsatione matris, & si per hanc legitimationem concurrit frater cum aliis legitimis dicta l. cum quis C. de naturalib. liber. & hoc capit. & simpliciter loquatur de legitimatis tamē per Principem intelligitur, minusque obstat capi. primo, de filiis ad morga. quia ibi excluduntur ratione pacti, vt supra dictum est quamuis id irrationabiliter procedat, hæc Isern. Sequuntur Bald. Afflict. & ante eos Beluis. hic Aluar. & communiter feudistæ Pern. latè cō sil. 10. colum. prima, Author quidam, §. 8. Gloss. quinta, quæstio. septima. & 8. numero 39. Gugliel. in cap. Raynutius, num. 24. Socin. consil. 3. num. 16. libro tertio. Idem Iser. in capit. primo, de filiis natis ex matri. ad morga. Hostien. Ioan. Andr. Abb. num. septimo, & alii in dicto cap. tanta Butr. in capit. lator, tertia columna, qui dicit, quod text. iste loquitur de legitimato per rescriptum, non per subsequens matrimonium Calder. consilio secundo, tit. qui fil. sint legit. Alexan. in l. ex facto §. si quis rogatus 13. colum. ad Trebel.

qui

qui dicit quod hoc communiter tenetur Iaſ. in l. generaliter §. cum autem, num. 10. C. de Inſtitut. & ſubſtitut. & hæc eſt veriſſima, & communis opin. probata aliis iuribus, & rationibus in locis citans præcipuè a Guglielmo Perno, Afflic. & Iaſ. qui pro hac vera, & communi concluſione caſum l. allegat in §. dubitatum Authen. de inceſtis nuptiis, vbi naturales per matrimonium legitimati in omni caſu, & quoad omnia legitimantur. ad idem allegari poſſunt argumenta quæ formabimus in ſequenti quæſt. pro opin. Iſer. Boer. deciſio. 123. num. quarto, latè Siluan. conſilio tertio, num. 49. Cannet. in cap. volentes fol. 174. numero primo, quicquid malè dixerit Lucas in l. fina. C. de his, qui ſpontè munera publi. ſubie. communem ſequitur Anto. Gabriel. titu. de legitimatione concluſio. prima, num. 21. Ferdin. Vaſque de ſucceſſ. progreſſu libro primo, §. ſecundo, numero 51. & 52. Ioan. Petr. Surd. conſil. 210. numero 9. Cumia Siculus in capit. ſi aliquem verſi. non communibus, numero 23. Minad. in conſtitu. in aliquibus verſicu. filiorum, numero primo, Dominus Fabius Anna ſingu. 211. Floria. de Sancto Petro doctè in tertia diſputatione incipien. Baro quidam in primo dubio, & in ſecundo dubio, numero 16. & 22. Bal. conſil. 129. in tertia parte, vbi fatetur hanc eſſe magis receptam ſententiam, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, inquit Dec. conſilio 155. Paris. conſilio 13. numero 46. libro ſecundo, Ripa in l. ex facto §. ſi quis rogatus, numero 48. ad Trebellia. Hieron. Scurph. centuria prima, conſilio primo, Mainerius in l. quoties idem, numero 17. de regulis iuris, Tiraquel. in l. ſi vnquam verſicu. ſuſceperit, numero 64. & quæſtio. 34. numero 54. de iure primogenit. vbi latè cæteros ſuo more coaceruat Curt. in tertia parte, quæſtio. 17. numero 41. & in Camera Imperiali in ardua quadam cauſa ita iudicatum refert Ioachim Miſingerius ſingularium obſeruationum centur. quinta obſeruat. 42. Couarru. de ſponſal. ſecunda parte, cap. 8. §. ſecundo, numero 27. & 30. Franciſ. Sanſob. in hoc cap. naturales, numero nono; Rodulf. Schraderi de feudis parte ſeptima, cap. quinto, numero 21. Mandoſ. regula 18. Cancellariæ, quæſtio. 63. numero quinto, Duen. in regula 350. incipien. filius naturalis Villalob. verſicu. legitimatus, numero 74. in 6. ampliatio. Viuius Soarez, & alij quos cumulat Burſat. conſilio 10. numero ſexto, libro primo, omnium doctiſſime Menoch. conſilio 227. libro tertio, per totum. qui ad partes articulum diſputat Duaren. cap. 11. numero 7. Secus tamen eſt in legitimatis per reſcriptum, quia ad feuda non ſuccedunt niſi cum ſpeciali clauſula vt etiam ad feuda ſuccedant, ſit facta legitimatio: vt per Miſingerium poſt alios, & nos infra in ſua materia fuſius explicabimus non tamen deſunt aliqui pauci, qui contrariam opinionem ſecuti fueſe, vt fuit Angel. conſilio 29. Gloſ. Marini de Caramatico in dicta l. Regni ſancimus, verſicu. ſed quid de filijs, qui allegando tex. iſtum dicit quod in feudalibus fortè procedit; Ioan. Andr. in Nouella. cap. quinto, de translat. prælat. Cyn. & Iacob. de Rauenna in l. ſi contra. C. de nuptijs, & in l. prima de ſecundis nuptijs, dicunt quod cap. tanta procedit in honoribus, & ordinationibus Eccleſiaſticis, & non in ſucceſſionibus iſtorum. aliqua ſophiſtica argumenta tanquam non militantia referre non expedit. Videatis Doctores in locis citatis præſertim citatos per Miſingerium vbi ſupra vltra Menoc. qui doctiſſimè ſolito more loquitur, conſilio 227. libro tertio, poſt Calderinum conſilio quarto, ſub titu. de feudis, qui prædictorum quoque amplectitur opinionem.

Qvæstio Secvnda.

10 QVÆRIT SECVNDO. Iſer. in additione, numero octauo. Vtrum naturalis legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in feudo maioratu, vel emphyteoſi, quando facta eſt inueſtitura, pro te, & hære. ex corpore legitimè deſcendentibus prout eſt regularis Cancellariæ Regni forma, & titulus quæſtionis pro-

procedit etiam in substituto, an per legitimatum huiusmodi excludatur? in hoc articulo maxima vsque ad nostra tempora fuit Peritorum altercatio. Iser. hic tenet legitimatum succedere tanquam in inuestitura comprehensum, & in Constitut. sancimus, quem sequuntur Afflic. hic in quinto notab. a numero 12. ad 26. est de mente Iacobi de Beluis. sequitur hic Præposit. numero quarto, qui dicit, quod communiter Doctor. in cap. lator. qui fil. sint legit. tenent opinio. And. Abb. in capit. tanta, numero septimo, qui fil. sint legit. & in cap. innotuit de electio. Auctor quidam. fusè ad Alexan. consil. 51. libro septimo, Dec. consil, 155. column. fin. plures Canonistæ in dicto capi lator. Ioan. Andr. in dicto capit. tanta Martinus Lauden. hic versicu. quæro an filij legitimari Anton. de Rosel. tracta. de legitimatione libro primo, cap. vltimo, per totum præsertim, numero 13. Curr. in 2. par. tertiæ partis principalis, numero 41. versic. secunda regula sit Præposit. Alexan. in cap. lator versicu. quæro circa prædicta qui fil. sint legit. & alij, quos allegat Gabriel. titu. de legitimatione conclusio. prima, nume. 55. qui dicit hanc esse communem Couarru. vbi supra in præceden. quæst. numero 30. Molina. libro tertio, cap. primo, nume. 10. alios congerit ante eum idem Decius in l. generaliter. §. fin. C. de institu. & substitut. numero 23. & in cap. cum in cunctis de electione, numero 29. Socin. in l. Gallus. §. si eius, numero quinto, versic. tertius casus de liber. & posth. Hippolit. singul. 142. Campeg. de dote prima parte, quintæ principalis, quæstio. 59. in fine Paris. consilio 13. numero 40. libro primo, Ioan. Crot. in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero 82. & 169. de liber. & posthu. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, numero 47. ad Trebellia. qui dicit communem, & ita ante eum testatur Alexand. ibidem, numero 19. Clar. in §. feudum, quæst. 82. versic. sed quid si feudum Gregor. Lopes in l. secunda, tit. 15. partit. 2. in Gl. ver. *fino el hijo mayor.* col. 2. Couar. in epito. super 4. cap. 8. §. secundo, numero 30. Tiraquel. de primogen. quæstione 34. nume. 56. Curt. iun. consil. 136. numero primo, Ruin. 211. numero secundo, libro primo, Ias. in dicta l. generaliter. §. cum autem, columna fin. C. de institu. & substitu. & consilio 168. numero 11. libro quarto, Socin. consilio tertio, numero 16. libro secundo, Brun. consilio 15. numero 17. Siluanus consilio tertio, numero 49. qui magis communem testatur, & plures congerit Rebuff. in pract. benefic. titu. de rescriptis legiti. mixtè, numero 10. idem Ripa in l. si unquam, numero 88. C. de reuocan. donat. Menoch. consil. 174. numero 10. Cephal. 367. numero 51. & 27. quicquid dixerit consil. 364. Io. Thom. de Marin. libro primo, titu. de feudo ex pacto, & prouiden. nouo, nume. 48. Mantica de coniecturis lib. 11. titu. 12. numero tertio, & 16. Boer. decisio. 125. numero quarto, Duenna late in regula 350. filius naturalis legitimatus, numero 8. ampliatio sexta, plures congerit Bursat. consilio 10. numero sexto, Socin. iun. consilio 39. numero 63. libro tertio, Fortunius Garsias in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero 227. & 265. de liber. & posthumis. Rubeus in dicto l. Gallus, §. quidam rectè, numero 162. Alciat. consil. 50. numero secundo, & tertio, qui contrarijs respondet, & hanc communem testatur esse sententiam Marsil. singulari 542. Mandos. regul. 18. quæstio. sexta, numero quinto, Villalob. versic. legitimatus, numero 74. in sexta ampliatio. Rolan. consilio fin. libro secundo, Vinius commun. opinio. ver. filij nati ex legitimo matrimonio. Soarez. versic. legitimatus ob matrimonium Bursat. consilio decimo, numero sexto, libro primo, vbi testatur hanc magis communem, & consilio 18. nume. 3. & consilio 17. per totum. idem testatur Simon de Prætis libro tertio, interpretationum dubitatio. 1. solut. 3. numero 6. Ascan. Clemens de patria potest. cap. 5. numero 57. Boer. consil. 167. numero quarto, libro secundo, doctè defendit Ioan. Petr. Surd. consil. 213. per totum præsertim, numero 9. & 17. libro secundo, Menoch. consilio 227. numero 17. & 18. libro tertio, & de præsumpt. libro quarto, præsumpt. 8 r.

numero nono, vbi de magis communi opinione restatur post Iul. Clar. & alios, & consilio 799. quicquid in oppositum, & male dixerit Marcus Antonius Peregr. in tracta. de fideicommiss. artic. 24. nume. 14. & sequen. post hæc scripta impressus, quo loco alios plures pro hac congerit opinione, numero 14. quamuis ipse in contrariam inclinauerit, communem sequutus fuit Petr. de Gregor. in tract. de concessio. feudi post hæc scripta impresso par. 6. quæstio. 10. nume. 15. & 18. qui Afflict. in constit. Sancimus, columna vltima, uersic. Secunda quæstio Pern, consi. 9. folio 2. & alios allegat, sed omnium doctissimè Menoch. consil. 227. libro tertio, per totum pluribus vtitur medijs ad hanc veram tuendum opinionem, & contrarijs respondet, cui quando casus acciderit, ne contra morem eius theoricam transcribamus recurratis, inclinat Cannetius Siculus feudista in cap. volentes, fol. 179. & sequen. numero nono, vbi ad partes quoque disputauit Ioseph Cumia in cap. si aliquem versi. non communibus, numero 32. Rodulf. Schraderi in tractat. de feud. par. 7. cap. quinto, numero 21. & Nicol. Intrigliol. post hæc scripta impressi de feudis centur. 2. artic. primo, numero 399. Surdus, consil. 213. numero 17. libro secundo, Iacob. Beretta, consilio 33. numero 19. libro primo.

Contrariam opinionem contra legitimatum per subsequens matrimonium quod in tali specie proposita in feudo non succedat, tenet Bal. hic numero quinto, & aliqua consilio 367. libro quinto, Luc. de Penna. fusè in l. eos. C. de his, qui sponte muner. publ. suscep. Hostien. in cap. primo, qui fil. sint legit. Angel. consilio 29. Ioan. de Imola in l. ex facto. §. si quis rogatus ad Trebellia. Alexan. fusè dicto consilio quinto, libro 7. Andr. Barbat. latè in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. non contradicit Aluaro. hic per suam distinctionem Butr. in cap. per venerabilem versic. alius est effectus, qui fil. sint legit. & alij, quos latè allegat Anton. Gabriel commun. opinio. titu. de legitimatione, conclusione prima, numero 55. alios pro, & contra hanc opinio. congerit Couar. secunda parte de sponsal. cap. 8. §. secundo, numero 25. alios refert, & sequitur Anna in repet. Rubricæ de vassal. decrep. ætat. numero 429. & 430. & præsertim Ruin. late pro hac opinio. pugnat consilio 92. numero 12. libro tertio, Roman. consilio 367. Curt. sen. consilio 55. in secundo dubio præcipuè, numero 22. Rolan. consilio vltimo, nume. 39. columna secunda, & neuissimè omnium latius disputat, & pro hac opinione pugnat Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 24. ferè per totum præsertim, numero 14. & sequen. qui decem hinc inde congerit argumenta pluresque Doctores pro hac opinione, numero 25. cui recurratis. & ita iudicatum refert Thesaurus decis. 196. & iterum idem Peregrinus, numero 46. sequitur Camillus Gallineus de verborum signific. libro 9. capitu. 19. numero 9. Ioan. Petrus Surdus tandem cæteros congerit decis. 319. latè Menoch. consilio 15 & 16. libro primo, latissimè ante eos Laurentius Siluanus, consilio tertio, numero 49. & sequent. vsque ad numerum 51. in fine ibi pro hac pugnat opinione, in qua residet idem Menoch. libro quarto, præsumpt. 81. nu. 12.

Argumenta quibus Bald. & sequaces vtuntur in subiectis breuiter restringuntur, hæc verba, pro te, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus respiciunt principium geniture, seu conceptionis, & natiuitatis, vt tunc sint legitimi, & non fiant ex post facto l. nuper, C. de naturalibus liber. Sed scripturas extendere non est nostrum, l. contractus de fide Instrum. C. ergo sub hac forma legitimati, quamuis uerè legitimi fiant, non tamen comprehenduntur, item respiciunt principiũ natiuitatis dicendo ad filios ex tuo corpore legitimè descendentes, sed legitimatus non descendit legitimè ex corpore, quamuis legitimus sit, argumento l. filius, de verbor. oblig. ergo, &c.

Tertio ponderant verba Butrij in dicto cap. tanta dicentis legitimatum haberi pro legitimo, & hoc fit per fictionem ponderando dictionem (haberi) qua vtitur Pontifex, ergo cum sit

verè

verè natus legitimus, vt inuestitura so
nat, quia verba legis ponderanda sunt
Esaia. 33. cap. non includitur in inue-
stitura.

Quarto differunt quempiam legi-
timum esse, vel fingi legitimum, &
omni Iure frui quod leges legitimis
concesserunt Archid. in capitu. 2. de
fil. Presbyt. in sexto, & probatur in l.
prima, §. si vir vxori de acquiren. poss.
l. denique ex quibus cau. maior.

11 Sed Princeps concedens feudum
sub prædicta forma de verè utique le-
gitimatis iuris fictione intellexit er
go, &c. argum. l. fin. C. de his, qui ve-
niam. & alij, si de eis intellexisset, ex-
pressisset l. vnica, §. sin autem C. de ca
duc. tollen. neque omissa supplere pos
sumus, capitu. susceptum de rescriptis
in sexto.

Quinto concessio pro te, & hæredi-
bus simpliciter complectitur hæredes
legitimos per subsequens matrimo-
nium, ergo adiectio illa, ex corpore le-
12 gitime descendentibus, debet aliquid
operari, quia nullum verbum in iure
debet esse sine actu operandi Bald. in
rubric. C. de contrahen. empt. & l. fal-
sus, C. de furtis, ergo ratione adiuncti
excluditur legitimatus, ponderant e-
tiam cap. primo, de natis ex matrimo.
ad morganat. contra, aliqua similia ad-
ducit Alexan. dicto consilio quinto, li-
bro septimo, ad probandum legitima-
tum per subsequens matrimonium
non excludere substitutum, quæ vti
parum militantia non refero & ante
eum Bald. consilio 367. libro quinto,
plura tamen refert Peregri. postea im-
pressus de fideicomm. artic. 24. nume.
25. & sequent.

Isern. vero ad probandum eius com
munem opinionem vtitur his arguen
di modis, obstaculum quod erat tem-
pore natiuitatis non erat impurgabile
postquam ex soluto & soluta natus
13 est, sed subsequens matrimonium om
nem maculam purgauit, & quoad om
nia naturalis iste effectus est legiti-
mus dicto cap. tanta qui fil. sint legit.
ergo tanquam legitimus, & in inuesti
tura comprehensus in feudo succe-
dit.

Secundo recedente macula per sub
sequens matrimonium perinde est, ac
si nunquam macula fuisset, l. quod ita,
ff. de ædil. edic. macula recessit ergo,
& cæt.

Tertiò in natiuitate liberi istius ta-
citè inest legitimatio, Si mater despon
saretur, sicut tacitè inest tempus, &
conditio etiam si non verbis exprima-
tur l. prima, de condit. & demonst. l. in
terdum de verbo. obligat. quando id,
quod inest, euenit, etsi non sit merè cō
ditionale, quantum ad hoc expresso
conditioni æquiperatur vt trahatur
retro l. conditiones extrinsecus de cō-
dit. & demonstrat. l. qui balneum ff.
qui potior in pignor. hab. in princip.
quam inducit hic Isern. desponsatio se
quuta fuit. Ergo, &c.

Quarto in natiuitate istius natura-
lis, si mater duraret in Concubinatu,
alias non l. si pro parte §. versum, ff. de
in rem ver. non durauit in concubina
tu, ergo, &c.

14 Quinto legitimatio prolis, & filio-
rum pertinet ad Ecclesiam, & forum
eius non ad Principes sæculares capi-
tuam de ordine cogni. Ecclesia, & Ca
nones fatentur, vim matrimonij tan-
tam esse, vt efficiantur legitimi, qui nō
erant, non distinguendo in feudo, vel
allodio, hæc diuersitatis ratio assignari
potest, Ergo idem in vtroque esse de-
bet l. a Titio, de verb. obliga.

Hæc Isern. & vltra eum confirma-
tur conclusio optimo simili promouē-
dus ad Episcopatum debet esse natus
de legitimo matrimonio cap. cum in
15 cunctis de electio. ibi, & de legitimo
matrimonio sit natus, sed legitimatus
per subsequens matrimonium admit-
titur, & potest eligi Episcopus Gloss.
communiter approbata, quæ articu-
lum ad partes disputat in capit. inno-
tuit versic. coniugata, eodem titu. de
electio. Ergo ita legitimatus per sub-
sequens matrimonium tanquam legi
time natus ad feudum admittitur,
quia verba cum effectu sunt intelli-
genda cap. relatum de clericis non re-
sidentibus cap. debitum in vltima gl.
de bigamis.

Septimo adducitur text. in §. reli-
qui Authent. quib. mod. natural. effici.
sui, vbi dicitur, quod naturales effecti

QVÆSTIO IV.

QVÆSTIO V.

QVÆSTIO VI.

QVÆSTIO VII.

65 Ætas,

65 *Ætas, vel generandi difficultas, ac sterilitas, matrimonium non impediunt, & numero 80.*

66 *Distinguitur propositum thema in duos articulos.*

67 *Legitimatio est matrimonij validi effectus.*

68 *Causa valida, et legitima parit effectum validum, & è contra, præsupposito effectu valido demonstratur causa validitas demostratione, Quia.*

69 *Matrimonij vis omnem maculam tollit, siue sit præsumpta, siue probata.*

70 *Legitimatus per sequens matrimonium substitutum excludit, & num. 89.*

71 *Matrimonium in mortis articulo contractum non sufficit ad inducendam fraudis præsumptionem, quod contractum sit ad excludendum substitutos, fiscum, vel Agnatos remotiores a feudi successione secundum communem.*

72 *Fraus quælibet præsumpta, vel probata non sufficit ad impediendum effectum matrimonij, qui est legitimatio.*

73 *Fraus in aliquibus actibus a lege toleratur, & dum contrahentes eorum iuribus vtuntur, nemini iniuriam inferunt.*

74 *Fraus toleratur in donatione rei emptæ in fraudem congrui.*

75 *Fraus item toleratur in delinquente effecto Clerico, vel Monacho post commissum crimen ad euitandum temporalem forum.*

76 *Decisionis Præsid. de Franch. 209. & 384. vera ratio assignatur, & fraudis argumentum ab eo propositum, & non solutum eneruatur.*

77 *Legitimatio per sequens matrimonium non fit per viam dispensationis.*

78 *Vnus, idemque homo partim legitimus, partim naturalis esse nequit, num. 130.*

79 *In dubio pro statu liberorum eorum fauore semper iudicandum.*

81 *Natura hominis, non valetudo, vel temporale impedimentum tempore celebrati actus consideratur.*

82 *Matrimonium spirituale, vt est Religionis ingressus magnam habet potentiam; carnalis tamen a qui perari nequit.*

83 *Grauatus restituere, si sine liberis ex se natis decesserit, si Monasterium ingrediatur, substitutus vocatur.*

84 *Religionis ingressus operari non potest, vt Monasterium vocetur filius ingressi.*

86 *Matrimonium in articulo mortis contractum nullius est momenti, quando nedum corpore, sed etiam intellectiua potentia quispiam ex contrahentibus infirmatur.*

87 *Prolis spes, quo modo consideratur.*

90 *Quæ licita sunt in vita regulariter etiam in mortis articulo permittuntur.*

QVÆSTIO VIII.

91 *Matrimonium contractum in decrepita ætate, vtrum naturales legitimos faciat, & ad feuda successibiles.*

92 *Decrepita ætas est continua infirmitas.*

93 *Statutum loquens de Infirmo in sene verificatur.*

94 *Senectus per se ipsa morbus est naturalis, cum multa incommoda, plurimaque imbecillitates secundum Aristotelem.*

QVÆSTIO IX.

96 *Nati sub figura matrimonij vtrum in feudo succedant, præsertim si concessio sit sub illo tenore pro se, & hæredibus suis ex corpore legitime, vel ex legitimo matrimonio descendentibus.*

97 *Matrimonium contractum palam, & bona fide, vno ad minus ignorante impedimenta facit filios sub eius figura natos esse legitimos.*

98 *Matrimonium clandestinè contractum nullius est virtutis, etiam si vterque impedimentum ignorauerit.*

99 *Matrimonium etiam publice contractum est nullum, vtroque sciente legitimum impedimentum.*

100 *Scientia hæc præsumitur, probata fama per ciuitatem.*

QVÆSTIO X.

101 *Concubina cum qua sequitur matrimonium ad finem legitimandi naturales etiam in feudis, vtrum debeat esse in domo retenta, vel simplex accessus ad coitum sufficiat.*

102 *Legitimatio naturalium secundum Canones non ciuiles leges iudicari dēt, et 105.*

103 *Legitimatio naturalium secundum Canones, quæ requirit.*

104 *Instrumenta dotalia iure diuino ad essentiam matrimonij non requiruntur, & latius, numero 115.*

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

106 *Naturalis vtrum in feudo succedat, quãdo facta est inuestitura pro se, & filijs natis, & nascituris Domino sciente concessionarium tempore concessionis alios filios legitimos non habuisse, nisi naturalem.*

107 *Scientia Domini auget effectum, qui propter ignorantiam deficeret.*

108 *Naturalis; seruus; & etiam infamis, sunt feudi capaces Domino sciente.*

109 *Princeps inuestiens naturalem ex certa scientia videtur incapacitati dispensare.*

QVÆSTIO XII.

110 *Agnati vtrum in feudo nouo Clerico in sacris existenti concesso pro se, & hæredibus succedant.*

QVÆSTIO XIII.

111 *Nepotes legitimi nati ex filio naturali, vtrum in feudo Auerno succedant.*

112 *Summa cum natura, qua sæpius vtitur Iser. quæ sit.*

113 *Nepotes legitimi nati ex naturali filio in allodialibus non succedunt.*

114 *Successio ex testamento in feudalibus denegatur.*

QVÆSTIO XIIII.

115 *Legitimatio per subsequens matrimonium, an requirat nuptialia instrumenta, vt naturales fiãt successibiles in feudis.*

116 *Forma tradita a lege Regni sancimus in matrimonijs nobilium feudatariorum contrahendis, an seruanda sit, & ea non seruata feudalium successio vtrum legitimanti denegetur.*

117 *Princeps sæcularis non potest in matrimonijs contrahendis solemnitates aliquas præter, vel contra Ius Canonicum introducere.*

Nec in successione liberorum nascentium ex illo matrimonio.

118 *Ius Canonicum pugnans cum ciuili quomodo conciliandum.*

119 *Spiritualium decisio cum annexis, & dependentibus ad Ecclesiasticum forum pertinet.*

120 *Succedendi potentia a Iure Ciuili dependentiam habet, & quomodo, numero 135.*

121 *Iuris Canonici est iudicare de matrimonij validitate, & 127.*

122 *Sæcularis Princeps in spiritualibus se intromittere nequit.*

123 *Princeps Sæcularis in dubio cum iure Canonico se conformat in materia spirituali.*

124 *Matrimonium sine consensu Patris Iure Canonico contrahi potest.*

125 *Legitimatio per sequens matrimonium, & successibilitas, sunt indiuidua, & inseparabilia, & 128.*

126 *Legitimatus per sequens matrimonium etiam in Terris Imperij est legitimus, secus in legitimato per Pontificis rescriptum, & num. 137.*

129 *Legitimatus per sequens matrimonium ad Episcopales dignitates admittitur, & 142.*

131 *Legitimus pro parte nemo esse potest, ratione formæ, & status indiuidui.*

132 *Natus pendente lite circa matrimonij validitatem est legitimus, et successibilis.*

133 *Princeps Sæcularis principaliter, nec accessorie in matrimonijs aliquid statuere potest.*

134 *Iuris Canonici extrema requisita in legitimatione naturalium per sequens matrimonium.*

135 *Instrumenta nuptialia non sunt de essentia matrimonij, sed ad futuram memoriam fieri solent.*

138 *Cancerij error notatur.*

QVÆSTIO XV.

139 *Legitimatus per sequens matrimonium an succedat in feudis dignitatum, & ad Regnum ipsum.*

140 *Ioan. Vinc. de Anna doctrina corripitur.*

141 *Legitimatus per rescriptum cum clausula, vt etiam ad feuda succedat, adhuc non succedit ad feuda titulata, et regalia.*

143 *Filij vt sint feudorum successibiles debẽt esse Regi, Deoque opt. max. fideles.*

QVÆSTIO XVI.

144 *Naturales nati ex clericis in minoribus constitutis, vel ex monachis infra Professionis annum, an per sequens matrimonium legitimentur, et ad feuda succedãt.*

145 *Ma-*

145 *Matrimonij extrema duo sunt, quod coitus tempore potuerit esse matrimonium & quod uterque sit liber tempore secuti matrimonij quicquid intermedij fuerit, & infrà, numero 148.*

146 *Christianum cum Iudæis, Paganis, & id genus matrimonia contrahere nequeunt.*

147 *Spurij per sequens legitimum matrimonium non legitimantur.*

148 *Matrimonium intermedium, an impediat naturalis legitimationem per aliud sequens matrimonium.*

QVÆSTIO XVII.

149 *Legitimatio per sequens matrimonium ad instar translatiuæ fictionis duo extrema requirit.*

150 *Matrimonium sequens vtrum contrahi possit cum pacto, vt aliquis ex naturalibus anteà natis, vel omnes non legitimentur, vel ad feuda non succedant.*

QVÆSTIO XVIII.

151 *Consensus naturalium an requiratur in eorum legitimatione per sequens matrimonium.*

152 *Beneficium in inuitum non confertur, & quo modo, numero 169.*

153 *Filius contradicere potest ne in patriam potestatem reducatur.*

154 *Qui potest liberè producere causam, potest liberè quoque producere effectum.*

155 *Pater potest filijs inuitis matrimonium cum Concubina contrahere.*

156 *Infans furiosus, & existens in vtero per sequens matrimonium legitimari potest.*

157 *Legitimatio per sequens matrimonium etiam inuitis filijs fieri potest.*

158 *Actus legitimus per sui receptionem conditionem non recipit.*

159 *Matrimonij fauori contrahentes renunciare nequeunt.*

160 *Legitimationem fieri Republica interest.*

161 *Emancipatio, & legitimatio à pari procedunt.*

162 *Legitimatio Spiritualis fortior est legitimatione per rescriptum.*

163 *Conditiones turpes, & impossibiles a matrimonijs reijciuntur.*

164 *Error paruus in principijs magnus est in fine.*

165 *Legitimationis quidditas, seu essentia, quæ sit.*

166 *Legitimatio est effectus indiuiduus a sacramento matrimonij ortum habens ex eius vi & potentia.*

167 *Causa valida parit effectum validum.*

168 *Successionis ius vtrum a legitimatione distingui, & separari possit.*

170 *Quod principaliter agitur in quali dispositione attenditur.*

171 *Consensus filiorum requiritur in legitimatione per rescriptum, & similibus.*

172 *Cap. vnicum de filijs natis ex matrimonio ad morganaticam est irrationabile.*

173 *Concubina debent ne esse soluta tempore coitus, vel sufficiat tempus partus, vel ventris, vt sequuto posteà matrimonio naturales legitimentur, & ad feuda succedant.*

QVÆSTIO XIX.

174 *Status liberorum ille est attendendus, qui eisdem vtilior erit eorum fauore.*

QVÆSTIO XX.

175 *Matrimonium sequens cum Pontificis dispensatione an legitimet Spurios anteà natos, & vtrum ad feuda succedant.*

176 *Dispensatio super validitate matrimonij non extenditur ad liberorum legitimationem.*

QVÆSTIO XXI.

177 *Legitimatus a principe ante ortum legitimi an succedat in feudis.*

CAP. NATVRALES si de feudo defuncti militis.

1 PRÆMITTENDA est hic distinctio diuersarum specierum naturalium, Spuriorum, vulgo conceptorum, aliqui etiam dicuntur nothi, Bastardi, Manseres, incestuosi, nefarij, Adulterini, & alij eiusdem generis inlegitime nati, quorum differentias recensent Doct. nostri

nostri in titu. C. de naturalib. liber. & in Authen. ex complexu. C. de incestis nuptijs Canonist. in cap. tanta, qui fil. sint legit. Palleot. fusè post omnes in tract. de nothis, & spurijs, cap. 15. cum tribus sequen. & nouissimè Surdus. in tract. de alim. quos videre poteritis.

Vnum non omitto recensere pro correctione eorum, quæ dixit hic Afflict. in primo notab. numero tertio, con-
2 fundens terminos naturalis, & spurij. Dico etenim, quod naturalis cum bastardo idem sunt, & confunduntur, suntque nati ex soluto, & soluta, cum quibus matrimonium esse potest, Spurij vero illi dicuntur, qui ex coniugato cum soluta, vel è contra, vel ex coniugato, & coniugata ortum habent, vt per Doctor. in locis citatis, & dum Afflict. naturalem cum spurio confundit, male loquitur, & contra tex. in dicto cap. tanta cum concordantib. nec Ioan. de Imola per eum citatus id cogi-
3 tauit, hinc spurij sunt cuiuscunque paternæ substantiæ incapaces quocunque relicti titulo etiam inter viuos dicta Authen. ex complex, & l. fin. C. de naturalib. liber. Naturales verò sunt relicti, & cuiuscunque substantiæ capaces, adeoque a Principe, & per alios varios iuris modos legitimari possunt, & de his naturalibus, siue Bastardis loquitur text. iste statuens, vt in feudo non succedant, & hoc dicit in summa: naturales effecti legitimi, neque soli, nec cum fratrib. in feudo succedunt, ex quo tex.

4 Noto primo, quod naturales filij nati ex soluto, & soluta non succedunt in feudo, vt dicit Ioan. Andr. in Mercur. cap. sine culpa in sexto, & Afflict. hic in primo notab. etiam si postea a Principe fient legitimi, vt infra dicemus, Surd. consilio 109. numero primo, Aluaro. numero secundo, rationem assignat, quia agnati tantum ad feuda admittuntur. cap. primo, de successio. feu. isti non sunt agnati, sed cognati l. in hac parte. ff. vnde cogna. ergo repelluntur Gugliel. Pern. feudista subtilis consil. 10. numero tertio, duplicem decidendi tradit rationem: Prima est propter nobilissimam & singularem feudorum naturam, argum. l. iustissimè de ædil. edict. quia videntur indigni nati naturales.

Secunda est ne detur causa feudatarijs fraudes machinandi contra eorum dominos, qui videntes se filijs legitimis priuatos, & feuda deuoluenda esse ad concedentem faciliter accederent, ad concubinas causa generandi filios, & perpetuandi feuda in familias, & sic domini concedentes fraudarentur Rodul. Schraderi in tracta. de feud. parte 7. cap. 5. numero 19. & 20.

Tres decidendi rationes congerit Nicol. Intrigliol. articulo primo, numero 525. Nos tamen a Guglielmo Perno non recedimus. De spurijs non est tractandum, postquam nedum feudalis, sed etiam allodialis paternæ substantiæ sunt omnino incapaces d. Authen. ex complexu.

5 Noto secundo, quod filius legitimatus ex superioris dispensatione ad feuda non succedit, & ad hoc regulariter allegatur text. iste, nisi esset legitimatus cum clausula, vt etiam ad feud. succedere possit, secundum Beluisi. Iser. Bald. & alios hic, Et vtrum id in agnatorum preiudicium fieri possit infra, dum tractabitur materia legitimationis ad feuda per rescriptum latè dicemus.

6 Noto tertio, quod feuda quoad ius successionis veritatem, non fictionem respiciunt capit. adoptiuus supra eod. Afflict. hic quinto notab. hoc tamen sanè est intelligendum, vt non procedat in fictione legitimationis per subsequens matrimonium, cuius tanta est vis, quod omnem maculam tollit, paritque effectum, vt a principio coitus matrimonium contractum esse dicatur. Et infra cum Iser. dicemus.

Noto quarto ex tex. ibi ad successionem a contrario sensu, quod naturales postquam ad successionem feudorum non admittuntur, ad minus ex inuestitura vocari possunt, vt hic per Afflic. in 3. not.

7 Vltimo noto regulam sumptam ex tex. quod ea, quæ ab initio non valent tractu temporis non consolidantur l. Imperialem infra de prohibit. alie. per Federic. & Aluar. hic numero secundo, post gloss. & Iacob. de Beluisio, ex-

peditis

peditis textualibus prosequendo Isern. commentum sicut lepra leprosum, quia ab eo tractatur materia legitimationis naturalium ad finem succedendi in feudis per subsequens matrimonium, & per Principis rescriptum, materia profunda, & amplissima, satisque quotidiana: expedit ex feudistarum omnium, aliorumque Doctor. mente per distinctas quaestiones articulos diuidere illasque relatis hinc inde Doctor. sententijs ad partes discutere.

Veritatem enim sine disputatione perquirentes similes sunt nescientibus quo ire debeant, dicit Aristotiles in tertio Metaphisices.

QVAESTIO PRIMA.

8 Aggrediendo itaque prius materiam legitimationis naturalium per subsequens matrimonium explicemus Iser. Comentum, numero 7. versicu. quid ergo, & cum coquaerimus.

Primo vtrum filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium patris, & matris succedat in feudis, praesupponendo desponsationem con cubinae fuisse legitime subsequutam cum sacerdotali benedictione, & in faciem Ecclesiae publicè seruata hodie sacri Tridentini Concilij forma per prius tradita à lege Regni Sancimus sub titu. de matr. contrah. libro 3. vel cum ordinarij licentia desponsandi in domo in casu infirmitatis vel absentię a Ciuitate, vt quia esset in rure, vbi non esset Ecclesia, & excusaret eum necessitas argumento, l. final. C. de testamen. l. primo, ff. de offic. consul. cap. remissionem §. sed notandum, prima quaest. prima, & idem Isern. in constit. Regni, sancimus, contra filium pro ratione dubitandi Isern. allegat text. nostrum, qui indistinctè loquitur de legitimo facto, & tamen à feudo excluditur.

Secundo adducit ca. primum, infra de filiis natis ex matrimonio ad morganat. contra: Vbi dicitur, quod licet per matris dispensationem sint legitimi in feudo tamen non succedunt ea ratione, quia nati sunt in concubinatu non post dispensationem inquit Isern. quod est irrationabile.

9 Ego tamen dico, quod non ea ratione ibi filii excluduntur à feudo, quia nati sunt in concubinatu, sed ratione pacti adiecti tempore celebrati matrimonij, vt filii illi non succedant in feudo, quod pactum ab illa Mediolanensi consuetudine improbatum non est, et si irrationabile sit vt infra latius quę stione 18. explicabimus Isern. tamen pro filio concludit, vt in feudo succedat, C. de naturalib. liber. l. nuper, & l. cum quis §. fin. Institu. de nuptiis, tollitur enim tunc per vim matrimonii omnis macula, cap. tanta, qui fil. sint legit. & iuris dispositio generalis est nô distinguens allodium, à feudo, & ita intelligenda Marc. Mantua. consi. 45. num. 16.

Secundo Princeps legitimare potest, vt succedant in feudis si expresse id facit, vt Isern. supra dixit, & nos infra explicando eius commentum cum sua materia legitimationis per Principem dicemus.

Ergo fortior videtur legitimatio introducta à lege diuina exequuta desponsatione matris, & si per hâc legitimationem concurrit frater cum alliis legitimis dicta l. cum quis C. de naturalib. liber. & hoc capit. & simpliciter loquatur de legitimatis tamê per Principem intelligitur, minusque obstat capi. primo, de filiis ad morga. quia ibi excluduntur ratione pacti, vt supra dictum est quamuis id irrationabiliter procedat, haec Isern. Sequuntur Bald. Afflict. & ante eos Beluis. hic Aluar. & communiter feudistae Pern. latè cô sil. 10. colum. prima, Authorquidam, §. 8. Gloss. quinta, quaestio. septima. & 8. numero 39. Gugliel. in cap. Raynutius, num. 24. Socin. consil. 3. num. 16. libro tertio. Idem Iser. in capit. primo, de filiis natis ex matri. ad morga. Hostien. Ioan. Andr. Abb. num. septimo, & alii in dicto cap. tanta Butr. in capit. lator, tertia columna, qui dicit, quod text. iste loquitur de legitimato per rescriptum, non per subsequens matrimonium Calder. consilio secundo, tit. qui fil. sint legit. Alexan. in l. ex facto §. si quis rogatus 13. colum. ad Trebel.

qui

qui dicit quod hoc communiter tenetur Iaf.in l.generaliter §. cum autem, num.10.C.de Institut.& substitut. & hæc est verissima, & communis opin. probata aliis iuribus, & rationibus in locis citatis præcipuè a Guglielmo Perno, Afflic.& Iaf. qui pro hac vera, & communi conclusione casum l. allegat in §.dubitatum Authen. de incestis nuptiis, vbi inaturales per matrimonium legitimati in omni casu, & quoad omnia legitimantur. ad idem allegari possunt argumenta quæ formabimus in sequenti quæst. pro opin. Iser. Boer.decisio.123.num.quarto,latè Siluan.consilio tertio,num.49.Cannet.in cap.volentes fol. 174. numero primo,quicquid malè dixerit Lucas in l.fina.C.de his, qui spontè munera publi.subie.communem sequitur Anto. Gabriel.titu.de legitimatione conclusio.prima,num.21. Ferdin. Vasque de success.progressu libro primo,§. secundo,numero 51.& 52.Ioan.Petr. Surd. consil.210.numero 9. Cumia Siculus in capit.si aliquem versi.non communibus,numero 23.Minad.in constitu. in aliquibus versicu.hliorum,numero primo,Dominus Fabius Anna singu. 111.Floria. de Sancto Petro doctè in tertia disputatione incipien.Baro quidam in primo dubio,& in secundo dubio,numero 16.& 22.Bal.consil. 129. in tertia parte, vbi fatetur hanc esse magis receptam sententiam, & ab ea non esse recedendum in iudicando,& consulendo,inquit Dec. consilio 155. Paris.consilio 13.numero 46.libro secundo, Ripa in l. ex facto §.si quis rogatus, numero 48. ad Trebellia.Hieron. Scurph. centuria prima, consilio primo, Mainerius in l. quoties idem, numero 17.de regulis iuris, Tiraquel. in l.si vnquam versicu. susceperit, numero 64.& quæstio.34.numero 54.de iure primogenit. vbi latè cæteros suo more coaceruat Curt. in tertia parte, quæstio.17. numero 41. & in Camera Imperiali in ardua quadam causa ita iudicatum refert Ioachim Misingerius singularium obseruationum centur. quinta obseruat. 42. Couarru. de sponsal.secunda parte,cap.8.§. secundo,numero 27.& 30.Francis. Sansob. in hoc cap. naturales, numero nono; Rodulf. Schraderi de feudis parte septima,cap. quinto, numero 21.Mandos.regula 18.Cancellariæ,quæstio.6. numero quinto, Duen. in regula 350. incipien.filius naturalis Villalob.versicu.legitimatus, numero 74.in 6.ampliatio. Viuius Soarez, & alij quos cumulat Bursat.consilio 10. numero sexto, libro primo, omnium doctissime Menoch.consilio 227. libro tertio,per totum. qui ad partes articulum disputat Duaren.cap.11.numero 7. Secus tamen est in legitimatis per rescriptum,quia ad feuda non succedunt nisi cum speciali clausula vt etiam ad feuda succedant, sit facta legitimatio: vt per Misingerium post alios, & nos infra in sua materia fusius explicabimus non tamen desunt aliqui pauci, qui
contrariam opinionem sequuti fuere, 9
vt fuit Angel.consilio 29.Glos.Marini de Caramatico in dicta l.Regni sancimus,versicu. sed quid de filijs, qui allegando tex.istum dicit quod in feudalibus fortè procedit; Ioan.Andr. in Nouella.cap. quinto, de translat. prælat. Cyn. & Iacob. de Rauenna in l. si contra. C. de nuptijs, & in l. prima de secundis nuptijs, dicunt quod cap. tanta procedit in honoribus, & ordinationibus Ecclesiasticis, & non in successionibus istorum. aliqua sophistica argumenta tanquam non militantia referre non expedit. Videatis Doctores in locis citatis præsertim citatos per Misingerium vbi supra vltra Menoc. qui doctissimè solito more loquitur, consilio 227. libro tertio, post Calderinum consilio quarto,sub titu.de feudis, qui prædictorum quoque amplectitur opinionem.

Qvæstio Secvnda.

10 QVÆRIT SECVNDO. Iser.in additione,numero octauo. Vtrum naturalis legitimatus per subsequens matrimonium succedat in feudo maioratu, vel emphyteosi, quando facta est inuestitura,pro te, & hære. ex corpore legitimè descendentibus prout est regularis Cancellariæ Regni forma, & titulus quæstionis pro-

procedit etiam in substituto, an per le
gitimatum huiusmodi excludatur? in
hoc articulo maxima vsque ad nostra
tempora fuit Peritorum altercatio.
Iser. hic tenet legitimatum succedere
tanquam in inuestitura comprehen-
sum, & in Constitut. sancimus, quem
sequuntur Afflic. hic in quinto notab.
a numero 12. ad 26. est de mente Iaco
bi de Beluis. sequitur hic Præposit. nu-
mero quarto, qui dicit, quod communi
ter Doctor. in cap. lator. qui fil. sint le-
git. tenent opinio. And. Abb. in capit.
tanta, numero septimo, qui fil. sint le-
git. & in cap. innotuit de electio. Au-
ctor quidam. fusè ad Alexan. consil. 5.
libro septimo, Dec. consil. 155. colum-
na fin. plures Canonistæ in dicto capi.
lator. Ioan. Andr. in dicto capit. tanta
Martinus Lauden. hic versicu. quæro
an filij legitimati Anton. de Rosel. trà
cta. de legitimatione libro primo, cap.
vltimo, per totum præsertim, nume-
ro 13. Curt. in 2. par. tertiæ partis prin-
cipalis, numero 41. versic. secunda re-
gula sit Præposit. Alexan. in cap. lator
versicu. quæro circa prædicta qui fil.
sint legit. & alij, quos allegat Gabriel.
titu. de legitimatione conclusio. pri-
ma, nume. 55. qui dicit hanc esse com-
munem Couarru. vbi supra in præce-
den. quæst. numero 30. Molina. libro
tertio, cap. primo, nume. 10. alios con-
gerit ante eum idem Decius in l. gene
raliter. §. fin. C. de institu. & substitut.
numero 23. & in cap. cum in cunctis
de electione, numero 29. Socin. in l.
Gallus. §. si eius, numero quinto, vers.
tertius casus de liber. & posth. Hippo-
lit. singul. 142. Campeg. de dote prima
parte, quintæ principalis, quæstio. 59.
in fine Paris. consilio 13. numero 40.
libro primo, Ioan. Crot. in l. Gallus, §.
& quid si tantum, numero 82. & 169.
de liber. & posthu. Ripa in l. ex facto,
§. si quis rogatus, numero 47. ad Tre-
bellia. qui dicit communem, & ita an-
te eum testatur Alexand. ibidem, nu-
mero 19. Clar. in §. feudum, quæst. 82.
versic. sed quid si feudum Gregor. Lo-
pes in l. secunda, tit. 15. partit. 2. in Gl.
ver. *sino el hijo mayor.* col. 2. Couar. in
epito. super 4. cap. 8. §. secundo, nume-
ro 30. Tiraquel. de primogen. quæstio-
ne 34. nume. 56. Curt. iun. consil. 136.
numero primo, Ruin. 211. numero se
cundo, libro primo, Ias. in dicta l. gene
raliter. §. cum autem, columna fin. C.
de institu. & substitu. & consilio 168.
numero 11. libro quarto, Socin. consi-
lio tertio, numero 16. libro secundo,
Brun. consilio 15. numero 17. Siluanus
consilio tertio, numero 49. qui magis
communem testatur, & plures conge
rit Rebuff. in pract. benefic. titu. de re
scriptis legiti. mixtè, numero 10. idem
Ripa in l. si unquam, numero 88. C. de
reuocan. donat. Menoch. consil. 174.
numero 10. Cephal. 307. numero 51.
& 27. quicquid dixerit consil. 364. Io.
Thom. de Marin. libro primo, titu. de
feudo ex pacto, & prouiden. noto, nu-
me. 48. Mantica de coniecturis lib. 11.
titu. 12. numero tertio, & 16. Boer. de-
cisio. 125. numero quarto, Duenna la-
te in regula 350. filius naturalis legiti-
matus, numero 8. ampliatio sexta, plu
res congerit Bursat. consilio 10. nume-
ro sexto, Socin. iun. consilio 39. nume
ro 65. libro tertio, Fortunius Garsias
in l. Gallus, §. & quid si tantum, nume
ro 227. & 265. de liber. & posthumis.
Rubeus in dicto l. Gallus, §. quidam
rectè, numero 162. Alciat. consil. 50.
numero secundo, & tertio, qui contra-
rijs respondet, & hanc communem te
statur esse sententiam Marsil. singula
ri 542. Mandos. regul. 18. quæstio. sex-
ta, numero quinto, Villalob. versic. le-
gitimatus, numero 74. in sexta amplia
tio. Rolan. consilio fin. libro secundo,
Viuius commun. opinio. ver. filij nati
ex legitimo matrimonio. Soarez. ver-
sic. legitimatus ob matrimonium Bur
sat. consilio decimo, numero sexto, li-
bro primo, vbi testatur hanc magis
communem, & consilio 18. nume. 3.
& consilio 17. per totum. idem testa-
tur Simon de Prætis libro tertio, inter
pretationum dubitatio. 3. solut. 3. nu-
mero 6. Ascan. Clemens de patria po-
test. cap. 5. numero 57. Boer. consil. 167.
numero quarto, libro secundo, doctè
defendit Ioan. Petr. Surd. consil. 213.
per totum præsertim, numero 9. & 17.
libro secundo, Menoch. consilio 227.
numero 17. & 18. libro tertio, & de
præsumpt. libro quarto, præsumpt. 81.

numero nono, vbi de magis communi opinione testatur post Iul. Clar. & alios, & consilio 799. quicquid in oppositum, & male dixerit Marcus Antonius Peregr. in tracta. de fideicommis. artic. 24. nume. 14. & sequen. post hæc scripta impressus, quo loco alios plures pro hac congerit opinione, numero 14. quamuis ipse in contrariam inclinauerit, communem sequutus fuit Petr. de Gregor. in tract. de concessio. feudi post hæc scripta impresso par. 6. quæstio. 10. nume. 15. & 18. qui Afflict. in constit. Sancimus, columna vltima, uersic. Secunda quæstio Petri, consi. 9. folio 2. & alios allegat, sed omnium doctissimè Menoch. consil. 227. libro tertio, per totum pluribus vtitur medijs ad hanc veram tuendum opinionem, & contrarijs respondet, cui quando casus acciderit, ne contra morem eius theoricam transcribamus recurratis, inclinat Cannetius Siculus feudista in cap. volentes, fol. 179. & sequen. numero nono, vbi ad partes quoque disputauit Ioseph Cumia in cap. si aliquem versi. non communibus; numero 32. Rodulf. Schraderi in tractat. de feud. par. 7. cap. quinto, numero 21. & Nicol. Intrigliol. post hæc scripta impressi de feudis centur. 2. artic. primo, numero 399. Surdus, consil. 213. numero 17. libro secundo, Iacob. Beretta, consilio 33. numero 19. libro primo.

Contrariam opinionem contra legitimatum per subsequens matrimonium quod in tali specie proposita in feudo non succedat, tenet Bal. hic numero quinto, & aliqua consilio 367. libro quinto, Luc. de Penna. fusè in l. eos. C. de his, qui sponte munet. publ. suscep. Hostien. in cap. primo, qui fil. sint legit. Angel. consilio 29. Ioan. de Imola in l. ex facto. §. si quis rogatus ad Trebellia. Alexan. fusè dicto consilio quinto, libro 7. Andr. Barbat. latè in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. non contradicit Aluaro. hic per suam distinctionem Butr. in cap. per venerabilem versic. alius est effectus, qui fil. sint legit. & alij, quos latè allegat Anton. Gabriel commun. opinio. titu. de legitimatione, conclusione prima, numero 55. alios pro, & contra hanc opinio. congerit Couar. secunda parte de sponsal. cap. 8. §. secundo, numero 25. alios refert, & sequitur Anna in repet. Rubricæ de vassal. decrep. ætat. numero 429. & 430. & præsertim Rum. late pro hac opinio. pugnat consilio 92. numero 12. libro tertio, Roman. consilio 367. Curt. sen. consilio 55. in secundo dubio præcipuè, numero 22. Rolan. consilio vltimo, nume. 39. columna secunda, & nouissimè omnium latius disputat, & pro hac opinione pugnat Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 24. ferè per totum præsertim, numero 14. & sequen. qui decem hinc inde congerit argumenta plurésque Doctores pro hac opinione, numero 25. cui recurratis, & ita iudicatum refert Thesaurus decis. 196. & iterum idem Peregrinus, numero 46. sequitur Camillus Gallinens de verborum signific. libro 9. capitu. 19. numero 9. Icat. Petrus Surdus tandem cæteros congerit decis. 319. latè Menoch. consilio 15. & 16. libro primo, latissimè ante eos Laurentius Siluanus, consilio tertio, numero 49. & sequent. vsque ad numerum 51. in fine ibi pro hac pugnat opinione, in qua residet idem Menoch. libro quatto, præsumpt. 81. nu. 12.

Argumenta quibus Bald. & sequaces vtuntur in subiectis breuiter restringuntur, hæc verba, pro te, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus respiciunt principium genituræ, seu conceptionis, & natiuitatis, vt tunc sint legitimi, & non fiant ex post facto l. nuper, C. de naturalibus liber. Sed scripturas extendere non est nostrum, l. contractus de fide Instrum. C. ergo sub hac forma legitimati, quamuis uerè legitimi fiant, non tamen comprehenduntur, item respiciunt principiũ natiuitatis dicendo ad filios ex tuo corpore legitimè descendentes, sed legitimatus non descendit legitimè ex corpore, quamuis legitimus sit, argumento l. filius, de verbor. oblig. ergo, &c.

Tertio ponderant verba Butrij in dicto cap. tanta dicentis legitimatum haberi pro legitimo, & hoc fit per fictionem ponderando dictionem (haberi) qua vtitur Pontifex, ergo cum sit

verè

verè natus legitimus, vt inuestitura so nat, quia verba legis ponderanda sunt Esaia. 33. cap. non includitur in inuestitura.

Quarto differunt quempiam legitimum esse, vel fingi legitimum, & omni Iure frui quod leges legitimis concesserunt Archid. in capitu. 2. de fil. Presbyt. in sexto, & probatur in l. prima, §. si vir vxori de acquiren. poss. l. denique ex quibus cau. maior.

11 Sed Princeps concedens feudum
sub prædicta forma de verè utique legitimatis iuris fictione intellexit ergo, &c. argum. l. fin. C. de his, qui veniam. & alij, si de eis intellexisset, expressisset l. vnica, §. sin autem C. de caduc. tollen. neque omissa supplere possumus, capitu. susceptum de rescriptis in sexto.

Quinto concessio pro te, & hæredibus simpliciter complectitur hæredes legitimos per subsequens matrimonium, ergo adiectio illa, ex corpore le-
12 gitime descendentibus, debet aliquid
operari, quia nullum verbum in iure debet esse sine actu operandi Bald. in rubric. C. de contrahen. empt. & l. falsus, C. de furtis, ergo ratione adiuncti excluditur legitimatus, ponderant etiam cap. primo, de natis ex matrimo. ad morganat. contra, aliqua similia adducit Alexan. dicto consilio quinto, libro septimo, ad probandum legitimatum per subsequens matrimonium non excludere substitutum, quæ vti parum militantia non refero & ante eum Bald. consilio 367. libro quinto, plura tamen refert Peregri. postea impressus de fideicomm. artic. 24. nume. 25. & sequent.

Isern. vero ad probandum eius communem opinionem vtitur his arguendi modis, obstaculum quod erat tempore natiuitatis non erat impurgabile postquam ex soluto & soluta natus
13 est, sed subsequens matrimonium omnem
maculam purgauit, & quoad omnia naturalis iste effectus est legitimus dicto cap. tanta qui fil. sint legit. ergo tanquam legitimus, & in inuestitura comprehensus in feudo succedit.

Secundo recedente macula per subsequens matrimonium perinde est, ac si nunquam macula fuisset, l. quod ita, ff. de ædil. edic. macula recessit ergo, & cæt.

Tertiò in natiuitate liberi istius tacitè inest legitimatio, Si mater desponsaretur, sicut tacitè inest tempus, & conditio etiam si non verbis exprimatur l. prima, de condit. & demonst. l. interdum de verbo. obligat. quando id, quod inest, euenit, etsi non sit merè cõditionale, quantum ad hoc expressè conditioni æquiperatur vt trahatur retro l. conditiones extrinsecus de cõdit. & demonstrat. l. qui balneum ff. qui potior. in pignor. hab. in princip. quam inducit hic Isern. desponsatio sequuta fuit. Ergo, &c.

Quarto in natiuitate istius naturalis, si mater duraret in Concubinatu, alias non l. si pro parte §. versum, ff. de in rem ver. non durauit in concubinatu, ergo, &c.

14 Quinto legitimatio prolis, & filio-
rum pertinet ad Ecclesiam, & forum eius non ad Principes sæculares capitulum de ordine cogni. Ecclesia, & Canones fatentur, vim matrimonij tantam esse, vt efficiantur legitimi, qui nõ erant, non distinguendo in feudo, vel allodio, nec diuersitatis ratio assignari potest, Ergo idem in vtroque esse debet l. a Titio, de verb. obliga.

Hæc Isern. & vltra eum confirmatur conclusio optimo simili promouẽdus ad Episcopatum debet esse natus de legitimo matrimonio cap. cum in
15 cunctis de electio. ibi, & de legitimo
matrimonio sit natus, sed legitimatus per subsequens matrimonium admittitur, & potest eligi Episcopus Gloss. communiter approbata, quæ articulum ad partes disputat in capit. innotuit versic. coniugata, eodem titu. de electio. Ergo ita legitimatus per subsequens matrimonium tanquam legitime natus ad feudum admittitur, quia verba cum effectu sunt intelligenda cap. relatum de clericis non residentibus cap. debitum in vltima gl. de bigamis.

Septimo adducitur text. in §. reliqui Authent. quib. mod. natural. effic. sui, vbi dicitur, quod naturales effecti

legitimi habēt successiones illas, quas
habent hi, qui ab initio legitimi sunt,
sed ab initio legitimi sunt inclusi in in
uestitura, vt Aduersarij fatentur, ergo
& isti legitimati per subsequens ma-
trimonium.

Octauo, si teneremus opin. Bald. &
sequac. sequeretur, quod idem homo,
16 quo ad quædam esset legitimus, quo
vero ad alia in legitimus l. duabus de
liber. cau. cap. cum inhibitio de clan-
des. disponsa. & vnus, idemque homo
diuerso iure censeretur, & in duplici
contrario statu permaneret, legitimi-
tatis, & in legitimitatis consequens est
absurdum, l. eum qui ædes de vsuca. c.
quia cognouimus 11. q. 2. Ergo & ante
cens præsertim in legimatione cuius
natura est indiuidua ad instar testamē
ti regula actus legitimi in sexto l. ius
nostrum de reg. iur.

Insuper adduco text. in §. ad hoc au
tem in authen. vt liceat matri. & auiæ
vti naturales filij habentes iuris præ-
sumptionem, qui sunt legitimi effecti,
eo iure fruuntur, quo alii legitimi; &
naturales.

Plus dico secundum Author. quē-
dam, ad Alexan. dicto consilio quinto
libro septimo, quod intellectus Baldi,
& sequac. ad illa verba ex te legitimè
descendentibus, &c.

Est contra verisimilem mentem cō
17 cedentis, si quidem illa clausula appo-
nitur ad excludendum legitimatos
per rescriptum vel alias gratias Prin-
cipis, vt assolet precio redemptas, non
tamen verisimiliter sunt apposita ad
excludendum legitimos secundum
ius commune per subsequens matri-
monium, cum hi non artificio, vel per
mendicata eorum suffragia legitimi
sint effecti, sed mero iure communi,
quoad omnia sunt legitimi, vt supra
probatum est.

18 Decimo concedens per dictam clau
sulam pro te, & hæred. ex corpore le-
gitime descendentibus, &c. & per a-
lias clausulas quantumuis generales
(nisi de expressa mente constaret, ut
idem Isern. hic limitat.) non præsumi-
tur iuri communi derogasse, imo ma-
gis cum eo se conformare, sed ius com
mune legitimatos per subsequens ma
trimonium uti ab initio legitimè na-
tos nominat, & approbat, vt supra pro
batum est ex dicto §. reliqui, & argu.
l. si quis filio §. penult. de iniust. rupto,
& irrito fa. testamen. ergo, &c.

19 Præterea matrimonium, quia in pa
radiso institutum fuit capit. sicut §. his
ita 32. quæstio. secunda, Genes. capit.
secundo, Menoch. in præfatio. 3. libri
de præsumpt. ideo multa habet fauora
bilia, & in dubio quando de statu libe
rorum disceptatur, in eorum fauorem
iudicandum esse voluit text. in l. nu-
per in fine C. de natural. liber. aliqua
20 alia colligere poteris ex dictis Peregri
ni loco citato, numero 14. & sequent.
Iacobus Menoch. quoque latissimè di-
cto consilio 227. aliqua non aspernan-
da considerat.

Ad contraria ex prædictis facilis est
responsio, & ad primum in quo se fun
21 dauit Bald. quod illa verba pro te, &
hæred. ex corpore legitimè descendē-
tibus in inuestitura adiecta respiciunt
principium conceptionis, & natiuita-
tis filiorum, dico, quod etiam inspecto
initio, nos supra probauimus legem
ita deferre successionem legitimatis, si
cut his, qui ab initio legitimi sunt
dicto §. reliqui Authen. quibus mod.
natur. efficia. sui, sed filij ab initio le-
gitimi succedunt, ergo & isti tan-
quam ab initio legitimi, & sic inspe-
cto initio conceptionis, vel natiuita-
tis, isti sunt legitimi, vt latius in q. 9. q.
infra dicemus.

22 Secundo respondeo, quod text. in l.
nuper in fine. C. de naturalib. liber. in
quo Bal. se fundat, pro Iser. & vera opi
nio. retorquetur. Ratio enim quare
tempus partus attendatur, dum de sta
tu liberorum disceptatur, est fauore fi
liorum in eo tex. expressa, in quo regu
la statuitur, vt in dubio, quando de li-
berorum statu disceptatur, illa inter-
pretatio sumatur, quæ magis vtilis, &
expediens filiorum fuerit, & ideo ibi
conceptionis, & partus tempus atten-
ditur.

Cęterum in casu isto magis interest
istius filij ad disceptationem euitan-
dam, vt tempus legitimationis atten-
datur, ergo illud fauore filij attendi de
bet, præterea in tex. illo a præsumptio

ne

ne illa, vt in dubio tempus conceptionis attendatur, vel partus, excipiuntur omnes casus, in quibus vtilitas infantium magis expostulat, aliud statum attendi in illis verbis exceptis his &c. & id quod filiorum fauore est inductum, non debet in eorum odium retorqueri. l. quod fauore de legibus ergo &c. Ex quibus sunt soluta illa duo prima argumenta.

Ad tertium, & quartum respondeo ex doctrina Ciuilistarum communiter ab omnibus recepta, quod idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas, in casu vero in l. si is, qui pro emptore de vsucapio. Sed legitimatus etiam, quod fit per viam fictionis, quod nos negamus, adhuc dicitur verè legitimatus, Ergo in feudo, & inuestitura est comprehensus.

23 Secundo dico, quod Abbas in dicto cap. tanta, & in cap. innotuit de elect. & alij Canonistæ dixerunt, quod illud verbum habetur appositum in capit. tanta, exponitur, id est fit legitimus, & vna dictio ponitur pro alia, argumen. l. has causas, ff. de regulis iuris. l. cum ante, C. de dotis. ante nup.

Ad quintum iam fuit dictum, quod clausula prædicta operatur exclusionem legitimatorum per rescripta vel per alias importunitates ex mente Auctor cuiusdam. dicto consilio quinto, libro 7. ad Alexand. & ex his faciliter soluuntur quædam debiliora argumenta quibus vtitur Peregri, artic. 24. numero 25. & sequen. quæ non repetò tanquam minus necessaria.

24 Ex quibus liquet istius articuli veritas, & Bal. error, qui non minus errauit, (parcat mihi subtilissimus Doctor) in intellectu verborum Iser. dum retulit Isern. dixisse, quod matrimonium non legitimat filios ad feuda; præsertim superstitibus legitime conceptis, & excusatione dignus est Alexand. consilio quinto, libro 7. qui Andreæ lecturam habebat absque ipsius additione in qua hanc quæstionem formauerat, & eodem Baldi errore inductus est Ias. vt bene hic Liparulus aduertit.

25 Limitatur principalis conclusio, vt non procedat, quando aliud de concedentis mente constaret velle excludere huiusmodi legitimatum l. semper de regulis iuris. tunc etenim esset exclusus quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, & legem apponere potuit, quam voluit, & tunc bene procederet opinio Baldi, & sequacium. Si de concedentis mente expressè, vel tacitè per alias coniecturas constaret legitimatum prædictum excludere voluisse, & in his terminis verè procedit decisio Thesauri 196.

QVÆSTIO TERTIA.

26 QVÆRIT TERTIO Iser. Vtrum naturalis succedat in feudo materno matri suæ, concludit, quod non, Quia hoc cap. indistinctè loquitur, nec dicit in feudo paterno tantum naturalis non succedere, Ergo neque & nos distinguere debemus l. de pretio de publicia. item feuda deferuntur agnatis, vt in hac rubrica dicitur si de feu. defun. milit. contentio sit inter dominum, & agnatos, & simil. & capitu. penultimo, de successio. fratrum. & capit. penultimo. Qualiter vassal. iurare debeat.

Sed naturales, & spurij non sunt agnati, licet habeant ius consanguinitatis, & cognationis l. hac parte, vnde cognati, Ergo ad feuda etiam materna non admittuntur, & multo magis spurij sunt a feudorum successione reprobati, tanquam omnino incapaces Authenti. ex complexu, & Authenti. licet supra allegatis, & dicto capitu. tanta, succedunt tamen inter se, ac etiam matri, nisi sit illustris in allodialibus tamen bonis; vt hic per Iser.

27 Tertio probatur conclusio ab Ardizzone in summa tit. de success. feud. §. naturales vertic. Sed quæritur, an tales naturales, quia naturalis non succedit Patri in feudo, licèt sit legitimatus per rescriptum. Ergo eodem modo licet habeatur, quoad matrem legitimus non debet eidem in feudo succedere, hæc Iser. conclusio, quod naturales in feudo materno non succedant, a nemine ex his, quos hactenus vidi, controuertitur, sed cum indif-

ferenter omnes sequuntur Ardizzon. ante Isern. in loco supra citato Aluarot. Martin. Laudens. hic, & alij, Cur. in secundo memb. tertiæ part. principalis numero 40. versic. extende hanc regulam Alnato. in capitul. primo, an maritus, &c. Zas. in octaua part. numero 83. Rodulph. Schraderi de feud. part. septima, capit. quinto, nume. 20. Sansbecius part. nona, numero 78. a Rossenthal. capit. septimo, conclu. 62. Afflict. in capitu. mulier in primo notab. numero 14. supra hoc titu. vbi benè loquitur quicquid malè terminos

28 confundendo dixerit idem Afflict. hic in Gloss. numero 12. versic. ex quo infertur, qui dixit, quod nedum naturales, sed Spurij succedunt matri in feudo materno vna cum legitimis nisi mater sit illustris l. si quis illustris C. ad orficia. & quod peius est, testatur hoc tenere Iser. hic non aduertens Iser. loqui in successione allodialium, postquam in principio ex doctrina Summæ Ardizzo. per eum citatæ naturales a successione feudi materni excluserat, ex dispositione text. istius, qui indistinctè loquitur, & per viam discursus Isern. loquitur de successione naturalium, & Spuriorum inter se, in bonis tamen allodialibus, vt iura per eum adducta loquuntur, & sic Afflict. a grauissimo errore etiam in Iser. intelligentia excusari nequit, Nec Alexand. consil. 139. in fine id dicit, sed in allodialibus tantum loquitur.

29 Minusque benè loquutus est idem Afflict. hic in quinto notabil. numero 27. versic. secundo, limita, dum voluit subsequens matrimonium contractum ad finem legitimandi Naturales in feudis requirere dotem, & dotalia instrumenta, quod enim iste sit vnus de casibus requirentibus scripturam, transeat pro nunc, veritatem tamen detegemus infra quæstione 14. sed quod requirat dotem pro essentia matrimonij, hoc est falsum, quia potest esse sine dote matrimonium ex communi omnium schola, vt congerit Roma. consil. 314. numero secundo, versic. nec est hoc absurdum Ripa. in l. secunda, numero 43. solut. matrim. Bart. & Alexand. in l. si donationis §. si quis indebitum de condit. ob causam probatur in leg. vltima. C. de donat. ante nupt. & l. Iubemus C. de repud. Menoch. late de præsumpt. libro tertio, præsumpt. sexta, numero 19. Concludamus itaque sufficere matrimonium fuisse contractum, seruata forma Sacri Trident. Concilij adsit, vel absit dos, vel instrumenta dotalia, vt communiter concludunt Doctor. in capit. tanta, qui fil. sint legit. & nos ad saturitatem quoque dicemus infra quæst. 14.

Explicito Iser. discursu circa successionem naturalium legitimatorum per sequens matrimonium in feudis expedit pro materiæ perfecta cognitione subscriptas inserere, & discutere quæstiones nil penitus extra materiam ab Iser. propositam vagando, sed illa duntaxat dubia explicando, quæ ad materiam istius capitu. occurrere possunt, Circa successionem naturalium legitimatorum per sequens matrimonium in feudis, & ipsorum prælationem.

QVÆSTIO IV.

30 QVÆRO IGITVR IV. vtrum filius naturalis legitimatus succedat in primogenitura, siue in feudo, in quo iure francorum viuitur prout frequentius viuunt feudatarij in Regno exclusis legitimis, & naturalibus postea natis, ante tamen ipsius legitimationem etiam vigore statuti, & l. Regni, vt de successionibus deferentis successionem primogenito ibi sexus, & ætatis prærogatiua seruata? Doctores omnes, qui articulum hunc tetigerunt in duas sectas, siue opiniones diuisi sunt. Communis opinio determinat legitimum postea natum esse naturali legitimato præferendum.

Quamplurimi tamen viri clarissimi pro naturali primogenito eorum sententiam protulerunt. Vtriusque sectæ Doctores sigillatim congerit Tiraquell. in tractat. de iure primogenit. quæstione 34. per totam ad quem ne bis idem repetamus contra intentum membranas implendo me remitto,

ipseque idem Tiraquell. magis communi opinioni se subscripsit, vnum tacere non desino, quod ex Doctor. omnibus, quos hucusque vidi, tres præcipuè sunt, qui articulum hunc vti verè Doctores ad partes discutiunt. Io. Andr. in regula sine culpa in secundo principali quæstione, numero 10. & sequent. versic. secunda, & principalis quæstio. Alber. in leg. cum quis C. de natural. liber. & Tiraquell. dict. quæstione 34. qui quindecim hinc inde retulit post alios argumenta quos fusè videre poteritis. Aliqua Anton. Gabr. tit. de legitimatione conclus. prima in fine Author quidam §. octauo, quæstione septima, numero 35. etiam communi se subscripsit, Floria. tamen de Sancto Petro doctè pro nostra opinione pugnauit omnino videndus disputatione tertia incip. Baro quidam, in secundo dubio principali, cuius oppositum tenet Molina libro tertio, capit. primo, numero septimo, aliqua adducit Petr. de Gregor. de concess. feudi part. quarta, quæstione 10. Minad. in constit. in aliquibus vers. filiorum numero quarto, & 5. Ioseph. Cumia latè de success. feudi in vers. maior natu numero 34. & sequent. post Petr. Duen. regula 350. limit. vltima nouissimè sequitur Rodulph. Schrad. de feud. par. septima, capit. quinto, numero 22. Lucas in l. eos quæstione quarta. C. de his qui sponte muner. publica subeunt.

30 Ego tamen a vera opinione, quæ naturali primogenito fauet, non recedo, quicquid dixerit magis communis Doctorum Schola, postquam reassumptis breuiter, ac eneruatis validioribus argumentis pro communi adductis, Nos contrariam opinionem demonstratiuis probabimus medijs, quibus nec Tiraqu. neque alij congruum hucusque dedere responsum, siquidem veritatem sine disputatione perquirentes similes sunt nescientibus, quo ire debeant Aristot. in tertio metaphisic.

31 Ille dicitur primogenitus, qui nullum habet ante se capit. Ioseph. de verbor. signific. Sed naturalis iste reperitur primo natus naturaliter, & legitimus etiam tempore, quo defertur hæreditas dict. capit. tanta supra allegat. §. indubitatum Auth. de incestis nuptijs cum simil. ergo tanquam primogenitus in primogenitura, vel in feudo, in quo ius francorum viget, præfertur.

32 Secundo sicut legitimatus iste excludit agnatos remotiores, qui alias sine huiusmodi legitimatione erant successuri §. siquis autem defunctus Auth. quib. mod. natur. efficia. sui, capitu. primo, qui fil. sint legit. ita excludit huiusmodi secundogenitum legitimum, cui ex consuetudine vel statuto tanquam primogenito alias feudorum successio esset delata.

33 Tertio in successione ad finem discernendi proximitatem, vel primogenituram, inspicitur tempus mortis illius, de cuius successione agitur, vel posterius non anterius l. post consanguineos §. proximum ff. de suis, & legitim. l. prima. Vnde legitim. capitul. quin etiam supra episc. vel Abb. §. proximus Instit. de legitim. agnato. success. cum simil. non etenim prius oportet de conditione cuiusquam quæri, quam ad eum hæreditas, legatumvè pertineat, dicit Neracius in l. non oportet de leg. secundo, concordat tex. optimus in l. penult. de lega. præstan. vbi Iure consult. decidit quæstionem quo tempore de liberorum numero esse debeat is, cui legatum datum est, & idem est in feudo, vel primogenitura, & decidit sufficere esse de numero liberorum, quando dies legati cedit, sed in fortioribus naturalis iste reperitur legitimus tempore mortis, ergo sibi de iure feudi competit successio, & hoc penès me validissimum pro hac vera opin. est argumentum.

Quarto confirmatur, quia si tempus natiuitatis filij, non mortis patris inspicitur, vt contraria schola asseruit, confestim magnum sequitur absurdum, quod si pater trium filiorum moriatur, mortuo iam primogenito non haberet hæredem in feudo cum inspecto tempore natiuitatis neuter superstitum filiorum sit primogenitus capit. cum satis sit absurdum de offic. archidia. l. nam absurdum de bonis liberto.

Quin-

Quinto qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus ipsius verbi l. in delictis §. si extraneus, & ibi omnes de noxal. ergo ius fratrorum, vel statutum deferens successionem primogenito, intelligitur de eo, qui tempore successionis primogenitus est, eo magis quia nemo viuens habet hæredem.

34 Sexto legitimatio reducit coniuges, eorumq; liberos ad pristinum statum dempta macula de medio, vt Isern. hic dicit per dictum cap. qui fil. sint legit. postquam fit per summum Pontificem Deum optim. max. ratione pœnitentiæ, & conuersionis ad eum factæ per subsequens matrimonium, & ideo latius operari debet per ea, quæ Hostien. notat. in capitu. ex transmissa de renuntia. Siquidem quando agimus de amissis per peccatum restituendis per gratiam restitutio plenissimè est intelligenda Dominus etenim noster opus imperfectum non nouit, capit. maiores de baptis. sicut de resurrectione Lazari, & de Maria Sorore Aron, quæ Prophetiæ, donum, quod propter peccatum amiserat per gratiam recuperauit, §. è contrario quinta distin. cap. quia tua, & capit. Domino Sancto eadem distin. §. ex his de pœnitent. distin. prima; idque confirmatur ex communi theorica Isern. & Feudistarum in capit. primo, de vasl. decrep. ætat. qui testantur, quod per plenissimam restitutionem feudatario factã, qui erga Dominum Felloniam commisit, ponitur feudatarius in statum pristinum, in quo erat ante peccatum felloniæ commissum, l. prima, C. de sententiam passis. ergo multo maior est restitutio, & indulgentia facta à Principe Principum qui in Paradiso matrimonium instituit, quo mediante omnis macula, omneque peccatum deletur.

35 Septimo, legitimati per matrimonium possunt ad sacros ordines promoueri & ad Ecclesiasticas dignitates eligi. gloss. & communiter Doctores, in capit. innotuit de electio. Ergo, & feudum, & primogenituram assequi, quod enim in spiritualibus conceditur, multo magis in temporalibus concessum videtur cap. per venerabilem in princip. qui fil. sint legit. capit. solitæ de maior. & obedien. capitu. duo sunt 96. distin. eoque magis quia hoc est beneficium Sacramenti matrimonij. l. cum quis, C. de naturalib. liber. & dicto capit. tanta; ergo latissimè interpretandum, l. beneficium de Constitut. princip.

Octauò, naturalis in eo instanti tẽporis, in quo est legitimatus, effectus est habilis ad succedendum, vt fusè Tiraquel. tractat. de iure primogenit. quæstio. Ergo est etiam habilis ad qualitatem feudalem, & ius primogenituræ, quod ad ius succedendi se habet vt annexum, l. cum principalis de regul. iur. c. accessorium eodem titu. in 6.

Et ad corroborationem adducuntur iura clara in §. reliqui Authen. quibus mod. naturales effici. sui, & §. illud versic. si quis ergo in fine, eodem titu. & hæc in summa sunt efficaciora media, quæ ad hanc conclusionem probandam adducuntur omissis aliquib. quæ si videre volueritis, adeatis Alberic. Ioan. Andr. & Tiraquel. in locis supra citatis.

Expedit tamen priusquam ad contrariorum impugnationem deueniamus confutare responsiones aduersariorum, quas assignare conantur ad argumenta supra formata, quæ in summa reassumuntur dicendo legitimationem non retrotrahi in præiudiciũ legitimi cui ius iam est quæsitum, & quoniam ex parte eorum, qui opinionem tenent in naturalis fauorem replicari legitimè potest, quòd ius formatum in vita patris in feudo, nec in primogenitura filio non est quæsitum

36 nisi spe quadam minimè considerabili: potest etenim pater ad libitum feudum vendere cum assensu, etiam in successoris præiudicium loquendo de feudo hæreditario Isern. & Doctores, in cap. primo, an Agnatus, & alibi sæpè. & hoc iure freqaentius nos vtimur postquam hæres tenetur ad defuncti factum, l. cum à matre, C. de rei vendic. l. ea, quæ à patre geruntur, de rest. tut. mili. cum simil.

Et non valens Tiraquel. post alios dicta quæstio. 34. numero 44. hanc

veram

verum istris doctrinam abnegare, quod filio in vita patris in feudo non sit quæsitum ius considerabile, aliam assignauit responsionem dicens, quod quamuis spes successionis non sit talis efficaciæ vt ius in vita patris quæsitum sit, id tamen minimè procedit in iure primogenituræ, quod adeo primogenito etiam patre viuente competit, vt non possit pater aliter in eius præiudicium disponere.

Hæc tamen Tiraquelli solutio nullins est momenti, nec difficultatem tangit, dico etenim. Primo; quod Tiraquellus, dicto numero 44. per hanc responsionem non negat, quod in feudo hæreditario in vita patris filius nullam habet successionis spem considerabilem, & sic quando casus vt supra propositus accideret in feudo hæreditario Doctores aduersarij nobiscum assentirent, postquam Tiraquel. dicit id non procedere in feudo ex pacto, siue in iure primogenituræ, quod adeo in uita patris primogenito competit, ut in eius præiudicium pater disponere non ualeat, & id procedit in feudo ex pacto, vel in maioratu eandem habente naturam, non in hæreditario.

Dico secundo, quod hæc solutio minus militat in feudo ex pacto; postquam Tiraquel. In eius solutione non tangit difficultatem, nos enim negamus in feudo ex pacto in quo ius Francorum viget; primogenito, etiam viuente parte ius formatum competere, adeo ut absque ipsius primogeniti & Regis consensu pater non valeat de eo disponere, ut Tiraquel. dicit, & bene, & Iser. fusè de alien. feu. pater. nu mero decimo, & alij feudistæ ibi: Ciuilistæ in l. sed si plures, §. in arrogato de vulgar. & pupil.

Sed quærimus, & in controuersiam deducimus; quis nam dicatur legitimus primogenitus, & quis nam status attendi debeat, seu tempus, mortis, scilicet, feudatarij, vel legitimationis, & sic Tiraquel. idem per idem demonstrare conatus fuit, & in magnum cecidit errorem, quem Logici dicunt petere principia.

Nos vero supra in tertio argumento probauimus ad discurrendum proximitatem, & primogenituram mortis feudatarij tempus attendi, vel posterius non anterius per iura ibi citata. Sed tempore mortis feudatarij naturalis ille est legitimus, & in statu habili succedendi ad feuda, est etiam primogenitus, & sic omnes qualitates ad primogenituram requisitæ in eo concurrunt vt supra fusè probatum est, Ergo in feudo tanquam primogenitus præfertur, ex quibus remanet Tiraquel. responsio nedum in feudo hæreditario (in qua ipse nobiscum concurrit) sed etiam in feudo ex pacto penitus eneruata.

Et ex dictis in tertio medio omnia fere argumenta ab aduersarijs adducta soluta sunt, quæ omnia præsupponunt legitimum habere ius formatum in vita patris, & successiue in eius præiudicium legitimationem subsequentem non extendi, nos autem diximus filium non habere spem successionis considerabilem, & quod hæc successio discerni debet, quis nam sit in statu habili successionis siue mortis tempore; non antè.

Ad quartum argumentum Tiraq. dicentis, quod hodie incepit valere non retrotrahitur, cap. primo de sponsa. impuber. libro sexto. Ergo legitimatio ante vires suas non extendit, dico, quod retrotrahitur ad tempus nati
37 uitatis legitimi, quæ natiuitas tacitam habebat intrinsecam conditionem, si matrimonium sequeretur efficiendi naturalem legitimum, & sublata illa macula per matrimonium a principio lex fingit eum fuisse legitimum dicto cap. tanta, & Isern. hic in prima, & secunda quæstione supra formata. Ad argumenta quæ dicunt, quod non decet legitimatum plus iuris habere, quam legitimum, dico, quod legitimatus, & legitimus omnes pari passu ambulant, & tempore mortis non dicitur amplius legitimatus, sed legitimus naturalis ille.

Argumentum tamen, quod magis vrget est 14. in ordine, Tiraquel. & est huiusmodi in statutis verba verè, & propriè non fictè, & impropriè sunt
38 accipienda, l. tertia, §. hæc verba de

negot.

negot.gest.cum simil. legitimatus ve-
rò per matrimonium non verè, sed fi-
ctè dicitur legitimus, vt in dicto capit.
tanta, ibi legitimi habeantur, & l. cum
quis in fine. C. de naturalib. libor. ergo
si legitimatus non potest a verbis sta-
tuti comprehēdi, ita nec etiam ab eius
dispositione, l. prima, §. si is, qui nauem
de exercit. actio. l. quarta. §. toties de
dam. infec. cum simil. & vltra Doctor.
ego confirmo argumentum authori-
tate Stefani de Gaeta; quem refert, &
sequitur Capic. decisio. 194. in tertio
dubio, qui dicunt, quod consuetudo
Neap. loquens de bonis, & sic in casu
vero, non procedit in casu ficto.

Et si hoc argumentum esset ex om-
ni sui parte inexpugnabile, sequere-
tur in Regno nostro, in quo ex l. Re-
gni vt de successionibus, & ex forma
frequentiori inuestiturarum pro hær.
ex corpore legitimè descendentibus,
feuda, vel ex statuto, vel ex forma in-
uestiturarum primogenitis legitimis;
& naturalibus deferuntur ea; scilicet
in quibus ius Francorum viget, ut na-
turales isti legitimati per sequens ma-
trimonium, ne dum prælationem nō
haberent legitimis, sed nec etiam soli
succederent, contra Isern. & commu-
nem opinionem, supra in secunda quę
stio. disputatam; & hæc sit prima re-
sponsio pro solutione huius difficul-
tatis.

Tres alias ultra Doctores omnes,
qui articulum propositum discutiunt
ad argumentum prædictum ego ve-
tas accommodare conabor responsio-
nes, vt videatis vos Domini, nos non
omnino aliorum scripta transcripsis-
se, sed plura noua, siue ab alijs ad id
non ponderata in medium attulisse.

Secunda ergo est responsio reassum
pta ex mente Auctor cuiusdam ex alia
materia in §. 11. numero 29. versi. Nec
obstat, ubi pro solutione argumenti
supra propositi dicit hæc verba. Nec
obstat, quod istud est fictio, & quod
consuetudo non debet extendi, nec ve
rificari in casu ficto, quia verum est
39 quando remanet semper casus fictus;
secus quando transit in ipsam eandem
veritatem, & reuoluitur in ipsam rem
de qua loquitur statutum, vel consue-
tudo, hęc ipse, sed statutum Regni, vel
consuetudo loquitur de primogeni-
to, vt in feudo succedat. Ergo natu-
ralis tanquam legitimus primogeni-
tus succedit.

Tertiam responsionem dat Raine-
rius de Forliuio in repet. l. omnes po-
puli de iustitia, & iure inserta inter le-
cturas Alberic. numero 85. post me-
dium, versicu. Nec obstat prædictis,
& numero 94. versicu. deinde quarto
vbi format quæstionem, vtrum statu-
tum extēdatur ad casum, qui est idem
40 secundum fictionem, non secundum
veritatem, & tenet, quod sic & ad hoc
probandum allegat tria iura, quæ ve-
rè id probant l. secunda, C. de iure au-
reo. anulo. l. falsa circa principium. de
conditio. & demonstratio. coniuncta
l. cum ex oratione, ff. de excusatio. tu-
torum. Nec obstat, inquit Rainer.
tex. in l. tertia, §. hæc verba de negot.
gest. quia ibi in casu a prætore omisso
cessat ratio similitudinis, & identi-
tatis, & in casu expresso propter diuer
sitatem negotiorum, personarum, &
temporum, vt notatur, C. de neg. gest.
l. curatorem.

Quarta potest esse responsio, quod
fictio idem operatur in casu ficto,
quod veritas in casu uero Doctor. in l.
si is, qui pro emptore de vsucap. aliam
assignat solutionem Couar. in secun-
da parte de sponsal. cap. 8. §. secundo,
numero 26. Ex quibus eneruatum
omnino remanet hoc argumentum,
quod a Doctorib. hucusque hanc quę-
stionem tangentibus non fuerat so-
lutum.

Cætera argumenta sigillatim refer-
re non curo breuitati studendo, suffi-
ciat illorum solutionē tetigisse præsup
positis dictis Ioannis Andreæ in dicta
regula sine culpa Alberici in dicta l.
cum quis. C. de naturalib. liber. & Ti-
raquel. quæst. 34. post alios, postquam
omnia sigillatim referre neque possu-
mus nec intendimus, sed urgentiora
dumtaxat. Cætera scribit pro hac opi-
nione Floria. acutissimus Doctor in
tertia disputatione incipien. Baro qui-
dam in secundo dubio principali, ad
quem si casus euenerit, in reliquis re-
currere poteritis.

Et

Et præsuppoſita alterutra opin. pro vera, utraque limitatur, vt non procedat, quando conſuetudo regionis aliter ſe haberet admittendo legitimum uel naturalem legitimatum, quia illa attendenda eſt Ioan. Andr. dicta regula ſine culpa, Tiraq. q. 34. num. 47. qui alios congerit.

QVÆSTIO QVINTA.

41 QVÆRO QVINTO, Præſuppoſita ſupradicta communi opinione pro uera, quod naturalis primogenitus legitimatus poſt ortum legitimi per ſubſequens matrimonium in feudo non præferatur legitimo poſt ſe nato.

Vtrum id procedat, quando naturalis iſte effectus eſt legitimus per ſubſequens matrimonium ante ortum aliorum legitimorum, Et ſic quæritur vtrum legitimatus ante ortum legitimi in feudis, & maioratu ſuccedat, quod euenit quando poſt ſuſceptum ex concubina filium matrimonium cum concubina contrahitur, & poſtea alij procreantur, in hoc Doct. magis communiter conueniunt, primogenitum naturalem legitimatum ut ſupra præferri, & optimo iure, quia naturalis legitimatus eſt ante natiuitatem alterius legitimi, & ſic habet utrunque uinculum ciuile, & naturale ante illum, Tiraq. el. d. quæſt. 34. nu. 48. in tract. de iure primogen. qui alia adducit, & in hoc omnes, qui præcedentem quæſtionem tangunt, conueniunt Boer. deciſio. 159. in fine Ioan. Andr. in regula ſine culpa Gugliel. & Alber. in l. cum quis C. de naturalib. liber. Caſtr. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum de liber. & poſthum. & ibi Aret. colum. penult. Florian. in l. in delictis. §. ſi extraneus, ff. de noxalibus Abb. conſilio 84. Alciat. de verborum ſignifi. libro 3. 2. axiomate vbi hanc communem teſtatur Afflict. hic quinto notabili Caſſa. Rubri. 8, §. 3. Gozad. conſilio 25. num. primo, & cæteri quos fuſè congerit Ferdin. Vaſque de ſucceſſ. progreſſu libro primo, §. ſecundo, numero 89. qui plures quoque congerit contrariam amplectentes ſententiam minus veram, & pauciori Doctorum numero authorizatam.

QVÆSTIO VI.

42 QVÆRO SEXTO, vtrum filius legitimus, & naturalis filij naturalis mortui, legitimari poſſit per ſubſequens matrimonium contractum cum illa concubina poſt natiuitatem aliorum legitimorum, & naturalium adeo quod nepos iſte patruos excludat, vel fiſcum in eorum defectum a feudo? Et quæſtio nedum in feudis, ſed multo magis in allodijs procedit Gugliel. de Cuneo ante omnes formauit quæſtionem, in l. benignius, ff. de legib. & contra nepotem articulum terminauit quod per ſubſequens matrimonium non legitimetur, quem ibi ſequuntur Alber. & Bal. Caſtren. in l. prima, §. cæterum de acquiren. poſſeſ. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, numero 158. de vſucap. Tiraqu. de iure primagen. quæſtio, 34. numero 64. Nicol. Intrigl. de feud. centur. ſecunda, articu. 36. numero 46. & fuſè articu. primo, numero 389. alios congerit Anto. Gabr. titu. de legitimatione conclu. prima, numero 52. ſequitur Cannet. in extrauag. volentes fol. 181. verſicu. ſed qui ſi filius naturalis eſſet mortuus poſt Mar. Mantua. dialogo, 48. Peregri. de fideicom. artic. 24. nu. 61. Duen. regula 350. in ſecunda limitatione Alexand. in l. Gallus §. ſi eius pen. & fin. colum. de liber. & poſthu. qui teſtatur non vidiſſe Doctorem cõtrarium tenentem, & verè ſolus Bartholom. Socin. ſubtilis Doctor in dicta l. Gallus §. ſi eius, numero tertio, contra tot Peritos dubitaſſe videtur in nepotis beneficium.

Addo quod clarè idem tenet Præpoſit. in cap. tanta qui fil. ſint legit. queſt. 24. numero 24. qui teſtatur eandem opinio. contra Gugliel. de Cuneo tenuiſſe Anto. de Butrio in cap. per venerabilem eodem titu. qui filij ſint legitimi Bald. in cap. innotuit de electio. colum. penult. Benedict. in cap. Raynutius verſic. & vxorem, numero 181. Alciat. par. prima, de præſumpt. numero 9. & libro tertio, paradox. capit. 16. &

pro

pro hac opin. bene pugnat Couar. in secunda par. de sponsal. cap. octauo, §. 2. numero 19. cuius scripta videnda sunt Vasq. alios congerit de success. libro primo, §. secundo, numero 87. & 59. & dicere nos possumus opinionem hanc communem esse: sequitur etiam Additionis Author ad Alciat. dicto loco, de præsumpt. primam opinio. pro Gugliel. sequitur Hippolit. de Marsil. singul. 121. credo te scire Cassan. in consuetud. Burgund. titu. de success. le bastard. versic. imo etiam tales Rubri. 8. §. tertio; Ludou. Molina libro tertio, cap. 1. numero 9. qui dicit hanc opinionem esse magis æquam, pro prima opin. plura adducuntur argumenta.

Primo retrotractio ad finem legitimandi requirit extrema habilia, sed ex
43 tremum à quo deficit, vt est persona filij mortui, quia mediante nepotes deberent legitimari, ergo non potest habere locum l. bonorum, ff. rem rat. hab. l. si ille C. de decurio. lib. 10.

Secundo à filio beneficium proficiscitur in nepotem, ergo eo mortuo cessat l. qui libertinus, §. posthumus, ff. de oper. libert. amotio enim medij directi ad finem impedit effectum extremi, l. huic scripturæ ad leg. Aquil. Quarto dicit Cannet. quod non entis nullæ sunt qualitates, sed legitimatio est qualitas, quæ præsupponit substantiam suo subiecti existentiam, sed subiectum per mortem est extinctum, quia omnia mors soluit §. deinceps Authen. de nuptijs ergo ex defectu subiecti hæc legitimatio fieri non potest per sequens matrimonium.

Quinto filij inuiti legitimari non possunt §. generaliter Authen. quibus modis naturales efficia. sui in mortuis non cadit voluntas, vt patet ad sensum. Ergo.

Ego tamen contrarium iuridicè verum esse arbitror, vt nepos iste in omnibus, & per omnia legitimus fiat, & successiuè in feudo succedat, patriosque, & fiscum excludat: quicquid dixerint tot peritissimi viri; & conualidando Socin. & aliorum sequacium sententiam; dico.

Primo id claré probari in l. penult. ff. de suis, & legitimis; vbi filius moritur ante patrem apud hostes existentem, & sic in patria potestate: moritur, deinde pater apud hostes, & retrotrahitur fictio ad diem retro mortis filij, & lex fingit filium sui iuris decessisse, & fictio hæc retrotrahitur ad tempus, ad quod extremum illud deficit per mortem, & tamen operatur, & ex hoc text. solutum est argumentum supra primo loco firmatum in defectu extremi, & medij.

Secundo subsequens matrimonium adeo omnem maculam tollit, quod fingitur a principio coitus ille licitus, & matrimonialis, vt dicitur in capitu. tanta, qui fil. sint legitim. Ergo lex fingit a principio naturalem illum iam nunc mortuum legitime natum fuisse, & consequenter etiam hunc nepotem.

44 Tertio extrema matrimonij, super quo lex fingit, adsunt, quia sunt coniuges isti, & quod vterque tempore coitus, & nuptiarum sint soluti, & filius ille non est de essentia matrimonij, neque illius existentia ad informandum matrimonium requiritur, sufficiunt coniuges pro extremis, & quod forma interueniat tradita a Sacro Trident. Concilio, vt contrahatur in faciem Ecclesiæ, &c. quod autem filij legitimentur hic est effectus, qui causatur a matrimonio, & effectus iste sine sua causa esse potest, & adesse, & abesse præter matrimonij corruptionem, adeo quod adsint, vel absint, filij, tenet matrimonium, & sic existentia filij non requiritur pro extremo ad quod, vt Gugliel. & cæteri dicunt, propterea Socin. allegat auream Bart. doctrinam in §. fin. numero 10. Cod. de sentent. pass. qui approbando Gloss. & aliorum opin. dicit, quod in his, in quibus fictio fingit, per quandam consequentiam, illa regula, quæ requirit duo extrema habilia, non est vera, sed legitimatio filiorum fit in consequentiam matrimonij, ergo eorum existentia non requiritur.

45 Quarto subsequens matrimonium legitimat filium in vtero, infantem, & furiosum, ergo illius voluntas non exigitur, ergo ad quid est necessaria eius existentia, si neque assensus, nec dissen-

dissensus eius iuuat, nec requiritur?
vtique non video?

Quinto ad id probandum adduco
optimum consil. Anchar. 409. viso, &
diligenter inspecto præcipuè numero
tertio ad septimum, vbi fortius probat
Pontificem posse approbare matrimo
nium alias de iure nullum, etiam quo-
ad prolis legitimationem, & successio
nem post mortem vnius ex coniugi-
bus, & sic deficiente vno ex extremis
habilibus, vt fusè per eum. Si ergo id
facere potest Pontifex, qui est lex ani-
mata: ergo idem facere potest lex scri-
pta in dict. capit. tanta, qui fil. sint le-
git. & probatur etiam in leg. quoniam
C. de naturalib. liber. vbi geniti etiam
ante decurionatum dignitatem illam
consequuntur.

Sexto ad hoc adduco in propriis ter
minis l. cum quis, C. de naturalib. lib.
& leg. sequent. in fine statim in dubio
semper in liberorum beneficium esse
iudicandum, sed liberorum appella-
tione ueniunt etiam nepotes l. libero-
rum de uerborum signific. Ergo &c.
Ad idem pondero dictã l. nuper uersi.
quam legem, ubi remouetur difficul-
tas, & subtilitas illorum dicentium na
turales per sequens matrimonium ita
legitimari, si filii postea nati fuerint,
& uiuant, alias si mortui fuerint filij
nati post dotalia instrumenta non le-
gitimantur antea nati, hæc tamen sub
tilitas reprobatur, & eorum uita, &
existentia non est de essentia, ut in eo
tex. dicitur. Ergo idem a simili pro-
cedit in filiis natis ante matrimonium
mortuis relictis filiis, quia existentia,
& uita mortuorum nõ requiritur pro
legitimatione nepotum.

Præterea Præpositus ad idem pro-
bandum contra Guglielmum utitur
46 talibus mediis, legitimatio hæc similis
est adoptioni, sed adoptari potest ne-
pos etiam filio deficiente l. adoptare
de adoptio. Ergo & legitimari potest,
rursus pater posset legitimari facere fi
lium etiam deficiente extremo patris
per mortem Authen. Item si quis, C.
de naturalibus liber. quando pater
prius præstitit consensum in testamen
to vt per Præpos. post Anto. de Butri.
ad idem Alciat. loco citato allegat tex.

47 notabilem in l. si filium ff. de Gradib.
& post eum Couar. nec Cannetij cauil
latio ad text. illum valet, dum dicit,
quod iure consultus in versic. si filio
non repetit de naturali, quia si repete-
ret, inquit ipse, esset casus legis pro opi
nio. Alciati, & aliorum, sed in intelle-
ctu illius text. grauiter errauit Canne
tius, siquidem ratio diuersitatis in se-
cundo casu, quare filius iste adoptatus
videtur fuisse frater defuncti, & in pri
mo casu nequaquam, non est illa, quã
Cannet. assignat, quod in secundo ca-
su filius ille mortuus, erat legitimus,
& naturalis, in primo erat naturalis tã
tum, quia siue naturalis, siue legiti-
mus, & naturalis fuerit non refert, ra-
tio itaque diuersitatis in secundo, &
primo capite illius l. est, quia in primo
casu filius ille naturalis erat emanci-
patus, & non erat in patris potestate,
ideo filius, qui postea adoptatur, non
efficitur frater, sed si filius legitimus,
vel naturalis non adhuc emancipatus
mortuus fuerit, quo mortuo Titius a-
doptatur dicitur eos fratres fuisse, & ra
tio est, quia ille mortuus non erat emã
cipatus, sed in patris potestate. Ergo
veniente alio per adoptionem, in pa-
tris potestate efficitur illius frater, &
sic diuersitas in adoptione non in na-
turalitate fundata est.

48 Tandem non ne legitimatio hæc fa
cta per subsequens matrimonium in
naturali æquitate, & sanguinis charita-
te fundata est argumento text. in l. si
quis a liberis §. vtrũ ff. de liber. agnosc.
& matrimonij vis tollit iuris canoni-
49 ci impedimenta reducendo negotium
ad ius naturæ, quo omnes legitimi na-
scebantur, sed hæc sanguinis, & natu-
ræ caritas ita in nepote imò multo ma
gis militare debet, cum sit legitimus,
sicut in filio militabat, vt probatur in
dicto §. vtrum, Ergo sicut filius si viue
ret legitimaretur, ita etiam & eius ne-
potes ex filio descendentes, postquam
eadem militat æquitas, & ratio, ex qua
æquitate pater eum alere tenetur, vt
per Doctores dicta l. si quis a liberis,
& Surdum de alimentis titu. primo,
quæstio. 12. & seq.

Ex his virtualiter contraria sunt re
iecta, formaliter tamen respondendo

non obstat Primum argumentum quia nego minorem, quod persona filij requiratur pro extremo, à quo vel pro medio, quo mediante fiat transitus legitimationis de filio naturali ad nepotem, hæc enim legitimatio est effectus qui oritur a matrimonio, & operatur respectu illius subiecti, in quo potest operari, vt est nepos. Non obstat text. in l. qui libertinus §. posthumus de operis liberto. quia ibi existentia filij in vita liberti requiritur pro forma vel pro extremo necessario ad finem liberandi libertum ab operarum promissione, & filio non existente in vita statim hæredes obligari cœperunt, & quamuis posthumus superueniat, liberti adhuc hæredes non liberat, qui obligari cœperunt; & postquam obligatio passiuè transitum fecit ad hæredes ab eis euelli non potest, argumento eorum, quæ per nostros Feudistas dicuntur in cap. Imperialem in illo articulo quando assensus in vita venditoris non impetratur, quia dominium feudi transitum fecit ad hæredes: ideo illorum consensus requiritur & super eo assensus.

Secunda est responsio, quia existentia filij in vita liberti ad finem eum liberandi requiritur pro forma a lege tradita, sed in casu nostro existentia filiorum non est pro forma matrimonij vt supra dictum est, Imò text. ille pro nostra vera opin. retorquetur dum in fine dicit, quod si libertus à lege liberatur; fideiussores quoque sunt liberati per consequentiam, siuè per effectum legis; Ergo contracto matrimonio ex eius vi, & effectu naturales pro legitimis a principio habentur.

51 Nec obstat tertium argumentum, quia §. generaliter loquitur de legitimatione per rescriptum Principis, & eo casu legitimati consensus requiritur non in legitimatione per subsequens orta a matrimonio in cuius validitate filiorum assensus, vel dissensus non requiritur quicquid malè dixerit Afflict. hic in quinto notab. numero 36. & alij dum volunt naturalem ante contractum matrimonium posse se protestari, quod non vult legitimus fieri; quia hic est iuris effectus non fundatus in filiorum voluntate, sed in vigore, & sacramento matrimonij vt infra latius in 18. quæstione fundabimus.

Ad quartum Cannetij argumentum clara est responsio postquam matrimonium sequens fingit ex eius vi filios conceptos, & natos esse legitimos & macula illa intermedia peccati tollitur, Ergo si fictio ad illud tempus retrotrahitur, disputatio cessat, & amplius perpetua filij existentia non requiritur pro extremis, sed extrema illa matrimonij supra firmata sufficiunt quæ sunt, quod vtroq; tempore coitus, seu natiuitatis filiorum, & contracti matrimonij vterque solutus sit, quibus extantibus nuptiæ legitimæ sequuntur.

QVÆSTIO VII.

52 QVÆRO VII. vtrum naturalis legitimetur in articulo mortis concubini vel concubinæ, & succedat in feudo, maioratu, vel primogenitura, fideicom. vel alios remotiores agnatos, vel substitutos excludendo? frequens vtique & vtilis est articulus iste, & a feudistis parum cognitus excepto Bald. hic, qui simpliciter formauit quæstionem, & ad Io. Andr. se remisit in regula sine culpa de regul. iur. in sexto, vbi fuse ad partes disputat, ante omnes Iacob. de Aretio in l. nuper. C. de naturalib. liber. tetigit articulum, & fuit in opin. quod filij non legitimantur vt Doctor. testantur: in meis tamen lecturis Iacobi de Areti. doctrinam talem non inueni, credo, quod fuerit Iacobus de Aretio antiquus Doctor. quem trepidando sequitur Salyc. & Ioannes de Imola in leg. cum tale §. meuius ff. de condit. & demost. miratus est de contraria, & communi opinione. Cin. in dict. l. nuper tenet, quod legitimatur proles si extat, alias Cinus dubitat de matrimonij validitate, quia substantialia deficiunt secundum eum; sequitur Cannet. Sicul. in capit. volentes fol. 178. versic. sed an constitutus, post Angel. in l. sed est quæsitum de liber. & posth. & alios refert, sed non sequitur Illustrissimus Mantica de coniecturis lib. 11.

11. titul. 13. Ruin. consil. 211. numero septimo, & octauo, libro primo, qui allegat Specul. de statu monac. in fine, & Anchar. in capitu. sicut nobis de regular. idem Ruin. consil. 163. numero septimo, libro tertio, & consil. 46. numero octauo, libro secundo, Cur. Iun. consil. 26. numero nono, libro primo, Celsus Vgo consil. 73. numero 32. versic. & licet ista Tiraquell. omnes antiquos refert in l. si vnquam vers. susceperit numero 73. & 74. Alciat. respon. 616. numero quarto, versic. nec ab eo Mantua. consil. 38. numero 14. libro secundo, Menoch. consil. 108. numero 21. libro secundo, plura de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 8.

Doctores tamen communiter Ciuilistæ, & Canonistæ tenent contrarium, quod naturalis iste fiat legitimus per matrimonium contractum in articulo mortis, & successibilis in maioratu, & feudis: Io. Andr. fusè in regula sine culpa de regul. iur. lib. sexto, vbi Anchar. Archidia. & alij Butr. Cardinalis Abb. Ioan. Andr. Henric. Boic, & alij in dict. capit. tanta qui filij sint legit. quam opin. Io. de Imola vltra Canonistas in dict. §. meuię communes esse testatur, Alberic. in l. cum quis C. de naturalib. liber. ad partes disputat articulum, & doctè communem sequitur Anton. de Rosell. in tractat. de legitimatione libro primo, capit. de causa materiali legitimationis numero 32. ad 43. versic. vlterius quęro, qui aliquantulum a communi recedit Alexand. ad Bart. in dict. l. nuper, qui plures cumulat Aluarot. hic numero 10. & alij in locis citatis Author quidam tetigit ad Alexand. libro sexto, consil. septimo, qui se refert ad consuetud. Paris. §. 122. cuius lecturas non habemus, Abb. in capitul. quoniam in 3. notab. de coniugio leprosorum Alexand. fusè in l. siquis posthumos de liber. & posthum. Ias. in l. sed est quæsitum numero quarto, de liber. & posthu. qui post Cuma. Aret. & alios testatur hanc esse communem, & in praxi notandam sententiam Couar. fusè de sponsal. secunda par. capitu. octauo, §. secundo, numero 10. qui alios allegat, Parisius optimè consil. 13. nume. 68. libro primo, Siluanus consil. tertio, numero 29. & alij, Tiraquell. in leg. si vnquam vers. susceperit numero 73. & 74. magis communem testatur, Anto. Gabr. libro sexto, commun. opin. titu. de legitim. conclus. prima, nume. 53. & 54. & 17. Molina de Hispan. primo genit. libro secundo, capit. quinto, numero 25. ad 30. Afflict. hic in quinto notab. numero 37. Bald. consilio 319. libro quarto, incip. matrimonium in articulo mortis Bursat. consil. 10. numero nono, & 10. libro primo, nouissimè hanc communem esse testatur Marcus Antonius Peregri. in tractat. de fideicommis. artic. 24. numero 59. quem torsit fraudis argumentum, & ideo a veritate aliquantulum variauit, sequitur Petr. de Gregor. in tractat. de concess. feud. part. 6. quæstione 10. numero 18. in fine Thesau. decisio. 196. numero primo, Cumia. in capit. si aliquem vers. non communibus numero 28. sequitur Dominus Mantica lib. 11. titul. 13. anceps fuit Dominus Fabius Anna singul. suo 114. dum Cumiam, & Cannetium contrarios vnico contextu allegat, & quem approbare voluerit, non explicat, latius in additionibus ad singul. 337. communem sequitur Ioannes Cephal. consil. 239. libro secundo, vbi ad partes disputat hanc veram, & communem testatur Petr. Duenn. in regula 350. numero 20. versicul. limita primo, sequitur Menchaca Doctor Hispanus frequentium quæstionum libro tertio, cap. 41. numero quinto, qui dicit hos filios legitimos esse, & etiam fraude detecta cæteros excludere Nicol. Intrigl. centur. secunda, de feud. artic. primo, numero 378. Hieron. Gabriel consil. 24. numero secundo, & tertio. Mainer. in leg. quoties numero 22. de regul. iur. Sfortia in tractat. compendiosè par. 6. numero 6.

Pro opinione Iacobi de Arena, & sequacium multa allegantur per Doctor. & vltra eos adducam aliqua non aspernanda media.

53 Primo matrimonium contrahitur cum spe sobolis, ad quod ponderatur l. nuper, C. de naturalib. liber. hęc spes deficit, quando contrahitur in mortis

articulo, ergo & matrimonium, & consequenter legitimatio naturalis, & sic cessio ad feuda, vel maioratum.

54 Secundo matrimonij finalis causa duplex est, vtraque hic deficit, ergo cessante causa cessat matrimonium, probatur maior. Prima causa est prolis cap. vnico de voto in sexto, & cap. 2. Genesis in fine ibi, & erunt duo in carne vna, id est ad vnam carnem procreandam, & ibi, crescite, & multiplicamini.

Secunda fuit institutio ab Apostolo in statu innocentię, & causa fuit euitandæ fornicationis primo ad Corinthios 7. vtraque causa exprimitur, 32. quæstione secunda, cap. sicut, §. his ita, & ibi Archidiac. in agente in extremis vtraque causa cessat, vt patet ad sensum, ergo & matrimonium.

55 Tertio vbi plura substantialia alicuius actus siue sacramentalis sit, siue non, requiruntur vno deficiente, totus actus corruit, patet in baptismo, 1. quæstio. prima, capit. detrahe in forma Scrutinij in electione capit. quia propter de elect. in transactione, & alijs.

56 Sed tria sunt bona matrimonij secundum Augustinum, 28. quæstione secunda, cap. omne, cap. vltimo de condit. appositis, quorum vno deficiente totum corruit, cap. tuæ, & capit. tua de desponsatio. hic prædicta plura deficiunt, Ergo & matrimonium deficit, & successiue legitimatio.

57 Quarto inducitur tex. a simili in capit. vnico, 57. distinct. vbi Baptismus in morte receptus irregularitatem inducit, quoad ordinis promotionem. de pœniten. distinctio. 7. cap. si quis positus, vbi Augustinus asserere non vult, quod pœnitentiæ Sacramentum in morte susceptum illius sit efficaciæ cuius est cum in sanitate suscipitur, & in cap. super extra de raptoribus ostinato in uita, quamuis confessus sit, in morte sepultura denegatur, ex quibus diuersitas probatur aliquid fieri in vita, vel in mortis articulo.

Secundo videtur quædam esse irrisio sacramenti, argumento, ca. irrisor. 3. destri. postquam aliquis contrahit cum ea, cum qua non contraheret in vita, & è contra.

Sexto ad idem alleguntur, capit. secundũ, & quartum, de frigidis, & maleficia. in cap. secundo, statuitur, quod puer non valens debitum reddere, inhabilis est ad matrimonium contrahendum tanquam impeditus, sed con-
58 stitutus in extremis est etiam inhabilis in cap. quarto dicitur, quod concurrente impedimento legitimo cum scientia contrahentium, vxor remanet loco sororis, in constituto in mortis articulo concurrunt hæc omnia, Ergo non valet matrimonium.

59 Septimo ex hoc matrimonio sequitur repugnantia, quia finis matrimonij est prolis procreatio, & omne agẽs propter finem agit, dicit Aristoteles, finis iste cessat, postquam contrahitur in statu, in quo spes ista cessat, ergo & matrimonium quoque cessat cessante causa finali.

60 Octauo adduci potest in argumentum tex. in l. filiæ meę emancipatæ, ff. soluto matrimonio, & cap. secundo de renuntiat. in sexto, l. omnes, §. Lucius, quæ in fraudem credito. concordat, l. sed etsi maritus, §. fin. ff. qui, & a quibus, in quibus repudium, vel renuntiatio beneficij facti tempore grauis ægrotationis præsumitur fraudulenta, & fraudulentum, & non tenent & ex dicta l. filiæ multa singularia fraudis argumenta colligit Bal. in cap. primo, §. porrò qualiter olim poter. feu. alien. Rota decis. 361. in antiquis incipien. non præsumitur titu. de præsump. Anchar. consilio 340. Marin. autor. 3. numero 34. post Iser. & alios in cap. primo, §. sed & res supra per quos fiat inuestit. & plura in argumentum allegari possent ad coadiuuandum actum inualidum propter fraudis præsumptionem, quæ congerit Gomes. latè in regula Cancellariæ de infirmis resignantibus post Ruin. d. consil. 211. num. 7. & 8. & alios.

Et dico fortius circa secundam partem quæstionis quod Angelus in l. sed est quæsitum de liber. & posthum. dixit, quod matrimonium huiusmodi valet contractum in mortis articulo nisi probaretur quod fuisset factũ in fraudem feudatariorum, vel fideicommissariorum. quem sequitur Anto. de Ro

sel.

ſel. in loco ſupra citato, numero 41.
Præpoſit. in dicto capit. tanta, numero
ſeptimo, circa finem qui fil. ſint legit.
qui Angelum allegat in dicta l. ſed &
quæſitum, de liberis, & poſthumis,
Ruin. conſilio 211. libro primo, nu. 7.
Cannet. in extrauagan. volentes, fo-
lio 178. in quæſtio. incip. Sed an con-
ſtitutus Albert. Brun. conſil. 15. nume
ro 17. Soc. ſequitur Angel. in dict. leg.
ſed eſt quæſitum ff. de liber. & poſthu.
adduci poteſt dictum Io. Andreæ in
capit. in præſentia de probat, dicentis
quod ingrediens Monaſterium in ar-
ticulo mortis non excludit ſubſtitu-
tum, cum per fraudem ad illius exclu
ſionem præſumatur ingreſſus, ſequi-
tur Dec. conſilio 56. aliique relati per
Menoch. conſil. 108. numero 22. libro
ſecundo, poſtremo adduci poſſunt no-
tata in capit. de his, de ſepulturis, quod
actus factus in morte non præiudicat
alteri, ſicut nec alteri præiudicat con-
feſſio facta in mortis articulo, niſi iu-
rata Anth. quod obtinet C. de proba-
tio. aliqua a ſimili Afflict. deciſio. 168.
& in capit. ſecundo, de frigidis, & ma-
leficia. probatur, quod matrimonium
contrahi non poteſt ab eo, qui genera-
re non valet, ita puer qui non poteſt
debitum reddere capit. a nobis, & ca-
pit. puberes de deſponſa. impuber.

Pro contraria, & communi opinio-
ne adducitur dict. capit. tanta, vbi in-
diſtinctè probatur ſequens matrimo-
nium naturales legitimare.

61 Secundo edictum de matrimonio
prohibitiuum eſt certarum perſona-
rum capitul. cum apud de ſponſal. ſed
caſus huiuſmodi prohibitus non repe
ritur, ergo remanet permiſſus. Præ-
62 terea in matrimonio ſufficit ſpes pro-
lis in caſu conualeſcentię, & etiam ſi-
ne tali ſpe poteſt eſſe matrimonium
propter humanitatis ſolatium 27. quæ
ſtione prima, capitu. nuper, notatur in
capit. quod ſedem de frigidis, & male-
ficia, nec vitiatur propoſitum non ha-
bendo prolem niſi deducatur in pa-
ctum capitu. final. de condition. appo-
ſitis.

Tertio Io. Andr. in dict. regula ſine
culpa inducit capitul. commiſſum de
ſponſalib. in quo text. deficiebat ſpes
prolis, quia non intendebat ad coi-
tum, item deficit ſpecies Sacramenti,
quia per profeſſionem intendebat con-
trahens cito diuertere, deficiebant er-
go duo bona in ſpe, & tenet matrimo-
nium, ergo fortius tenet, vbi vnum
tantum deficit.

Quarto Io. Andr. inducit tex. in ca-
pitul. beata 27. quæſtione ſecunda, in
quo conſtat fuiſſe matrimonium in-
ter Beatiſſimam Cœlorum Reginam
Mariam cum Ioſeph, & tamen ipſa
Virgo etiam contrahendo ſe virgini-
tatem ſeruaturam diſpoſuit, & ſic iux
ta diſpoſitionem animi non erat ſpes
prolis.

Quinto probatur a ſimili in Sacra-
mento Baptiſmi, cuius bonum eſt in-
fuſio gratiæ cum remiſſione peccato-
rum, ſed ſi fictè baptizetur adultus,
verum habet Baptiſmum, non tamen
eius bonum, quod tamen habere inci-
pit poſtea cum illa fictio a veraci cor-
de receſſerit 1. quæſtione prima, capit.
ſicut ficti de conſecra. diſtinct. quarta,
capit. tunc valere capit. maiores §. fin.
de baptiſmo. ita iſte habet verum Sa-
cramentum matrimonij, Sanatus au-
tem ab ægritudine habere poterit ſpē
63 prolis, & prolem, confirmatur, nil cer-
tius morte, & nil incertius hora l. pri-
ma, de condit. & demoſt. & ſæpius ex-
perimur ſanari pronoſticatos ad mor-
tem, & è contra capit. ad aures de æta-
te, & qualita. quia ergo mortis certitu-
do non impedit matrimonium, &
dies ita in ęgris, ſicut in ſanis eſt incer-
tus, fateri oportet ita ac ſi in ſanitate
conſtituti eſſent contractum.

64 Sexto pro communi opin. eſt text.
aureus in capit. ſicut nobis de regula-
ribus, vbi matrimonium ſpirituale,
Profeſſio S. Religionis, contrahitur in
mortis articulo, dummodo propter in-
firmitatem non ſit alienatus a mente,
capitul. ſicut tenor eod. titul. quo caſu
Ioannes Andr. Alber. & alij fatentur,
& nos quoque tenuere etiam carnale
matrimonium 32. quæſtione ſeptima,
capit. neque capit. dilectus de ſponſal.
cum ſimil. ergo ita contrahitur etiam
carnale matrimonium in mortis arti-
65 culo, Item nec ætas, neque generandi
ſterilitas matrimonium impediunt,

nec difficultas in generando text. au-
reus in dict. l. sed & quęsitum de liber.
& posthu. ergo, &c.

66 Quid dicemus nos, subdistinguamus
mus articulum in duas principes quæ
stiones. Altera erit simpliciter quære-
re, vtrum matrimonium contractum
in mortis articulo existentibus con-
trahentibus in sensu recto, valeat, &
legitimum sit? Secunda erit, vtrum
matrimonium huiusmodi contra-
ctum tanquam fraudulentum ex frau
de præsumpta a lege, vel probata legi-
timet naturales ita, & taliter, quod fi-
scum, aliosvè agnatos vel fideicom-
missarios excludant a feudo, maiora-
tu, rebusvè fideicommisso subiectis?
Nos retulimus in primo articulo Do-
ctorum varietates, & communem
opinionem. In secunda vero quæstio-
ne vos vidistis Ang. Anton. de Rosel.
& Præpos. supra allegatos asserentes
huiusmodi fraudulentam legitimatio-
nem per subsequens matrimonium
contractum in mortis articulo fiscum
aliosvè agnatos a feudis, vel fideicom-
missarios non excludere, & plures sũt
Doctores dictum Angeli & sequac. re
probantes Alex. in dicta l. quis posthu
mos, qui Angeli limitationem refert,
impugnat, & eam saluare conatur, vt
eius dictum procedat, quando aliundè
esset probatum extrinsecus huiusmo-
di matrimonium in fraudem esse con
tractum, vt per gloss. Cin. Bald. Salice.
Alber. Corne. & alios in Authent. nisi
rogati, C. ad Trebellia, Ioan. Andr. &
alios in cap. in præsentia de probatio.
qui loquuntur in ingrediente monaste
rium in fraudem substituti, & sic in
matrimonio spirituali, non carnali Co
uar. & alij infra citandi.

Ego tamen sine difficultate in vtra-
que quęstione filiorum causam sequor
quod sint verè legitimati, & matrimo
nium teneat, & tanquam legitimi, &
naturales fiscum, aliosvè agnatos a feu
dis, & maioratibus excludant: sequen
do communem, ut veram Doctor. sen
tentiam, quicquid malè senserint di-
stinguendo Antonius de Rosel. in lo-
co citato post Angel. in dicta l. sed &
quæsitum, & multo peius loquutus
fuit Præpos. in dicto capit. tanta & In-
triglio. centur. secunda, articulo pri-
mo, num. 383.

Communis opin. per argumenta su
pra formata probata fuit circa primũ
articulum validitatis matrimonij ea-
demque argumenta conferunt ad prõ
bationem secundæ conclusionis, seu
opin. in secunda quæstione pro filijs
adsit, vel absit fraus, quæ sententia con
tra Angel. & sequac. multis alijs me-
dijs roborari posset, aliquibus, vltra
Doctores, tamen contentus ero. Iam
diximus communem opini. firmare
matrimonium contractum in mortis
articulo validum esse, filiosque legiti-
mare non distinguendo si adsit, vel
cessat fraus, ergo nec nos distinguere
debemus l. de pretio de publicia. & sic
67 Angel. & alii contra communem lo-
quuntur. confirmatur secunda opinio
contra Angel. quia legitimatio hæc est
effectus matrimonij eoque præsuppo-
sito valido, vt communis opin. & idẽ
Angel. fatetur, per necesse sequitur,
quod naturales sint effecti legitimi vi
gore ipsius matrimonij, quia tanta est
eius vis, dicit text. in dicto cap. tanta,
& effectus iste oritur ex causa valida,
idest, ex matrimonio valido, ergo etiã
68 effectus validus est, seu legitimatio di
ctorum filiorum causa valida arguit ef
fectum validum demonstratione pro-
pter quid dicunt Logici, & est vali-
dum demonstrandi genus, & è contra
libro primo, poster. cap. secundo, & ter
tio. Vis enim matrimonij omnem ma
69 culam, & fraudem abstergit, nec bene
dicit Salic. in dicta Authen. nisi roga-
ti, nume. quarto, C. ad Trebellia. quod
vis matrimonij abstergit maculam
pręsumptam non probatam, quia etiã
probata fraude, dum vtitur iure suo le
gitime id agere potest l. merito, ff. pro
socio l. fluminum, §. fin. cum l. sequen.
de dam. infec.

Tertio Alexan. specificè refert, &
impugnat Angel. in dicto l. quis post-
humos, numero quarto, de liber. &
posthum. versic. communem tamen
sententiam, & vtitur hoc argumento
contra Angel. quia præsupposita eius
opinione sequeretur, quod nullo casu
70 legitimatus post testamentum exclu-
deret substitutum, & tamen secundũ

magis

magis communem opinio. excludit Doctores in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. Bal. & Imola in l. Lucius la vltima de hæredib. institu. cum alijs per Alex. citatis, ergo &c.

Sequitur Iaf. in dicta l. sed est quæsitum numero quarto, de liber. & posthum. qui Alex. refert, & sequitur Ripa notabiliter in l. ex facto §. si quis rogatus, numero 48. ad Trebellia. Paris consilio 13. numero 60. libro primo, qui dicit quod omnes Doctores prædicti & alij per eum citati expresse reprobant Angel. & sequac. Conat. fusè omnino videndus dicto loco supra citato de sponsal. part. secunda, capit. octauo §. secundo, numero 10. quos sequitur etiam Molina, libro secundo, cap. quinto, numero 26. & 27. Cannet, tamen in extrauag. Siciliæ volentes fol. mihi 178. in quæstione incip. sed an constitutus defendit opin. Angeli, etiam cõtra Alex. & communem, & ante eum Mantua. libro secundo, Dialog. 48. nil tamen substantiale affert contra Alexan. & alios, quos sequitur quoq; Intrigl. postea impressus centur. 2. artic. primo, numero 383.

Conatur tamen Alexan. Saluare Angel, vt eius doctrina procedat, quando extrinsecus fraus esset probata, q̃ hoc matrimoniũ esset cõtractum pro fraudando fisco, vel remotiorib. agnatis, a feudi successione, vel alijs uocatis in fideicommisso, & eo casu quando fraus non esset præsumpta, sed probata fatetur, Alexan. Angeli doctrinam ueram esse per dictum Innocen. in cap. in præsentia in fine de probat. quando comminatus esset sæpius, quod substitutum excludere vellet, argumen. etiam cap. secundi de renunciat. in sexto, & tangit glo. 2. in Auth. nisi rogati, C. ad Trebel. & ibi communiter sequuntur Doctor. supra citati.

Notate tamen vos ex doctrina Alexan. & sequac. pro nunc, quod Angeli doctrina impugnatur communiter. Secundo notate id, quod dicit, quod sola præsumptio fraudis non sufficit ad excludendum filios a feudo; vel a re subiecta fideicommisso, quia solum fideicommissum non sufficit dicit Alexand. & communiter ad inducendam fraudis præsumptionem, adeoq; si fiscus diceret, hoc matrimonium præsu-
71 mitur fraudulẽtum ad excludendum me a feudo, postquam alij agnati non aderant successibiles, vel idem dicerent agnati remotiores, vel fideicommissarij, postquam est contractum in articulo mortis, vel in ætate decrepita hoc non sufficeret ad inducẽdam fraudis præsumptionem, & successiuè ad excludendum legitimatos, & ita dicit Alexand. quod procedit, & loquitur communis opin. cui ipse in hoc se subscripsit, & nos quoque post Salic. in dicta Authen. nisi rogati, numero quarto, Cyn. & communiter quicquid male ibi dixerit Alberic. qui contra communem loquitur.

Displicet tamen nobis Alexandri doctrina in ea parte, dum voluit doctrinam Angeli veram esse, quando probatum esset matrimonium fuisse contractum in mortis articulo in fraudem fisci, vel agnatorum, vel fideicommissariorum, quo casu fatetur, Alex. & sequac. quod filij non legitimantur, per huiusmodi matrimonium ita contractum, sequitur Decius in capit. in præsentiarum, numero 56. de probat. Paris. dicto consilio 13. numero 68. & quidam alij, quos allegat Molina dicto libro secundo, cap. quinto, numero 27. Anto. Gabriel. titu. de legitimatione, conclusione prima, numero 53. Menoch. libro quarto, præsumptio. 81. numero 28. parcat tamen mihi Alexand. auctoritas, quia fraus ista dato,
72 quod adsit probata, vel etiam confessa, non sufficit ad impediendum effectum legitimi, & validi matrimonij; postquam nos diximus communiter teneri matrimonium huiusmodi esse validum.

Diximus etiam legitimationem hanc oriri ex ipso matrimonio esseque eius effectum, & sicut causa est legitima, & valida scilicet matrimonium ita debet esse eius effectus, qui causatur a causa, quæ est legitimatio filiorum, quia causa, & effectus sunt correlatiua secundum Philosophos, & præsupposita validitate vnius sequitur validitas alterius, quia legitimatio pendet ex ualiditate matrimonij, proba-

tur

nit clare in cap. tuam de ordine cogni-
tió. vbi But. & Abb. per illum textum
hoc dicunt, refert, & sequitur Decius,
consilio 155. & diligenter pro tenui
facultate post numerum primum, ca-
pitu. lator in fine qui fil. sint legit. &
probatur demõstratione propter quid
est a causa ad effectum, quia demon
strata causa valida, vt est matrimo-
nium, sequitur effectus validus, seu
legitimatio, & consequenter successio
ad allodialia, & feudalia.

Dico secundo contra Alexan. & se-
quac. quod fraus ista est legitima, &
permissa a lege, & plures sunt contra-
ctus in quibus fraus concurrit, & ea le
73 ge tolerantur, quos enumerare non
curo, videte Lucam in l. quemadmo-
dum, C. de agricol. & censitis Napod.
& Doctor. in consuetu. sed cum testa-
tur, & alibi, Tres tamen pro nunc
exempli gratia recensere puto.

Primus est contractus donationis
rei emptæ in fraudem congrui, quia
in alienatione concurrit fraus euitandi
congruum, & tamen fraus hæc a lege
74 non improbatur, sed toleratur, vt per
Napod. in consuetud de iure congrui,
Afflict. in tract. de iure protimiseos,
& alios.

Secundò non ne in contractibus
emptionis, & venditionis, permutatio
nis, & alijs eiusdem generis licita est
contrahentibus inter seipsos deceptio
(modica tamen) secundum Doctor.
in l. secunda, C. de rescinden. vend. &
tamen dum contrahens vult socium
decipere, pernecesse præsupponimus
fraudem, & dolum decipere volentis,
huic tamen fraudi etiam præsumptæ,
vel probatæ per extrinsecas probatio-
nes lex non resistit, sed assistit, ut per
Doctor. in d. l. 2.

75 Tertiò delinquens effectus clericus
post delictum in fraudem Iudicis lai-
ci, vtique debet remitti ad Ecclesiast.
Io. And. & Doctor. in c. 1. de oblig. ad
ratioci. Bart. & alij in l. prima, de pœ-
nis nouissimi decision. 209. & 384. ra-
tio illius decision. est mutatio Status,
quia eo ipso, quod est effectus miles
Christi, desinit esse miles sæculi capit.
primo, de mili. vassall. qui arma bellil
76 depos. & est fraus illa permissa a lege,
iuri

dum iure suo vtitur dict. l. merito, &
ita soluitur argumentum fraudis per
eum formatum, decision. 209. & non
solutum decision. 384. concordat ca
pitul. primo, de feudo fœminæ infra.
Idem qui iure suo vtitur nemini iniu-
riam facit l. qui autem §. primo. ff. de
his, quæ in fran. credit. vbi potest quis
etiam in fraudem creditorum hæredi
tatem sibi delatam repudiare, quod
etiam in liberto in fraudem patroni
receptum est l. 1. §. vtrum ff. si quid in
fraudem patro. & in Principe, qui iu-
re suo in alterius perniciem vti potest,
hæreditatemque etiam alteri delatam
auferre l. secunda, & l. quamuis ff. de
naturalibus restituendis Doctor. in l.
Gallus §. & quid si tantum de liber. &
posthum. & quod fit lege permittente
etiam in alterius necem iustum repu-
tatur l. Graccus de adulter. C. & atten
ditur id, quod principaliter agitur, vt
ea, quæ inde sequuntur, valida sint l. si
quis nec causam cum similib. ff. si cer.
petat. Item vnicuique iure suo ne-
dum vti, sed abuti permittitur l. sed si
lege §. consuluit cum simil. de petitio.
hæreditat. hanc opinion. etiam præsup
posita fraude probata, vel confessa per
contrahentes in beneficium filiorum,
vt ad maioratus, atque feuda succe-
dant tanquam legitimi, & naturales
tenuit Mencacha libro tertio, frequen
tium quæstionum capitu. 41. numero
quinto, post alios supra citatos quos æ-
quiuocis medijs impugnare conatur
Ludouic. Molina in fine libro quarto,
de iure primogenit. in eius annotatio
nib. numero octauo, fol. mihi 532. cu-
ius dicta infra in responsione ad octa-
uum argumentum confutabimus, &
alios plures similes casus referre pos-
sem. Quamuis ergo contrahentes ma-
trimonium in mortis articulo frau-
dandi fiscum, vel alios animum ha-
beant, idque extrinsecus liqueat, ad-
huc fraus hæc non est in consideratio-
ne a lege in hoc casu, in quo effectus
iste legitimationis filiorum est inse-
perabilis ab ipso matrimonio, & ab
eius causa, & absurdum esset dicere
causam esse validam, & effectum in-
de ortum esse inualidum, tanquam
correlatiuum, connexum, & insepera-
bile,

bile, quia effectus matrimonij est le-
gitimatio, priuilegia vero legitimatio
nis sunt vt gaudeant legitimati illis
iuribus, & immunitatibus, quibus
gaudent alij legitimè nati, nec dici pō
test, quod sit vere legitimatus sed
quod non succedat ratione feudi, quia
sequeretur, quod in vna parte esset le-
gitimus idem homo, & in alia parte in
legitimus, & insuccessibilis, & hoc est
monstruosum, quia lex non procedit
77 per viam dispensationis, sed per viam
legitimationis, Gloss. notabilis in ca-
78 pit. cum inhibitio §. primo, vers. si am-
bo de clandesti. desponsatio. Videte,
quæ ad propositum scripsit Doctissi-
mus Regens de Ponte apud Catholi-
cam Maiestatem, & meritissimus Co-
mes consil. 16. numero quarto, & se-
quent. & infra latius dicemus nume-
ro 130.

79 Confirmatur tertio ex regula l. nu-
per in fine C. de naturalib. liber. vt in
dubio pro statu liberorum eorum fa-
uore sit iudicandum.

Quarto vtraque conclusio in prima
& secunda quæstione, supra formata
roboratur ex l. sed & quæsitum ff. de
80 liber. & posthum. vbi nec ætas, neque
sterilitas, nec accidentale impedimen
tum impediunt matrimonij validita-
tem, & optimus est tex. in l. si quis post
humos in principio de liber. & post-
hum. quem videte quæso, quia in ho-
81 mine tempore celebrati actus consi-
deratur natura ipsius hominis, non
temporale vitium, aut valetudo, pro-
pter quam abdicatur homo a generan
di facultate, dicit text. ibi, ex quibus pa
tet responsio ad tria argumenta primo
loco in ordine formata, & ad sextum,
& septimum quę omnia fundata sunt
in impedimento accidentali ægrota-
tionis ad impediendum matrimonij
validitatem, & iura in dict. leg. sed &
quæsitum, & l. si quis posthumos, hu-
iusmodi impedimenta penitus reij-
ciunt, Insuper vis matrimonij om-
nem maculam tollit dicto capitulo
tanta.

Quinto non ne quilibet feudata-
rius dum contrahit matrimonium du
plicem habet finem. Solatiū vitæ, & li
berorum procreationem, vt supra dixi
mus, nec non habet alium finē conse-
quutiuū excludendi fiscum, & id agit,
dum insanitate contrahit, ne feudum
in futurum ad fiscum deuoluatur, &
tamen in fisci fraudem id agit, vel fi-
deicommissarij. Nec tamen fraus à le
ge non improbatur, quia dum iure suo
vtitur nemini iniuriam facit l. merito
ff. pro socio l. fluminum in fine cum l.
sequen. de dam. infec. ergo idem ius es
se debet, quando in mortis articulo,
vel in decrepita ætate matrimonium
contrahit: postquam specificè hoc ma
trimonium reprobatum non inueni-
tur in iure, & hoc edictum est prohibi
torium certarum personarum vt su-
pra diximus, & in dubio contra fiscum
l. non puto de iure fisci, & mortis dies
omnibus est incerta dicta l. prima, &
sic nostra quoque, & communis senten
tia validissimis fundata remanet me-
dijs.

Nec obstat conclusioni supra per
nos formatæ contra Alexand. dictum
Gloss. & Doctores in Authen. nisi ro-
gati, C. ad Trebellia. & doctrina Ioan.
Andr. in capit. in præsentia in fine de
probat. qui dicunt, quod ingressus in
Religionē in fraudem substituti fidei
commissum non euanescit, quia fraus,
& dolus nemini opitulari debet capit.
sedes de rescript. cum simil.

Respondetur primo, quod Glo. Bal.
Cin. Salic. Corn. & alii in dicta Auth.
nisi rogati loquuntur in matrimonio
spirituali, idest, ingressione monasterii
82 cuius matrimonij, etsi magna sit uis,
& efficacia, quia facit Monasterium es
se loco hæredis ad excludendum sub-
stitutum capi. in præsentia de probat.
non tamen operari potest, ut monaste
rium, sit loco filij, nec reperitur lex ali
qua dicens Monasterium esse loco filij
dicit Barto. in dicta Authen. nisi roga-
ti, ergo hoc matrimonium spirituale
non est eiusdem efficaciæ, & virtutis si
cut est matrimonium carnale.

Confirmatur differentiæ ratio, &
responsio ex communi theorica Do-
ctorum dicentium, quod si fuerit alicui
facta substitutio, si decesserit sine libe
ris ex se natis, hæreditatem alicui testi
tuat, & institutus Monasterium ingre
83 diatur, quod factus est casus fideicom-
missi

missi secundum magis communem
opinionem, quia Monasterium non
est loco filii, nec huiusmodi ingressio
est tantæ virtutis,& efficaciæ,ut faciat
84 Monasterium vocari filium ingressi,
ita tenent Ioan. Andr. Hostien. & plu
res alii in cap. Raynutius de testamē.
Bald. in l. prima, de condi. incertis Imo
la laiè in l. Lucius, la secunda, de hære.
institu. & alij, quos fusè refert additio
ad Barto. in suo consilio primo, incip.
Parmensis quidam. quicquid ibi Bart.
& quidam alij in contrarium dixerint
85 sed filij legitimati per subsequens ma
trimonium excluderent substitutum
sub forma prædicta secundum omnes
communiter in capi. per venerabilem
qui fil. sint legit. Alexan. in l oco citato
& alibi. ergo maioris est virtutis & effi
caciȩ matrimonium carnale, quam spi
rituale, quia carnale legitimat in om-
nibus. omnemque maculam, & frau-
dem abstergit, dicto cap. tanta spiritua
le vero non ita, quia & si magnæ sit vir
tutis, non tamen tantæ sicut carnale,
ex quibus liquet, quod doctrina Glos.
& aliorum in dicta Authen. nisi roga-
ti ad casum istum applicari nō potest.
Secunda est responsio, quia matri-
monium carnale omnem maculam,
& fraudem tollit dicto capit. tanta, &
Isern. hic, hoc tamen in spirituali sub
illa forma statutum non reperitur, nec
text. in §. primo. Authent. de mona-
chis, quem Cyn. allegat in dicta Auth.
nisi rogati id dicit, ergo vnum matri-
monium cum altero per omnia adę-
quari non potest. nostræ conclusioni
contra Alexan. & sequaces se subscrip
sit virtualiter Couar. in loco supra ci-
tato, numero 10. dum generaliter sol-
uendo argumentum fraudis dicit,
quod qui iure suo vtitur, nemini iniu
riam facit & sic Couuar. præsupponit
fraudem interuenire, sed fraudem
hanc non esse a lege improbatam, &
hoc etiam argumento vtitur Cannet.
contra Angel. dicta extrauag. volen-
tes fol. 178. cui ipse postea non respon
det, qui iure suo vtitur, fraudem non
committit, capit. cum Ecclesia Vulte-
rana de electio. capi. cum debetur 12.
quæstio. prima. Insuper allegat Gloss.
in hoc capit. naturales dicentem prin-
cipem posse legitimare in agnatorum
præiudicium & tamen hæc legitima-
tio notoriè fit in fraudem agnatorum,
similia ad Gloss. congerit Brun. consil.
primo, & Campeg. consilio 1. & nos
de eius veritate suo loco dicemus.
Ex quibus veritas nostræ conclusio
nis in omnibus detecta remanet con-
tra Angel. Alex. & alios.
Limitatur tamen vtraque conclu-
86 sio secundum Doctores in locis citatis
vt non procedat, quando infirmitas es
set adeo grauis, nedum corporis, sed ét
intellectus, adeo quod infirmitas tur-
basset ne dum corpus, sed etiam intel-
lectiuam potentiam animæ, quia tunc
non ualet matrimonium ex defectu
consensus, & in hoc omnes consen-
tiunt, & bene probatur in capit. dile-
ctus de sponsal. 27. quæst. 2. cap. neque
cum simil.
87 Contraria in principio quæstionis
formata ex prædictis soluta remanent
sigillatim tamen non obstat primum,
& septimum formatum de l. nuper,
C. de naturalib. libe. quia sufficit, quod
sit spes sobolis in casu conualescen-
tiæ, immo etiam sine conualescentia
adest spes prolis dum legitimatur illa
naturalis proles, & per hunc actum
mutat statum capitu. commissum de
sponsalibus.
Secundo respondetur, quod etiam
sine hac spe prolis ualet matrimoniū
propter humanitatis solatium saltim
in remedium concupiscentiæ secun-
dum Couar. loco citato post D. Tho-
mam, & alios Theologos per eum ci-
tatos 27. quæstione prima, cap. nuper
notatur in cap. quod sedem de frigid.
& Præposit. non vitiatur non haben-
do prolem, nisi deducatur in pactum,
cap. fin. de cond. appositis.
88 Ad secundum tertium, & quartum
argumentum bene respondet Ioann.
Andr. in dicta regula sine culpa, quod
loquuntur in substantialibus requisi-
tis pro forma actus, quorum uno defi-
ciente actus corruit, & minus nocet
vitiare causam, quam formam nota-
tur in summa, 12. quæstione secunda,
& adducta in illis argumentis pro-
bant esse causam matrimonij non
formam.

Ad

Ad quartum respondet Ioan. And.
Alber. & alij, quod baptizatus in mor
te, verum habet baptismum, ad alia ut
89 ta dicitur, quod ille uerum habet poe-
nitentiæ Sacramentum, sed ad alio-
rum terrorem denegatur officium se-
pulturæ, vt in glo. ibi. Non obstant
alia argumenta, quia casualia sunt,
90 tiam regulariter, quod licet in uita li-
cet etiam in morte, alias incideremus
in legem fusiam Caniniam, qua lice-
bat in vita libertates dare non in mor
te, hodie sublatam.

Non obstat octauo, quia iam diximus fraudem hanc non esse a iure im probatam: Vel & secundo responde- tur, quod per vim matrimonij omnis fraus, & macula sublata est, postquam matrimonium a Summo omnium Creatore Optimo Maximo in Paradiso institutum fuit, etiam si a principio interueniret, diximus etiam, quod in dicta l. filiae meae, & in cap. secundo de renuntiat. in sexto, & in l. si cum mulier, ff. rerum amotarum, & l. Sulpitius de donatio. inter virum, & vxor. & in l. qui pena, §. primo de manumiss. l. cum ratio §. fraudis autem, ff. de iure fisci cum simil. ib. probantibus, ex quibus deducitur, quod si omnia, quæ quis facere potest, illico posset in alterius fraudem committere, nimium fraudibus indulgeretur, dolisque atque machinationibus via aperiretur, quod permittendum non est l. in fundo de rei vend. his, & similiter dicitur, quod in illis casibus fraus adhibita in principio resistit validitati actus, & illa macula fraudis semper validitati actus repugnat; ita, & taliter, quod actus ille erit fraudulentus, & nullus; matrimonium tamen subsequens omnem maculam tollit, & disputare non debemus de validitate istius actus d. cantat. sæpius allegatam, Si ergo actus iste est validus, quo modo dicere possumus eius effectus esse inualidos vtique, non video; nec effectus restringi debent præsupposita causa ualida.

QVÆSTIO VIII.

91 QVÆRO OCTAVO utrum
naturales legitimati per sequens
matrimonium contractum in decre-
pita ætate alterius ex coniugibus, vel
vtriusque succedant in feudo fiscum,
vel alios agnatos remotiores excluden
92 do? decrepita ætas dicitur continua
infirmitas, l. Ciuitatibus de legat. pri-
mo, cap. magnæ de voto, ex quo Abb.
93 notat, quod statutum loquens in infir-
mo verificatur in sene, & Aristotel. in
quinto libro de genet. animal. dicit, se-
94 nectutem per se ipsam morbum esse
naturalem, cui multa incommoda plu
rimæque imbecillitates Bal. in Auth.
nisi rogati, numero 24. C. ad Trebel.
tenet, quod huiusmodi matrimonium
præsumetur fraudulentum, & conse-
quenter contra filios: tangit articu-
lum Auctor quidam ad Alexan. libro
septimo, consilio quinto, & Doctor. in
dicto cap. tanta, Quæstio hæc termi-
natur per rationes, & authoritates su-
pra in præcedenti quæstione allega-
tas, siquidem eadem decisionis ratio
concurrit in hac, sicut in præcedenti
quæstione.
95 Ego indubitanter teneo naturales
per huiusmodi matrimonium esse le-
gitimatos, & in feudis, alijsque bonis
succeßibiles per rationes, & authori-
tates in præcedenti quæstione declara-
tas, quarum tres sunt præcipuæ. Pri-
ma quia edictum de matrimonio est
certarum personarum prohibitorium
cap. cum apud de sponsal. sed in ætate
decrepita non reperitur prohibitum,
ergo permissum.

Secundo iura sunt clara in l. sed est quæsitum, & l. si quis posthumos, ff. de liberis, & posthumis, in quibus disponitur, quod is, qui generare facile non potest, vt senex, inquit Glos. vel valetudinarius inquit tex. in l. si quis posthumos, possunt contrahere matrimonium, rationé assignat Vlpianus quoniam nec ætas, nec sterilitas matrimonium impediant.

Tertio dato, & non concesso, quod fraudulenter contractum sit matrimonium huiusmodi, fraus ista est a lege permissa, vt in præcedenti quæstione declarauimus. Et sic Bal. & aliorum doctrina non obstat. hanc opinionem latius comprobat cæteros coacervando Franc. Bursat. consilio decimo, nu-

mero

mero nono, & decimo, libro primo, cui recurratis, conferunt dicta supra, quæstione septima, & hanc communem, & veram esse opinionem post alios testatur Petr. Duen. in regu. 350. nume. 20. vers. limita primo.

QVÆSTIO IX.

96 QVÆRO NONO. Vtrum naturales nati sub figura matrimonij in feudo succedant, præsertim si tenor inuestituræ diceret, pro te, & hæredibus tuis ex corpore legitime, vel ex legitimo matrimonio descendentibus, quo iure frequentius vtimur in Regno. Bal. hic, numero 11. tenet, quod succedunt Præposit. numero 4. circa finem, Afflict. in 5. notab. numero 42. Aluaro. numero 12. in fine, Federic. Schenc in fine alios congerit, & sequitur Surd. consilio 109. numero 29 libro primo, Hieron. a Lauren. decisio. 70. numero 10. Thesaur. decis. 196. numero 7. ante eos Ruin. consilio 14. columna prima, & 100. 108. in 3. Curt. iun. consilio 27. 52. & 64. Paris. consilio 15. numero 43. & 44. libro secundo, Socin. iun. consilio 39. secundo dubio, libro tertio, Rip. rubr. soluto matrimonio, numero 65. Couar. de sponsal. prima parte, §. primo, numero primo, Duenna regula 350. numero nono, Cephal. consilio 444. numero 7. & 647. numero 14. Menoch. consilio 15. numero quinto, Cassador. de sponsal. decis. vnica, Rolan. consilio 93. numero 18. Veral. decisio. 203. parte secunda, quem allegat, & sequitur Marcus Antonius Peregr. de fideicommiss. artic. 24. numero 66. & 72. post Ludou. Molin. libro tertio, cap. primo, nu. 15. Sic enim nati prodeunt ex matrimonio iure Canonum approbato quo ad illorum legitimationem ac ideo ex legitimo matrimonio nati sunt, alijs rationibus utitur Socin. iun. dicto consilio 39. aliosq; congerit Petr. Duenna loco supra citato Nico. Intrigl. post hæc scripta impressus centuria secunda, articulo primo, numero 503. qui allegat Gregor. Lopes Mascardum, & Celsum Vgonem consilio 31. sub numero nono, & est nedum communis, sed in controuersa fere opinio, quam late probat, & alios allegando Dec. consilio 153. in effectu quæritur, & consilio 154. sequitur Auctor quidam ad Alexan. consilio quinto, libro 7. quorum dicta non repeto, probatur clarè in cap. secundo, & capit. ex tenore qui fil. sint legit. Glos. & Doctor. in l. qui contra, C. de incest. nupt. cum simil. per Dec. allegatis sequitur hic Præpositus, numero quarto, in fine, versicu. quæro quid si nascatur filius, & alios late allegat Anton. Gabriel. titu. de legitimatione, conclusione quarta, per totam, quibus addo tex. aureum de iure ciuili in l. qui in prouincia, §. primo de ritu nupt. Molina loco citato Francisc. Sansbrec. hic, nume. 11. Cur. consilio 27. numero sexto, & 52. nume. 22 Mantica de coniecturis libro 11. tit. 8. numero 24.

Limitatur tamen dupliciter conclusio. Primo vt procedat quomodo palam, publicè, & bona fide in faciem Ecclesiæ seruata forma Sacramenti Tridentini Concilij matrimonium contractum fuit, vtroque vel altero tantum ignorante impedimentum
97 consanguinitatis, vel affinitatis matrimonij, vel aliquod aliud legitimum, & in his terminis procedit conclusio supra firmata, secus tamen erit, si matrimonium clandestine contractum fuerit, tunc etenim licet vterque igno
98 raret impedimentum adhuc filij non succedunt, tanquam illegitimi capit. cum inhibitio, §. si quis vero, vbi Glos. versic. si ambo de clandes. desponsa. ad ditio ad glos. in dicta l. qui contra, C. de incest. nupt. Dec. consilio 154. post Dyn. consilio sexto. Oldrad. consilio 256. in fine, & alios, aliqua Ant. Gabr. titu. de legitimatione conclus. secunda, & conclus. prima, numero quarto, Fusius conclus. quarta, per totam, & antecedos Iacob. de Aret. in l. qui contra in fine C. de incest. nupt. & ibi Cyn. numero 13. & 14. & alii supra proximè citati.

Limitatur secundo, vt non procedat, quando vterque ex contrahenti
99 bus matrimonium, sciebat legitimum vinculum, & impedimentum matrimonij, tunc etsi publicè, & in faciem

Ecclesiæ

Ecclesiæ contraxerint adhuc tamen filij non sunt legitimi, sed spurij, & in feudo non succedunt Dyn. consilio 6. Barto. in l. eum qui de statu homi. Oldrad. consilio 256. Ioan. Andr. Abb. & alij in dicto cap. secundo, & cap. ex tenore qui fil. sint legit. Dec. latè dicto consilio 154. qui testatur rem hanc nō habere difficultatem præsupposita scientia impedimenti ex parte vtriusque ex contrahentibus matrimonium Zas. de feud. part. 8. versi. prædicta procedunt etiam sequitur Ioannes Petr. Sutdus consilio 109. numero tertio, libro primo, Marc. Antonius Peregr. vbi supra scientia hæc præsumitur pro
100 bata fama per Ciuitatem, quod aderat illud impedimentum consanguinitatis in tertio vel quarto gradu, vel aliud eiusdem generis legitimum Bar. in l. is potest, colum. sexta, de acquir. hæred. Alex. consilio 36. visis his, colū. secunda, libri primo cum alijs simili. per Decium allegatis.

QVÆSTIO X.

101 QVÆRO DECIMO. pro intelligentia totius materiæ successionis naturalium legitimatorum per sequens matrimonium in feudis. Vtrum necesse sit, quod concubina, ex qua ortum habent naturales, cum qua sequitur postea matrimonium sit in domo retenta tempore concubinatus, vel sufficiat simplex, & frequens accessus concubini pro coitu ad domum eiusdem concubinæ, & amasiæ? Maxima in hoc ciuilistarum cum Canonistis fuit contentio, si quidem ciuilistę tenent necessariam esse simultaneam habitationem ad vnam domum ad finem, vt sequuto postea matrimonio naturales illi antea nati legitimentur; Canonistæ vero simplicitatem sequentes, viresque matrimonij rectius considerantes, solum coitum necessarium esse putant, ita quod sequutis postea legitimis nuptijs naturales antea nati legitimentur.

Originalis fuit opinio Glos. in l. penult. ff. de concubinis dicentis ad finem vt filij per sequens matrimonium legitimentur, requiri vnitam habitationem concubinæ ad domum cōcubini, & non sufficere frequentem accessum ad coitum, quam sequitur ibi Barto. & ante eum Oldrad. consilio 196. factum tale est, quidam nobilis A teti. in §. fi. in princip. Instit. de nup. Bald. consilio 409. casus talis est, colū. secunda, libro primo, Specul. in tit. de succes. ab intesta. numero 17. ibi tertium quod sit in domo retēta in schemate concubinæ Bal. in l. eam, quam numero . . . C. de fideicomm. & alii quos refert, & impugnat Dec. consilio 155. Diuino implorato præsidio, & diligenter, &c. numero primo, alios cōgerit Gabriel in commun. opin. tit. de legitimatione conclus. prima, numero 48. Curt. iun. consilio 136. numero 9. mouentur ex verbis §. si quis autem defunctus in Authen. quibus mod. natur. effici. sui. ibi omnino indubitatus est concubinæ in domo affectus, allegant etiam §. & hoc dicimus, si vni concubinæ in Auth. de trien. & semis. l. in concubinatu cum l. sequen. ff. de concubi.

Contrariam tamen sentētiam communiter complectuntur Doctores in naturalium beneficium, quod dicantur verè legitimati, & vnita habitatio in vnica domo amantium non requiratur, Angel. in Authen. quib. modis natur. effici. sui §. fin. colum. final. uers. ego dico Bald. ad Specul. in titu. de succes. ab intest. colum. secunda, in princ. ibi Iacob. dicit quod sufficit vnum solum. s. quod sit solutus, & soluta, nam etiam ex furtiuo coitu nascitur filius naturalis, inquit ipse, plures congerit, & sequitur, & hanc communem esse testatur Dec. dicto consilio 155. probatur in capit. innotuit vbi Abbas, colum. sexta, & Glos. verbo coniugata de electio. qui testatur hoc dixisse Ioā. Andr. & Butr. ibid. Goffred. in summa de filiis Presbyterorum, columna penult. versicu. Quid si quis natus sit Angel. consilio 29. columna secunda, Vbald. in tracta. de succes. ab intestat. fol. 7. colum. prima, Summa Angelica in versiculo filius §. 11. qui testatur cōmuniter Canonistas hanc opinio. tenuisse, & ab ea non esse recedendum exclamat Dec. dicto consilio 155. cui

nos non aduersamur Præpos. in dicto
cap. tanta, numero 19. versic. de secun-
do me breuiter Anto. Gabr. loco cita-
to, numero 49. & 50. Nouiter sequi-
tur Ioan. Anto. Canner. Feudista Sicu
lus in eius confusanea repetitione ex-
trauag. volentes, fol. mihi 176. nume-
ro 20. & sequen. in quæstio. incip. sed
operæ pretium est videre, sequitur no-
uissimè Marc. Anton. Peregr. in tract.
de priuileg. fisci libro tertio, titu. 18.
num. 10. fusius in tracta. de fideicom-
mis. post hæc scripta impresso arti. 24.
numero 53.

102 Ea præcipuè concurrente ratione,
quod causa hæc secundum Canones
iudicari dēt, quia legitimatio pendet
ex validitate matrimonij, notatur in
cap. tuam de ordin. cognit. vbi Butr.
& Abb. capit. latot, qui fil. sint legit. &
per totum capitulum penult. & final.
de secundis nuptijs, Angel. dicto con-
silio 29. columna secunda, quo iure fi-
lij indistinctè sequuto matrimonio, &
propter eius vim legitimantur, & nil
103 aliud consideratur, nisi quod tempore
genituræ, & natiuitatis potuerit esse
matrimonium, & quod vterque tunc
temporis fuerit solutus dicto cap. tan-
ta Goffred. in summa de fil. presbyt.
columna penult. & alij supra allegati,
& sic fauore matrimonij cuius uis tan
ta est, quod omnem maculam tollit,
filij isti sunt legitimi in omnibus re-
putandi, Nec instrumenta dotalia a
104 iure ciuili requisita, pro essentia ipsius
matrimonij, & legitimationis, a iure
Canonico sunt recepta Dec. post alios
dicto consilio 155. Præterea ex furti-
uo coitu, & clandestino, scandalum
adeo publicum euitatur, & diutineus
peccatum non exercetur, vt conside-
rat Peregrinus post alios loco citato.
Ad tex. in dicto §. si quis autem, & ad
alia contraria dupliciter respondeo.

Dico primo præter Doctor. quod in
ra illa non probant, quod pro essentia
concubinatus requiratur concubitus
in vna domo, sed sufficit concubitus,
& furtiuus coitus, & illa verba dict. §.
si quis autem, ibi omnino indubitatus
est concubinæ in domo affectus, intel
liguntur, prout loquuntur simpliciter
in domo alterutrius, quia non dicunt
in domo concubini, nec dicunt in vni
ca domo, Ergo sufficit affectus indu-
bitatus in vna domo idest accessus ad
domum, & affectus iste retinetur etiā
per amantem accedentem furtiuè ad
concubinæ domum, & sic iura ciuilia
non probant Bartol. Oldra. & sequac.
opinionem.

105 Secunda est responsio, quia dato
quòd hoc probarent, in hac materia
attenditur ius canonicum, & non ciui
le, etiam in terris Imperij dicto capit.
innotuit de electio. cum simil. per De-
cium adductis, quo iure sollemnitates
istæ sunt reiectæ. Ergo naturales isti
ex huiusmodi specie furtiui coitus nati
per sequens matrimonium legitiman
tur. Nec concubitus ad vnam domum
est de essentia legitimationis, vt Bar-
tol. & sequaces minus rectè loquun-
tur.

QVÆSTIO XL.

106 QVÆRO VNDECIMO.
Vtrum naturalis in feudo suc-
cedat etiam non legitimatus, quando
facta est inuestitura pro te, & filijs tuis
natis iam, & nascituris, & dominus
sciebat, quod concessionarius non ha-
bebat nisi filium naturalem? videre-
tur dicendum, quod non per textum
istum disponentem, quod naturales in
feudo non succedant, Contrarium
est verum secundum Bald. in l. eam,
quam, numero 39. C. de fideicommis.
quem sequitur Præposit. hic, numero
quarto, in fine, quibus addo ea, quæ di
cunt Doctores præsertim Alexan. nu-
mero sexto, & septimo, in l. quidam
consulebant, ff. de re iudic. probatur
conclusio, quia scientia Domini auget
107 effectum, qui propter ignorantiam
deficeret, arg. l. siquis ita de test. tutela
nec repugnat naturæ feudi, quando na
turalis inuestitur, postquam & seruus
108 & infamis sunt feudi capaces, quando
Dominus sit capitul. personam supra
per quos fiat inuestit. Secundo verba
illa natis in alio verificari non pos-
sunt, quam in naturali. Ergo ille suc-
cedit text. est notabilis in l. hæredibus
§. fin. ad trebellia. ff. Tertio Princeps,
109 conferens gratiam ex certa scientia
videtur

videtur incapacitati dispensare dict. l. quidam consulebant de re iudic. ex quo ita Angel. notat, & Alexand. numero sexto. Ergo naturalis in casu prędicto succedit, quia Dominus concedens videtur incapacitati dispensasse, item scientia auget effectum, qui ex ignorantia peruenire posset l. si quis ita de testament. tutela, sequitur And. Barbat. de præstantia Cardinalium quæstione quinta, numero 13. versic. & vidi dubitari, & in capit. non nulli de rescript. numero 65. fol. 169. refert, & sequitur Camerar. in l. Imperialem fol. 22. colum. tertia, lit. P. & Q. Patif. de reintegr. feud. capit. 130. nume. 15. Paleot. in tractat. de Spurijs capit. 30. numero tertio, a Rossental. de feud. capit. septimo, conclus. 61. in fi. Aluarot. hic Curt. de feud. par. tertia, rubr. quemadmodum descendentes masculi numero 40. Nicol. Intrigl. attic. primo, numero 536.

QVÆSTIO XII.

110 QVÆRO XII. post Bald. hic numero septimo, quid si conceditur feudum clerico in sacris existenti pro se, & hæredibus suis? Respondet Bald. quod de agnatis intelligitur inuestitura, quando filios habere non potest argumento dict. l. hæredibus §. fina. de re iudic. imo etiam Episcopus esset comprehensus in inuestitura facta pro te, & filijs creatis, & creandis & concessionarius alium non habebat, eo tempore filium, nisi Episcopum sciente Domino, quia si alios filios non procreauerit Episcopus censetur inclusus in concessione, dicit Andr. Barbat. vbi supra in præced. quæstione citatus ante Camer. fol. 22. colum. tertia, qui idem quoque testatur lit. P. & Q. in repet. leg. Imperialem Clar. §. feudum quæstione 69. in fi. Aluaro. Paleot. & alij, quos sequitur Dominus Ioannes Franciscus de Ponte consil. 15. num. 18. & 19.

QVÆSTIO XIII.

111 QVÆRO XIII. vtrum Nepotes legitimi, & naturales nati ex filio naturali tantum succedant Auo in feudo? Indubitata est conclusio, quod non, Iacob. de Ardiz. fendor. pater in capit. de successione feudi numero 137. versic. Naturales vero circa medium, sequitur Odoffr. in eius summa capit. qui possunt succedere in feudis numero 14. (hæc est etenim illa
112 summa secunda incipiens, Cum natura, quam sæpius allegat Isern. eamque Lipar. ignorauit) probatur, quia nec
113 etiam in allodialibus Auo ab intestato succedunt, sed tantum ex testamento filijs legitimis, & naturalibus deficientibus l. fin. C. de natural. liber. vbi Gloss. idem Odoffr. Angel. Albert. & alij, Alexand. consil. 174. libro quinto, & 74. libro tertio, qui Specul. in titul. de successio. ab intest. & alios allegat, sed ex testamento in feudis successio
114 non datur capitu. primo, supra de successi. feudi. Ergo nepotes isti legitimi, & naturales nati ex naturali multo minus in feudis succedunt, videatis Ardiz. qui concordantia iura congerit, & Alexand. in l. ex facto §. siquis rogatus numero 19. ad Trebellia. Præpos. hic in fine commenti numero sexto, qui Io. Andr. irridet in capit. lator, qui fil. sint legit. & nulla feudistarum facta mentione idem concludit, sequitur Dec. consil. 85. numero nono, Rodulph. Schraderi in tractat. de feudis par. 7. cap. 5. num. 20.

QVÆSTIO XIIII.

115 QVÆRO XIIII. vtrum in legitimationibus per subsequentia matrimonia ad finem succedendi in feudis, necessaria sint instrumenta nuptialia pro forma, vel illorum omissio vitiet successionem in feudis prædictis? & successiue cadit in Regno dubitatio, vtrum in contrahendis matrimonijs seruanda sit di-
116 spositio constitutionis Regni sancimus sub titul. de matrimonijs contrahendis, vel ea non seruata feudalium successio legitimatis non deferatur? Maxima in hoc articulo fuit Ciuilistarum cum Canonistis, vel feudistis quoque altercatio. Siquidem Ciuilistarum maxima pars tenuit, Instrumen-

ta nuptialia etiam hodie esse adeo pro forma necessaria, vt illorum omissio vitiet successionem naturalium legitimatorum in feudis, vel allodijs, quamuis naturales per sequens matrimonium legitimentur: ad successionem tamen in Terris Imperij secundum eos non vocantur.

Magis tamen communis opinio Canonistarum, cui consentiunt plures Ciuilistæ, & feudistæ maximi, tenet, quod tales legitimati per sequens matrimonium etiam absque nuptialibus instrumentis dummodo palam bona fide, & in faciem Ecclesiæ seruata Sacrosancti Tridentini Concilij forma contrahatur matrimonium etiam in Terris Regijs, & Imperij, sint in omnibus, & per omnia legitimi, & in allodialibus, & feudalibus successibiles.

Author primæ opin. fuit Gloss. in §. fin. instit. de nupt. Iacob. de Rauenn. quem refert, & sequitur Cyn. in l. etsi contra. numero quarto, C. de nupt. anceps tamen, Azzo. clare in summa C. de natur. liber. Angel. consil. 29. Bald. in l. si quis illustris C. ad officio. Card. Alexand. in capitul. tanta Aluaro. hic numero octauo, Curt. Iun. qui dicit hanc communem consilio 336. Ruin. consil. tertio, & 21. volum. primo, & consil. 78. libro tertio, Socin. Iun. qui hanc dicit quoque communem consi. 52. libro primo, & 100. libro secundo, concordat Præpos. in dict. capit. tanta quæstione 10. latissimè dum voluit in Terris Imperij legitimatos huiusmodi dici verè legitimos non tamen succedere absque nuptialibus instrumentis Ant. de Rosel. in tractat. de legitimatione.... versic.... Siluester Aldobrandinus in §. fin. instit. de nuptijs quem ibi sequutus fuit Genitor meus in eius lucubrationibus manu scriptis, inclinat Afflict. in hoc cap. naturales numero... Cannet. Sicul. in confusanea repetit. extrauagant. volentes fol. 175. qui etiam in Doctorum intelligentia errauit, dum aduersus opiniones ad concordiam reducere voluit Bald. consil. 461. volum. quinto. Alciat. respons. 245. Duenn. regula 350. limit. 8. & hanc opin. dicit esse magis communem Menoch. consil. 36. numero 13. cui inhæret Anna in repetit. rubricæ de vassall. decrep. ætat. ver. vt filij numero 426. Cur. Iun. consil. 136. numero 2.

Sequaces secundæ opinio. fuerunt Faber Angel. in §. fina. instit. de nupt. Alexand. in l. ex facto §. si quis rogatus numero 19. ad trebellia. Felyn. in rubric. de sponsal. numero sexto, Ias. in l. generaliter §. cum autem C. de instit. & substit. & in l. sed est quæsitum ff. de liber. & posthu. Dec. consil. 155. qui dicit hanc communem Io. Andr. in regula sine culpa Abb. Calde. Butr. & alij plures in dict. capit. tanta, quos allegat Paris. consilio 13. numero 49. Hieron. de Zannet. in capit. primo, de accusat. in 11. differentia inter ius canon. & ciuile: latè defendit hanc opin. Paris. consil. 13. libro secundo, colum. penult. & fin. qui post Decadicto consil. 155. testatur ab hac opin. non esse in iudicando, & consulendo recedendum, Ruyn. consil. 51. numero 23. libro quinto, qui clarè non loquitur Gugliel. maynes, in l. quoties numero 17. de regul. iur. Anton. Gabr. commun. opin. tit. de legitimatione, conclus. prima, numero 11. testatur pro hac opin. iudicasse Rotam Romanam in anno 1538. Gugliel. Pern. feudista magnus late consil. 10. columm. secunda, & tertia, Ias. consil. 168. volum. quarto, Blas. Lanza Sicul. in causa feudi de li Grutti, quem Cannet. refert fol. 175. numero nono, Siluan. consil. tertio, numero 30. ad 36. latissime, qui testatur hanc communem, & deridet Curtium contrarium asserentem Couar. in secunda par. de sponsal. capitu. octauo, §. secundo, numero octauo. Ruyn. consil. 211. colum. secunda, volum. primo, communem dicit Burs. consil. 10. numero septimo, libro primo, & sequent. vbi cæteros congerit, & ita in Romana Rota iudicatum post Mohedan. decision. 181. Coloniensis, &c. Puteum decision. prima, & secunda, in titulo de sponsal. Gomes, decision. 24. & in Senatu Pedamont. ita decisum testatur doctissimus Thesaur. decision. 83. refert, & sequitur Marcus Antonius Peregri. in tractat. de fideicommis. artic.

24.

24. numero 55. & 56. sequitur Ioseph. Cumia Siculus feudista in capit. si aliquem in vers. non communibus numero 26. qui de communi post alios testatur: in hanc partem inclinat Dominus Fabius de Anna sing. suo 112. dum prædictos allegat, & non repugnat vltra Franciscum Sarmetum libro primo. Selectarum interpretationum, capitul. quinto, numero octauo, hanc communem, & veriorem dicit Petr. Duenn. regu. 350. limit. 10. Barthol. Fumeus in summa armilla vers. filius §. vndecimo, dicit, ita communiter practicari Lodulph. Schraderi in tractat. de feudis par. septima, capitul. quinto, numero 21. post hæc scripta impressis. Nicol. Intrigliol. centur. secunda; de feudis articulo primo, numero 369. post Mozzium in Rubrica de natura feudi sub numero 97. Et ego ad idem allego Andr. de Ifern. in dict. constitut. Sancimus col. secunda,
117 & tertia. in qua ad partes disputat articulum, vtrum Princeps sęcularis possit in matrimonijs contrahendis solēnitates aliquas introducere, vel saltim in successione filiorum nascentium ex illo matrimonio ita contracto non seruatis eius solemnitatibus possit aliquid statuere, & concludit, quod non, ibi alij dicunt, & verius, quod sęcularis Princeps, nec principaliter, nec accessoriè statuere potest aliquid in matrimonijs secunda quæst. tertia, §. hic colligitur capit. lege 10. distin. capitul. penult. & fin. de secund. nupt. cum alijs, quæ Ifern. allegat in propria quæstione sequitur Salyc. in l. l. maximis, C. de incest. nupt. Alexan. in l. ex facto §. si quis rogatus numero 19. dicit, quod contra illud cons. Angel. 29. communiter tenetur & contra Cyn. & alios ego addo auream doctrinam Bald. in l. Paulus in secunda lectura in fi. ff. de statu hominum, Arelud Lec. in capitu. Olius, 56. distinct. quem Bal. allegat, & Bald. expresse reprobat Cyn. in d. l. & si contra, C. de nuptijs.

Pro opin. Glos. 1. §. fin. Institut. de nupt. & sequac. subscripta validiora media adduci possunt. Primo, l. cum quis, & l. nuper, C. de naturalibus liber. & l. fin. eodem titu. §. fin. Institut. de nupt. §. fin. Authen. de triente, & semis. cum simil. disponentibus dotalia Instrumenta pro legitimatione huiusmodi filiorum esse necessaria.

118 Secundo in merè temporalibus, & in foro temporali, quando ius canonicum pugnat cum ciuili in terris Imperij seruatur ius ciuile in terris Ecclesię ius canonicum Ioan. Andr. Caldet. & alij in cap. primo, de nou. oper. nuntiat. & in capit. possessor. de regulis iuris in sexto. Sed de iure canonico quoad omnia legitimati per sequens matrimonium sunt facti legitimi, de iure vero ciuili interuenientibus nuptialibus instrumentis. Ergo in vtroque forō ius suum sibi locum vendicabat.

119 Confirmatur, quia decisio spiritualium cum suis incidentibus, & dependentibus pertinet ad forum suum Ecclesiasticum, temporalium verò ad Imperium, sed habere, vel non habere succedendi potentiam dependet ex Imperiali statuto l. obuenire videtur de verb. signific.

120 Ergo nisi sollemnitates ab Imperio statutæ seruatæ fuerint, successio non defertur, quia ius ciuile eis resistit in succedendi potentia.

Tertio legitimatus redditur habilis, ex dispensatione legitimantis, sed dispensatio fit ex iure populi, & canonici non Cæsarei, Ergo non producit effectum super his, super quibus dispensans potentia caret dispensandi. Ioan. Andr. & cæteri in cap. per venerabilem cum alijs, quæ congerit Angel. dicto consilio 29. numero quinto, ad finem. Item iura ciuilia requirunt instrumenta ergo illis standum erit, postquam per ius canonicum expresse contrarium non statuitur, c. 1. de oper. noui nuntiat.

Nec desunt demonstratiuę rationes pro cōtraria opinione ad probandum legitimatos huiusmodi esse successibiles etiam in terris Imperij sine nuptialibus instrumentis.

Primo matrimonium est quid spirituale, & talem solemnitatem non requirit ius canonicum, cuius est de ip-
121 sius viribus statuere, sed Imperator hanc solemnitatem addere nequit, quia in spiritualibus, & ex eis depen-

122 dentibus ſe intromittere non poteſt,
Ergo ſine hac ſollemnitate filii ſunt
in omnibus effecti legitimi. probatur
minor de iure diuino, quos Deus con-
iunxit homo non ſeparet l. conſenſu,
C. de repudijs.

123 Secundo Imperatoris propoſitum
eſt omnino ſequi Dei iudicium, &
cum eo ſe conformare, l. ſi libertas, C.
de nuptijs Authen. vt liceat matri, &
auiæ, §. hic collat. 8. & Authen. ſi quis
liberos, C. de naturalibus liber. ſed in
legib. pro contraria opin. allegatis pu-
tabat Imperator ſe id ſtatuere poſſe,
vt nuptialia inſtrumenta requirantur.
Ergo eo ipſo, quod non poteſt, ſe con-
format cum iure canonico, & perinde
eſt ac ſi nō ſtatuiſſet, probatur in ſimi-
li de vſur. ab eo permiſſis Auth. ad hęc,
C. de vſur. & a lege diuina reprobatis.

124 Tertio ius ciuile in matrimonij con
tractu requirebat patris conſenſum, l.
nec filium C. de nuptijs, de iure tamen
canonico pro libertate matrimonij hic
conſenſus non requiritur, cap. tuæ de
ſponſal. 16. quęſtione ſecunda, cap. ſuf-
ficiat, ſed per talem ſcripturam matri-
monium poſſet impediri, ſi in loco nō
eſſet, qui illam conficeret. Ergo ſequi-
tur, quod talis ſcriptura tanquam im-
pediens libertatem matrimonij non
ſit neceſſaria immo ſublata per dict.
cap. tanta, ſicut eſt etiam ſublatus con
ſenſus patris per d. c. tuæ.

Quarto ius canonicum facit natu-
rales legitimos, Ergo facit eos ſuc-
ceſſibiles, probatur antecedens per
dictum c. tanta, conſequens etiam pro
batur, quia qualitas ſucceſſibilitatis
eſt conſequentia annexa, indiuidua, &
125 inſeparabilis a legitimatione, quia eſt
filius legitimus, & naturalis, ergo hæ-
res ſi vult ſecundum Apoſtolum ad
Galath. quarto, ad Roma. octauo, pri-
mæ Corinth. 12. Ergo ſicut matrimo-
nium maculas purgat, & legitimat fi-
lium, ita quoque dicendum erit. quod
faciat eum ſucceſſibilem, confirmatur
quia non debet minus poſſe matrimo
nium in ſucceſſione operari, quam Im
perator per ſuum reſcriptum: arguen-
do a pari, vel maiori potentia. Sed Im-
perator legitimando inuitat ad ſucceſ
ſionem, Ergo & matrimonium eos
quoque inuitat. Nec dicas, quod in ter
ris Imperij hæc legitimatio quoad po-
tentiam ſuccedendi ex defectu pote-
ſtatis Pontificis non ſe extendit per ca
pit. per venerabilem qui fil. ſint legit.
quia id procedit, quando Pontifex le-
126 gitimaret per reſcriptum, ſed quando
per vim matrimonij legitimātur, habē
tur, ac ſi a principio eſſent legitimè na
ti dicto cap. tanta, & ſic vbique hæc po
teſtas ſe extendit, differentiæ ratio li-
quet, legitimati per reſcriptum Ponti-
ficis fiunt legitimi ex nunc a die reſcri
pti, ſed per matrimonium ſequens fiūt
prout ex tunc, ergo in omnibus, & per
omnia vbiq; tales legitimati ſunt legi
timi, & ſucceſſibiles, itē legitimati per
reſcriptum non ſuccedunt in feudis:
per ſubſequēs matrimonium, ſic. vt in
tex. iſto probatur, & ſup. latè diximus.

Quinto ius canonicum derogat cau
ſæ cauſanti ideſt matrimonio vt valeat
ſine ſcriptura. Ergo pariter derogat
cauſato ideſt legitimationi, & ſucceſ-
ſioni, quia conſequentia regulatur a
principali dicto capitu. tanta & regul.
cum principalis.

127 Sexto ius canonicum præualet ciui
li, quoad matrimonia, & ex eis conne-
xa, & conſequentia, etiam in terris Im
perij cap. primo, qui fil. ſint legit. ubi
Abb. Præpoſit. & alij Gloſ. §. fin. Inſti
128 tut. de gradi. ſed legitimatio, & ſucceſ
ſibilitas ſunt ipſius matrimonij conne
xa conſequutiua, & inſeparabilia l. fi-
lium diffinimus ff. de his, qui ſunt ſui,
vel alie. iur. Ergo etiam quoad illa ius
canonicum ciuili præualere debet,
etiam in terris Imperij. Quibus ad-
do auream doctrinam Bald. in l. pau-
lus in ſecunda lectura in fi. ff. de ſtat.
homin. vbi ſpecificè reprobando Cin.
in dicta l. etſi contra, C. de nuptijs di-
cit, quod oportet nos ius canonicum ſe
qui etiam in ſucceſſione poſtquam ſuc
ceſſio dependet ex ipſo matrimonio
allegat cap. tuam de ordi. cogni. capit.
de prudentia de donat. inter virum &
vxor. allegat Archid. in capit. oſius 56.
diſtin. Item legitimati ad illas ſucceſ-
ſiones vocantur, ad quas legitimi ab
initio inuitantur §. reliqui Authen. qui
bus mod. natur. effic. legiti. præterea le
gitimati per ſequens matrimonium
ad-

129 admittuntur ad Episcopalem digni-
tatem, & prælaturas cap. innotuit, vbi
Glos. de electis, nos supra diximus, Er
go multo magis ad successiones etiam
non interuenientibus nuptialibus in-
strumentis, nec dicat Ange. quod mul
ti sunt inhabiles ad prælaturas, vt de-
bilitati, & infames, & tamen sunt ha-
biles ad succedendum, & econtra mul
ti habiles ad prælaturam, non ad suc-
cessionem, & mendicantes, clem. exi-
ui. id enim regulare non est, sed per ac
cidens euenit & iura ad ea quæ frequẽ
tius accidunt, sunt trahenda, non quæ
raro, & per accidens occurrunt l. nam
ad ea de legib. cum simil.

Quid dicemus nos? non discedа-
mus a vera opinione, communis Auri
gę Iser. Guglielmi Perni dicto consil.
10. & sequac. quæ magis communis
est validioribusque est probata medijs
& vltra alios vrgenti demonstratione
130 confirmatur, quoniam tenẽdo contra
riam opinio. sequeretur, quod in eis-
dem terris Imperij huiusmodi legiti-
matus per sequens matrimonium, es-
set partim legitimus, & partim natura
lis, & insuccessibilis, vnus, idemque ho
mo, vno eodemque tempore in contra
rio statu, & diuerso existeret, quia par-
tim esset legitimus partim illegiti-
mus, & insuccessibilis, consequens
est ridiculum, & falsum, dicit text.
optimus in l. duobus, ff. de libera. cau-
sa. & l. fin. titu. sequen. quibus ad liber
131 ta. proclam. non licet, & dicto cap. per
venerabilem, ad illud tamen proposi-
tum est doctrina id dictans Iacobi de
Arena in l. vnica, C. de incest. nupt. in
fi. ergo, & antecedens, confirmatur,
qa lex non procedit per viã dispẽsatio
nis, sed legitimationis, & eo casu mul-
to magis est absurdum, vt partim sit le
gitimus, partim inlegitimus glo. nota.
in cap. cum inhibitio. §. primo, vers. 81
ambo de clandest. desponsa. Regens
de Ponte, consilio 16. numero quarto,
& ego supra dixi in 7. quæstio, immo
est mostruosum dicit tex. in capit. per
venerabilem ibi videtur si quidem
mostruosum, qui fil. sint legit. Ploria.
de Sancto Petro in tertia disputatio. in
cip. Baroquidam, vltimo dubio princi
pali, numero 15. Item repugnat for-
mæ hominis indiuiduę clemen. prima
§. porro de summa Trinit. Ludou. Mo
lin. libro tertio, capit. primo, nume 14.
Consequentia est probata ex doctrina
eorundem aduersariorum confiten-
tium huiusmodi naturales effici legiti
mos in terris Imperij per sequens ma-
trimonium, sed remanere insuccessibi
les ex defectu solemnitatis nuptia-
lium instrumentorum non confecto-
rum, & sic partim essent legitimi, par-
tim inlegitimi, & insuccessibiles, quod
est absurdum, vt supra cap. cum satis
sit absurdum de offic. Archi. l. nam ab-
surdis, de bonis libertorum.

Præterea ad idem pondero claram
decisionem tex. capit. secundi, qui fil.
sint legi. in quo statuit Pontifex, quod
nati bona fide pendente lite circa ma-
trimonii validitatem, etiam si postea
declaretur nullum, filij dicuntur legi-
timi, & in bonis parentum succedunt
132 vti successibiles, Ergo ex eo tex. cla-
rè probatur, quod ad Ecclesiam spe-
ctat iudicare, ne dum de statu filio-
rum, si legitimi, vel spurij sunt, seu na-
turales, sed etiam de successione illo-
rum, tanquam connexa, indiuisa, & in
separabilia, ab Ipsa legitimitate.

Tertio vtar argumento formato ab
Iser. in dicta constit. sancimus, colum-
na secunda, qui dicit, quod sæcularis
Princeps nec principaliter, neque ac-
133 cessoriè in matrimonijs aliquid statue
re potest, cap. lege, 10. distinct. cap. fin.
de secundis nuptiis, & iura ciuilia in
materia matrimoniali reducuntur ad
dispositionem iuris canonici dicto ca-
pitu. lege, & decisio spiritualium cum
eorum annexis, & dependentibus nẽ-
cessario ad Ecclesiam pertinent capit.
tua de ordin. cognit. & fatentur Do-
ctor. in dicto cap. tanta præsertim Præ
posit. aduersarius noster, numero 20.
Glos. fin. in cap. lator qui fil. sint legit.
cap. de prudentia de donatio. inter vi-
rum, & vxor. allegauimus supra ad
hoc doctrinam Bal. in l. Paulus, secun-
da lect. de statu hominum, Archidiac.
in cap. Osius, 56. distinctio. sed tenen-
do contrariam opinionem esset statue
re accessorie in materia matrimonij vt
filij dicantur legitimi, sed non succe-
dant, quod est absurdum per canonica

iura, ergo &c. Nec dicat Cannet. & alij, quod sæcularis Princeps statuere potest, vt talibus, certisque personis hęreditates deferantur, quia fateor hoc: statuere tamen non potest, vt filij isti ita per sequens matrimonium legitimati non sint verè legitimi, vel quod eis non deferatur hæreditas, quia indirectè esset contra matrimonij vires statuere, & in hoc sæcularis Princeps potentia caret statuendi dicto capit. lege 10. distin. cum simil. aliquibus alijs vtitur medijs, non tamen prædictis omnibus ad communem probandam opinionem Lauren. Siluan. dicto consilio tertio, numero 30. ad 36. qui doctè loquitur: ad eum recurratus, quia non transcribo.

Volens Angel. dicto consilio 29. columna fin. argumentis pro nostra opinio. adductis responsionem assignare dicit, quod procedunt in legitimatis formaliter inquit ipse, idest quando Imperator approbat matrimonium contractum formaliter quia approbato matrimonio omnia ex eo sequentia, seu omnes eius sequelę veniunt in vi cuiusdam consequentiæ, hæc sunt verba Angeli, a quo vellem ego intelligere huiusmodi dictionem, formaliter, de qua forma intelligit, si de forma tradita a iure ciuili in matrimonijs, hæc forma nullius est momenti, & non attenditur, nisi in eo, in quo se conformat iuri diuino in hac materia dicto cap. lege, 10. distinct. & capit. fin. de secundis nuptijs. Si intelligit de forma tradita a iure canonico prout intelligere debuisset Angel. & sequac. Vtique ius canonicum non nisi consensum requirit cap. primo, de sponsa. & quod natiuitatis, vel conceptionis
134 tempore vterque fuerint soluti, & vt in faciem Ecclesiæ palam matrimonium contrahatur seruata Sacri Tridentini Concilij forma, & tunc sunt filij legitimati, & matrimonium dicitur contractum formaliter, & eo ita contracto fatetur Angel. quod omnia ex eo sequentia veniunt in vi cuiusdam consequentiæ, idest tam legitimatio, quam successio, & sic vides, quod si Angelus loquendo de forma matrimonij intellexit de forma tradita a iure ciuili, grauiter errauit, si vero iuris Canonici nostræ opin. se subscripsit. dicunt Aduersarij, quod legitimatus dicitur vere legitimus, sed in modo succedendi non succedit, quia potestas Pontificis in succedendi vi non se extendit in terris Imperij, & successio iure veteri ciuili, vel ex statuto defertur. Sed respondeo, quod etiam de iure ciuili successio illis defertur. Siquidem
135 ciuile ius quando defert successionem vocat ad eam legitimos, sed forma legitimandi statuitur a iure Canonico ad quod statuere spectat, vt diximus, Ergo idem ius ciuile legitimatis tanquam legitimis successionem defert.

136 Ex quibus liquet ad contraria responsio, sed particulariter ad primum respondetur, quod iura illa non probant instrumenta nuptialia requiri pro forma matrimonij, sed ad probationem illius ad euitandum fraudes, quæ contra fiscum fieri possent per falsos testes, & est vnus de casibus de iure ciuili, qui in vim probationis scripturam requirit. Secundo dico, quod quando id dicerent, reducerentur ad ius diuinum, ex defectu potentiæ sæcularis Principis statuendi circa formam contrahendi matrimonia vsurpa probauimus post Iser.

Ad secundum dico, quod non procedit in merè spiritualibus, vt est matrimonium, in eis enim ius Canonicum non ciuile in omnibus seruatur Doctor. in capit. primo, de oper. nou. nunc. & alibi dum tractant iuris ciuilis, & canonici differentiam.

137 Ad tertium argumentum procedit in legitimatione facta per Pontificem per viam dispensationis, quæ non se extendit extra Ecclesiæ proprium territorium capitu. per venerabilem qui fil. sint legitim. secus tamen est in legitimatione, quæ fit per sequens matrimonium capit. lator vbi Gloss. fina. eod. tit.

Ad quartum negatur consequentia siquidem ius canonicum instrumentorum solemnitatem penitus ignorauit, vt in hoc capit. cum simil. Vnde veritas communis opin. pro legitimatis absque dotalibus instrumentis latius probata, ac protecta remanet.

De lege Regni sancimus verba facere non expedit, siquidem illius forma a iure canonico fuit postea recepta ibi Iser. probat, vt matrimonia publicè non clandestinè contrahantur, & per Sacrosanctum Tridentinum Concilium etiam aliquibus additis confir-
138 mata, & sic errauit Cannet. dicens constitutionem illam non fuisse in vsu. Veruntamen sequens constitutio incipiens, honorem nostri Diadematis sub titulo de vxore non ducenda sine permissione Curiæ correcta fuit per Regni capitul. incip. Item statuimus, quod licitum sit Baronibus, sub rubrica de matrimonijs contrahendis.

QVÆSTIO XV.

139 QVÆRO XV. vtrum legitimatus per sequens matrimonium succedat in feudis dignitatum, vt sunt comitatus, Ducatus, & alia, Dominus Ioannes Vincentius Anna in repet. Rubric. de vassall. decrepit. ætat. vers. vt filij numero 431. & sequ. tenet, quod non allegat Boer. decisio. 123. & alios vt per eum, est de mente Francisci Sansobrec. hic nnmero 10.
140 Menoch. consil. 16. numero octauo, sed fallitur quia Boer. dict. decis. 123. qui allegat Anchar. consil. 308. & alios fundantur in doctrina Bald. in l. cam, quam numero 42. C. de fideicommiss.
141 & loquuntur in legitimatis per rescriptum Principis ad feuda, quo casu non succedunt ad feuda dignitatum, quoniam in illis Princeps reddit se difficiliorem, dicunt Bal. Anchar. Afflict. decision. 195. & alij, quos allegat, & sequitur Freccia libro tertio, tit. de differentijs inter feuda regalia ab alijs feudis nobilibus 15. different. Tiraquell. de nobilita. quæstione 24. numero 18. Author quidam §. octauo, quæstione 8. Bald. consil. 319. libro quarto, quem idem Narin. allegat, qui omnes loquũtur in legitimatis per rescriptum Principis cum clausula, ut etiam ad feuda succedant, quia adhuc ad feuda regalia & titulata non succedunt, & bene. cõcludamus itaque contra Annam, & sequaces vt legitimatus iste per sequẽs matrimonium etiam ad feuda titulata, & regalia, imò ad ipsum Regnum conceptum in feudum succedat.

Probatur Primo cõclusio, quia legitimatus huiusmodi in omnibus, & per omnia est legitimus, & matrimonium sequens omnem maculam purgauit, & lex fingit eum a principio legitimum conceptum fuisse, dicto capitu tanta, & Isern. hic ut nos sæpius in superioribus diximus, lex ergo facit eum legitimum, & ad feudalium successionem admittit non distinguendo regalia feuda ab alijs nobilibus, Ergo nec nos distinguere debemus l. de precio de publicia.

142 Secundo lex admittit eum ad dignitatem Episcopalem cap. innotuit, vbi Gloss. notabilis, de electio. & communiter Gloss. illa est approbata a Couar. de sponsal. capit. secundo, part. secunda, §. secundo, numero 24. & 30. vbi probat filium hunc dici natum ex legitimo matrimonio, & hoc vtitur argumento Siluan. consil. tertio, numero 23. cuius nulla maior dignitas, Ergo etiam ad feuda regalia, & ad regales dignitates, ac ad Regnum ipsum admitti debet, arguendo a maiori ad minus.

Tertio eandem conclusionem probo authoritate Alexand. in l. ex facto §. si quis rogatus numero 19. ff. ad trebellia. distinguentis legitimatum per rescriptum a legitimato per sequens matrimonium.

Primus etenim ad feuda, & dignitates succedit, & vtitur argumento dicti capit. innotuit. Insuper vt filij succedant, sufficit, vt sint ex corpore legitimè descendentes, Regi, Deoque optimo maximo fideles capit. primo, de forma fidel. capitu. primo, versicul. ita quod filij de statu. contra liber. Eccles.

Quarto est aurea doctrina Martini Laudensis in hoc capit. naturales versic. in gloss. prima, qui hæc verba scripsit, not. quod nemo potest legitimare ad regalia, & Baronias nisi Papa, Imperator, vel matrimonium subsequens, eundem allegat, & sequitur non tamen expressis verbis Author. quidam dict. §. octauo, quæstione octaua, numero 38. & 40. argumento, cap. fin.

fin.de præbend.& capit.cum illis eod. titul.in sexto, & eadem Gloss. colum. præced. numero 36. idem tenet Florian. de Sancto Petro vir doctissimus in tertia disputatione incip. Baro quidam in secundo dub. principali numero 16. vbi dicit quod legitimatus per sequens matrimonium præfertur legitimo postea nato ante tamen sequutum matrimonium in feudalibus, & Comitatu, & sic in regali dignitate; alios plures congerit Francisc. Bursat. consil. 10. numero octauo, libro primo cui recurratis vltra Laurent. Siluan. consil. tertio, numero 23. qui allegat Butt. Calderin. Præposit. Alexan. Ias. Dec. & Paris. & hanc veram opinionem demum approbauit Doctissimus Iacob. Menoch. consil. 799. nume. 11. & 12. vbi corrigit eius errorem in quem incidit dict. consil. 16. respondetque rationi Baldi, quæ a principio in errorem illum traxit, quæ erat illa quod feuda dignitatum requirunt legitimationem in ipso vtero matris, quia ratio hæc iure non probatur repugnatque cap. cum in cunctis, & capit. innotuit de electio, alijsque rationibus supra allegatis. post hęc scripta impressum est opus Nicol. Intrigliol. centur. secunda, articu. primo, numero 258. qui prædictam tenet opinionem sicco pede pertransientis sicut in cæteris omnibus articulis feudalibus.

QVÆSTIO XVI.

144 QVÆRO DECIMOSEXTO, Vtrum naturales nati ex clericis in minoribus constitutis, vel Monachis intra professionis annum legitimentur per sequens matrimonium, & ad feuda succedant? Controuersa vtique est hæc quæstio, siquidem Riccardus Malumbra tenuit, quod filij isti dicũtur Spurij, & quod per sequẽs matrimonium non legitimantur in eius disputatione, quam refert, & impugnat Io. Andr. in regula sine culpa in mercurialibus, colum. sexta. Alber. in l. cum quis C. de natural. liber. eundem Riccard. sequitur Nicol. de Vbald. in trac. de success. ab intestat. numero 37. Barto. in l. penult. ff. de concub. quos sequitur Aluaro. hic numero nono, & quidam alij.

Contraria tamen sententia communis est, quod legitimantur, & consequenter ad feuda succedunt ex dictis supra post Isern. in prima, & secunda quæstio. Ioan. Andr. originaliter contra Ricardum in dicta regula sine culpa hinc inde disputauit articulum, & pro filiis conclusit, sequitur Alberic. vbi supra Bald. hic numero 9. Præposit. Cardin. & plures alij in dicto capi. tanta Anto. de Rosel. in tract. de legitimatio. in cap. de causa materiali legitimationis. secunda & tertia columna Ioannes Lup. & alij, quos allegat, & sequitur Couar. secunda parte de sponsal. cap. 8. §. secundo, numero quinto, & hæc opin. vera, & communis est, nullamque habet penes me probabilem dubitationem, propterea non expedit illam ad partes more solito disputare, ut fecit Ioann. Andr. Alber. Anto. de Rosel. & alij, ad quos si necesse fuerit recurratis, sequitur Afflic. hic in quinto notab. numero 38. Vasque de success. prima par. libro tertio, §. 22. limit. 28. numero 51. Francis. Bursat. latè consilio 10. numero 10. versi. Insuper nec clericus lib. primo, Pet. Duen. in regu. 350. limit. 7.

Ea præcipua ratione fundata est communis opin. quia in legitimatio-
145 ne per sequens matrimonium sufficit, quod potuerint esse coniuges tempore coitus, seu generationis illius filij, & quod postea sequutum sit matrimonium quicquid intermedij fuerit, probatur in l. nuper in princip. & in l. cum quis in princip. C. de naturalib. liber. Instit. de nuptijs in fine, & nos in sequenti quæstione latius dicemus, sed clericus iste ad libitum suum poterat coitus, & generationis tempore dimisso habitu clericali matrimonium contrahere, & in hoc nulla requirebatur superioris licentia, nec dispensatio, ergo sequuto postea matrimonio filii illi legitimantur, concurrit fauor prolis pro qua in dubio semper iudicandum dicta l. nuper in fine; & alia per Ioan. Andr. adducta, quæ non transcribo, & hæc ratio idem ius esse statuit in

Mona-

Monachi filijs intra annum professionis natis.

Expedit tamen vt soluamus tria argumenta Aluaro. contra dictam communem opinio. formata, Primum est, quia natiuitatis tempore non tenuisset matrimonium ad hoc allegat capi. cause 28. quæstio. prima, sed in eo capi. hoc non probatur, siquidem monet Christianos ne cum Iudæis, Paganis,
146 alijsque infidelibus matrimonia contrahant, alias non valent, & diuersitas est maxima de casu illius capit. ad speciem de qua agitur.

Si quidem vt matrimonium cum infideli contractum teneat, duo requiruntur, Primo sacramentum Baptismi. Secundo matrimonij, vt eo text. probatur, & Doctores dicunt in casu isto ad libitum clerici matrimonium sequi poterat, quo sequuto eo ipso habitus clericalis, vel monachalis, ac primi ordines dimissi fuere, & sic ibi duo actus requirebantur hic vnus sufficit, qui a principio erat in contrahentium arbitrio illum perficere, & adimplere.

Argumentatur secundo Aluaro. dicens impossibile fuisse, quod clericus debet et in ordinibus potuisset contrahere, §. clerico Authen. de sanctis. Episcopis l. eum qui C. de Episcopis, & clericis, sed facilis est responsio, etenim quod clericus dum est in ordinibus possit contrahere matrimonium, vel pro præterito potuerit, & eo contracto addamus nos in clericatu permanere, hoc est impossibile. Sed dimittere clericalem habitum, primosque ordines, & matrimonium contrahere, non est impossibile.

714 Tertium argumentum à simili procedit in eo, qui contrahit cũ consanguinea præuia dispensatione cum qua primo habuerat filium, vel cum Iudæa nunc effecta christiana, cum qua etiã primo generauerat filium, quod per tale matrimonium subsequutum non legitimatur filius secundum Doctor. in dicto cap. tanta Bald. in l. paulus de statu homi. ergo idem dicendum erit in filijs clericorum vel Monachorum intra annum professionis. Dicatis tamen vos maximam esse differentiam, & simile allegatum esse satis dissimile, siquidem in illis duobus casibus non erat à principio in arbitrio, & voluntate Concubinorum contrahere matrimonium, sed in consanguineo requirebatur Pontificis dispensatio in infideli ingressus ad fidem, seu sacramentum Baptismi, & illis non adimpletis matrimonium sequi non poterat. in specie tamen, de qua agitur sine alia Pontificis dispensatione, vel sacramento ad libitum clerici matrimonium tempore coitus, & generationis cum alia soluta, vt supponimus, contrahi poterat, Ergò eo sequuto lex fingit illud à principio fuisse contractum & ex eius magna vi omnem maculam esse purgatam dicto cap. tanta Couar. loco supra citato, num. 6.

QVÆSTIO XVII.

148 DECIMOSEPTIMO. Necessaria occurrit quæstio, verum matrimonium intermedium inter generationem, seu natiuitatem naturalis, & secundum matrimonium postea subsequutum impediat eiusdem naturalis legitimationem. Doctores omnes concludunt, quod non Ludouico de Sardis tantum excepto in tractat. de legitimat. cap. de legitimatione per matrimonium quæstio. secunda, post Luc. de Pen. in l. quarta, C. de his qui spo. muner. publica. subeunt libro decimo, Riccardi Malumbræ, vt refert.

Originalis fuit opin. Ioan. Andr. in dicta regula sine culpa in mercurial. quem sequuntur Præpos. in dicto cap. tanta quæstio. septima, qui fil. sint legit. Ioann. Cyn. tractat. de primogen. libro primo, capitu. seu quæstione 14. omnes concludentes pro legitimatione in beneficium filij non obstante matrimonio intermedio, vel alia legitima, vel illegitima prole, sequuntur Goffred. antiquus Doctor in summa de fil. Presbyt. versi. quid si natus Hostien. in summa eodem titu. §. secundo in fi. Franciscus, & alii in dicto capitu. sine culpa Butr. & cæteri in cap. tanta Barto. & Doctores. in l. Gallus, §. & quid si tantum de liber. & posthu. Flo ria. in tertia disput. in primo dubio do

ctè

ctè disputat Anto. de Rosel. latè in dicto tractat. cap. de causa materiali legitimationis, numero 43. & sequent. & alij, quos allegat, & sequitur Auctor quidam. §. 8. quæst. 7. Paul. & Iaf. in §. quæsitum, l. Pomponius, ff. de acquirenda possessio. Tiraquel. de primogenit. quæstio. 34. numero secundo, & in l. boues, §. hoc sermone limit. 3. numero 17. de verborum significatio. Ferd. Loarez in tract. de matrimon. t 2. dub. numero 18. & alij, quos sequitur, & allegat Couar. in secunda parte de sponsal. cap. 8. §. secundo, numero 15. & Floriani tempore sententia hæc communis erat vt ipse testatur in tertia disputatione, numero 23. Barto. & Doct. in l. bonorum, ff. rem ratam habe. plures congerit, & sequitur Bursat. consil. 10. numero nono, & decimo, libro primo, nouissimè Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 24. numero 60. Cumia de successio. feudi versicu. maior natu, numero 55. sequitur Petr. Duen. regula 350. numero 10. probatur in §. si vero solummodo in fine in Authen. quibus modis natu. effici. legit. l. diui Constantini, C. de naturalib. liber. & §. dubitatum Authen. de incest. nupt. & dicto capit. tanta, confirmatur legitima-

149 tio hæc ad instar translatiuæ fictionis procedere debet, quę duo illa extrema habilia requirit, à quo, & ad quod; quicquid intermedij fuerit.

Primum extremum est, quod coitus, & natiuitatis tempore, vterque sit solutus, aliud est extremum, vt matrimonij sequentis tempore etiam vterque concubinus solutus sit, quibus concurrentibus proles inlegitima legitimatur. maior probatur in l. sed etsi conditioni, §. solemus, & l. si alienam, §. in extraneis de hæredib. instit. coniuncta l. si ex re, §. fin. de stipul. seruor. l. omnia ferè de regulis iuris, hoc arguendi genere vtitur Floria. dicto loco, numero 21. qui plura similia allegat in argumentum, quod actus medij non impediunt coniunctionem extremorum, clemen. quandiu de appel. l. sicut. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum, l. voluntate, & l. si debitor, §. fin. quib. mod. pigno. vel hipo. solui. cum simil.

QVÆSTIO XVIII.

150 QVÆRO XVIII. Vtrum per sequens matrimonium naturales etiam contra patris, vel matris consensum legitimi efficiantur, & consequenter in feudo succedāt, adeo quod etiam patre, vel matre repugnante, & matrimonium contrahente cum tali pacto, vt aliquis ex filijs naturalibus non fiat legitimus, vel nemo ex eis iam natis, & quod in feudo non succedant, adhuc per sequēs matrimonium legitimentur, & in feudo succedant, parique passu dissentiet? articulus.

151 Vtrum naturalium consensus requiratur in legitimatione, quæ fit per sequens matrimonium, & ex decisione vltimi articuli primi quoque pendet decisio, & è contra?

Gugliel. de Cuneo in l. benignius, ff. de legib. tenet opinionem, quod filij inuiti per sequens matrimonium legitimari non possunt, quem ibi secuti fuere Bal. Alberic. Castren. Fulgos. Areti. in §. fin. numero nono, Instit. de nupt. Boer. decis. 160. Afflict. hic quinto notab. nume. 26. qui plures ad idem erronee allegat Ludou. de Sard. tract. de legitimat. in cap. de requisitis in legitimatione, numero primo, Bal. consilio 146. titulus Principis Achaiæ libro primo, & ibi nouissime plura addit Marcus Antonius Rouescalensis, Antonius de Rosel. in tract. de legit. libro primo, cap. de causa formali legitimationis, numero 11. Barb. in l. cum acutissimis, C. de fideicommiss. & consilio 34. libro secundo, Rom. singu. 250. nil clarè firmauit: eius tamen additio plura hinc inde scripsit, & authores pro vtraque opinione coacerauit, Bartol. in l. inuiti, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris Martin. Laudens. in tracta. de legitimatione. numero 80. Iaf. consilio 155. Socin. & Areti. in l. Gallus, §. forsitan de liber. & posthum. Tiraqu. de nobilit. capit. 6. numero 41. qui aliquos coacerauat Ferdin. Vasq. in tract. de successionum creatione, libro tertio, §. 21. numero 151. & de successionum progressu, libro primo, §. primo, nume. 162. Emanuel à Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum de liberis, & posthum.

posthum. sequitur Marcus Antonius Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 24. nu. 56. qui nuper impressus est de mente Aluari Valasci Lusitani in tract. de iure emphyteutico, quæstione 38. numero 19. late Lauren. Siluan. consilio tertio, numero 37. sed nu. 40. & sequen. contrariam amplectitur sententiam Duena regula 350. nona fallentia.

Præposit. tamen in dicto cap. tanta qui fil. sint legit. quæstio. 12. post Ioannem Zoccum ibi disputauit articulum in patre contrahente cum concubina coniugium cum pacto, vt alioqui filij ex eis in concubinatu nati non legitimentur, & tenent hoc pactum nullius esse momenti, eoque non obstante legitimos etiam parentibus inuitis fieri per sequens matrimonium mante eos idem tenuit originaliter Salice. in quadam eius disputatione incip. Mediolanensis quidam secundo dubio, articulo tertio, sequitur Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras in 3. notab. §. 21. numero 17. Angel. consilio 17. columna secunda, numero quinto, non tamen clare: latius tamen bene pugnat Couar. in secunda parte de sponsal. cap. 8. §. 2. numero 12. & 13. omnino videndus, qui vtramque quæstionem supra propositam discutit, & pro hac vera opin. decidit parentum consensum, vel filiorum naturalium in legitimatione per sequens matrimonium non requiri eorumque dissensum nihil operari, ipsoque iure consentientibus, vel dissensum præstantibus filijs, vel ipsis parentibus per sequēs matrimonium eius virtute, & vi effici legitimos, sequitur Bal. consilio 14. columna secunda, versic. quinto ad hoc attendendum est, volumine secundo, & 441. volumine quarto, & consequenter ad feuda secundum eorum naturam successibiles Paris. consilio 13. numero 36. libro secundo, latissimè Laurent. Siluan. consilio tertio, numero 40. & 41. Montal. in Glos. l. secunda, titu. 6. libro quarto, fori. Opinio Guglie. & sequac. subscriptis medijs tueri potest præcipuis.

152 Et primo, quod filius inuitus non legitimetur, probatur, quia inuito beneficium non confertur de regul. iur. l. inuito, & l. hoc iure, de donatio.

153 Secundo filius iustam habet contradicendi causam ne reducatur in patriam potestatem l. fina. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quia amitteret vsumfructum bonorum aduentitiorum, & patri quæreretur, l. cum oportet, C. de bonis quæ liber.

Tertio ad hoc allegatur tex. in §. generaliter Authen. quibus modis naturales effici. sui, qui tex. probat filiorum consensum in legitimationibus omnibus requiri.

Quarto protestatio patris nocet filijs, quos non vult esse legitimos, prodestque illis, quos fieri vult legitimos quia eius uoluntas requiritur, §. si nero is, qui solummodo Authen. quibus modis natur. effic. sui, & §. si vero, Authen. quibus modis naturales efficiun. legitimi.

Sexto casus est legis pro hac opin. in cap. vnico infra de filijs natis ex matrimonio ad morgan. contracto.

Nec desunt pro opinione Salyc. & sequac. demonstratiua argumenta.

Primo qui potest libere producere 154 causam, potest liberè producere effectum l. manumissiones de iust. & inre & Aristot. in tracta. de causis in secun do Physicorum. Sed inuitis filijs pater potest cum concubina matrimonium 155 contrahere, vt in cap. tanta. Ergo & legitimare eos potest ipsis etiam inuitis, postquam legitimatio est effectus matrimonij.

156 Secundo per matrimonium legitimatur infans filius in vtero, furiosus; & id genus l. iubemus in fine, C. de emancip. libero. Ergo eorum consensus non requiritur, quia consentire nequeunt l. pupillus de acquir. hæred. & de veritate istius articuli Lupus in ca. per vestras §. 21. nume. Paris. consilio 13. nume. 36. libro secundo, Peregri. de fideicom. art. 24, numero 57. Item confirmatur argumentum a simili in l. si pater ff. de adoptio. Præterea eadem conclusio probatur in §. sit igitur licentia versic. & neque fraudare vbi glos. Authen. quibus mod. natur. effic. legiti. quem allegant Socin. & Aret. in l. Gallus, §. forsitan de lib. & posthu mis post Angel. consilio 17. & 71. in

quo text. clarè probatur, quod inuitus filius potest legitimari, quia eo tex. dicitur, quod matrem occultauerat, vt legitimationem euitaret. Si ergo dissensus filij sufficiebat, ad impediendam legitimationem ad quid matris occultatio facta per filium? certe in vanum fuisset. Nec valet Aretin. responsio dicentis, quod legitimatio interim est in suspenso, donec filij sequatur ratihabitio, hoc enim vanum est, quia si filiorum dissensus, fuisset sufficiens, non procurassent matris occultationem ad impediendum nè matrimonium contrahatur, vt in eo tex. dicitur.

157 Tertio legitimatio, de qua in capit. tanta, fundata est in vi, & virtute Sacramenti matrimonij non in voluntate patris, vel matris, quorum sufficit consensus in contractu matrimonij, nec contrahentes agere possunt, quin leges in eorum contractibus locum non habeant l. nemo potest de leg. primo, capit. requisisti de testament. cum simil. pręterea maioris efficaciæ est matrimonium, quam protestatio, & voluntas parentum, actus etenim legiti-
158 mus per sui receptionem non recipit conditionem, ex partis voluntate, imo protestatio ista videtur contraria facto eo ipso, quod contrahit, videtur pater filios legitimare dicto capitulo tanta.

159 Quarto matrimonij fauori contrahentes renuntiare nequeunt, quia Reipublicę interest legitimationem fieri, argumento cap. inter cætera 22. quæstione quarta, Cumia in c. si aliquem, versicu. non communibus, nume. 29.

160 Ergo neque parentes, nec filij huic constitutioni renuntiare valent, cap. si diligenti de foro competen. l. si quis in conscribendo, C. de pactis.

Quinto Soc. in dicto §. forsitan, numero quinto, argumentatur sic, tex. in dicto §. & generaliter Authen. quibus
161 modis natur. effic. sui videtur æquiparare, quando filij liberantur a patria potestate, & quando legitimantur, sed filij possunt liberari ex causa, vt per Barto. in l. quidam cum filium de verborum obligatio. etiam inuiti, ergo & legitimari.

Nos autem quid dicemus? non recedamus ab opinio. Salicet. Præposit. & aliorum, quæ vti minus communis est ita magis vera, eamque vltra omnes confirmo auctoritate communis Aurigæ Iser. in cap. vnico infra de filijs natis ex matrimonio ad morga. contrac. circa finem, qui postquã probauit matrimonium in eo tex. contractum esse secundum speciem in hac quæstione a nobis propositam cum illo pacto vt filij naturales antea nati non succedant in feudo, & ex concubinatu nati erant naturales illi, sequitur doctrina Isern. dicens, sed hoc est irrationabile, vt filij legitimati non succedant patri in feudo, cum legitimari a Principe ex certa scientia, vt succedant in feudo, possint. Ergo fortior est legitimatio spi-
162 ritualis, inquit Iser. quæ fit per desponsationem. Sequitur postea Iser, dicens, quod pactum illud adiectum in eo capitu. vt naturales legitimati non succedant in feudo est irrationabile, & ideo etiam vbi esset talis vsus seruari non deberet vti corruptela. Clarissimis ergo verbis Isern. decidit pro nostra opin. vt tale pactum non valeat, eoque non obstante filios per matrimonium sequens legitimatos in feudo succedere.

Confirmo secundo argumento tex. in cap. fin. in fin. de condit. apposit. vbi conditiones omnes, & pacta in matri-
163 monijs adiecta, si turpes, vel impossibiles fuerint pro non adiectis habentur, vt est pactum, de quo agitur tanquam turpe & contra effectum sacramenti matrimonij, cuius virtus, & vis est peccata omnia purgare, naturalesque legitimos facere dicto capitulo tanta.

164 Tertio quia paruus error in principio magnus est in fine dicit Philosophus in primo cœli, & mundi text. 33. propterea quidditatem legitimatio-
165 nis inuestigare oportet, qua cognita articuli veritas facilius detegitur, legiti-
166 matio est effectus indiuiduus, & insuperabilis ab ipso Sacramento matrimonij ortum habens ex vi, & efficacia ipsius, non ex voluntate, vel noluntate contrahentium, quorum sufficit consensus in ipso solo contractu matrimonij, vt probatur in dict. capitul.

tanta; sed præsupposita causa valida, vt est matrimonium, pernecesse sequitur etiam effectus legitimationis iuridicus, & validus tanquam indiuiduus,
167 & inseperabilis a sua causa dicunt Philosophi in secundo Phisicorum in tractat. de causis, & D. Thomas aliqua in tractat. de ente, & essentia capit. quarto, & probatur in dict. l. si pater de adoptio. & ab effectu valido demonstramus causam validam demonstratione quia, idest ab effectu, seu a posteriori secundum Logicos, & nos legitimationem iudicamus ab ipso matrimonio l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Curt. Iun. consi. 36. numero quarto. Ergo eo ipso, quod nos præsupponimus matrimonium validum, sequitur ipso iure filiorum legitimatio, & quicquid in contrarium conuenerint parentes vti impossibile, & contra bonos mores reijcitur, dict. capitu. fin. in fi. de condit. appos. pondero ad idem text. in l. cum quis in fine C. de naturalib. liber. vbi naturales ipso iure per sequens matrimonium legitimantur, & in patriam potestatem trahuntur. Ergo parentum, vel filiorum dissensus contra effectum a lege exequutum nil operatur. Dicet tamen subtilis Doctor, non ne ius successionis est consequens quidam distinctum, vel distinguibile, & separabile ab ipsa legitimatione, quia potest aliquis legitimari cum pacto; vt ad quædam bona tantum succedat non omnia, vel ad certa tantum bona vt concludunt Soc. consil. 246. numero tertio, libro secundo, Dec. in l. pactum C. de collã. numero 15. & l. solet numero nono, de iurisdict. omn. iud. & consil. 264. numero tertio, & 258. numero 10. Ruyn. consilio 145. libro tertio, numero quarto, & 75. numero 11. eod. libro, & alij, quos allegat, & sequitur Molina libro tertio, capitu. tertio, numero 38. qui omnes fundantur in doctrina Bart. in l. is potest numero septimo, de acquir. hæred. mouentur etiam ex capitul. quamuis de pactis in sexto, quia successio potest cum iuramento renunciari dicto capitu. quamuis. Ergo est ius quoddam distinctum a filiatione. Et consequenter legitimari possent filij per sequens matrimonium cum pacto, vt ad feuda non succedant, postquam ius successionis est distinctum, & separatum, vel separabile a legitimatione. Multifariam tamen soluitur difficultas.

Primo loquuntur Doctor. in obiectum citati omnes in legitimatione per rescriptum, quæ sine scrupulo eo pacto fieri potest, vt ad quædam tantum bona succedat legitimatus: iuxta legitimantis voluntatem, & eo dicitur casu dispensatio quoad quædam non vera, & propria legitimatio, vt idem Doctor. loquuntur, & notabiliter Alex. cons. vltimo libro quinto, numero quarto, & quinto, dicens legitimationem veram per subsequens matrimonium, quoad quædam tantum minimè fieri posse, quia nemo pro parte naturalis, & pro parte legitimus, vel partim liber, partim seruus esse potest, dispensationes tamen benè pro parte valent, ut filius quoad quædam legitimetur, & quod non succedat, & eo casu dicitur dispensatio non legitimatio, & in his terminis legitimationis per rescriptum, seu dispensationis loquuntur Doctor. in oppositum citati non in perfecta, & integrali, ac fauorabili legitimatione per subsequens matrimonium.

Dico secundo, quod nos non negamus ius successionis diuidi posse a iure filiationis dict. capitul. quamuis, id tamen procedit vigore renunciationis factæ ab eodem filio, qui iuri, & fauori suo renunciare potest, ut quilibet l. quod fauore de legi. imo retorquetur argumentum, quia si a filio debet fieri renunciatio istius iuris successionis: Ergo transit in filium cum iure filiationis, quia priuatio præsupponit habitum, l. decem de verborum obligat. ergo eo ipso quod contrahitur matrimonium filij naturales antea nati per necesse legitimantur efficiunturq. in allodiis, feudalibusq; successibiles, & est effectus iste inseparabilis a sacramento matrimonij, & quamuis ius illud radicatum in filiorum beneficiũ vendi, & renunciari possit, id prouenit quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter l. in re mandata C. mandati.

Dico tertio, quod Bartol. doctrina bene perpensa contra nos allegari nequit, inquit etenim Barto. in dicta l. is potest, numero septimo, quod ius successionis est separatum a iure filiationis, eo scilicet respectu, ut ipse se declarat, vt cum persona filii mortui non extinguatur, sed ad nepotes, aliosque descendentes transmittatur, qui subingressi in locum mortui succedunt.

Si enim a iure filiationis, seu ab ipsa persona non esset separatum, sine dubio per eius mortem esset extinctũ, alio tamen respectu non loquitur Bar. quia negare non poterat verum iuris assumptum; est filius legitimus, ergo hæres dicit Apostolus ad Galat. 4. ad Roma. octauo, primo Corinth. 12. & tex. in l. prima, C. si minor ab hæredit. se abstineat: cui propositioni Isern. hic numero quarto, benè addidit clausulam (si vult) vt dicamus est filius, ergo hæres si vult, quia quasi Dominus in vita patris, l. in suis de liber. & posth. nec eum sine causa in morte priuare pater potest, etiam si Deo optimo maximo dare vellet secundum August. & Isern, hic, numero quarto.

Ex quibus probata est consequentia necessaria, quod filius eo ipso quod est legitimus, & naturalis, est etiam ad feuda, & alia successibilis, pacto quouis non obstante, nec omitto, quod idem Barto. in dicta l. is potest, nume. sexto, dicit quod ius adeundi secundum veritatem non est quid pręcisum & separatum a iure agnationis, & cognationis, l. iura sanguinis ff. de regul. iur. l. ius autem agnationis, ff. de pactis cum alijs, quæ ipse allegat, quem si expedit videre poteritis.

Contraria faciliter soluuntur, non
obstant Primum & secundum, quia
168 in qualibet dispositione attenditur id,
quod principaliter agitur, l. prima, §. si
te rogauero, ff. depositi, l. si quis nec
causam, ff. si cert. petat. sed principaliter
contrahentes agunt super validitate
matrimonij, & legitimatio venit in
eius consequentiam vt supra probauimus.
ergo id quod consequutiuum est
169 a lege etiam in inuitum confert argumento,
l. si pater, ff. de adoptio.

Dico secundo, quod regula non est simpliciter vera, quia multoties inuitis beneficia conferuntur, veluti nobilitas, l. vltima, si vero, & ibi Bald. C. de manum. testamen. item ægroto, & carcerato, & captiuo, & alijs inuitis beneficia conferuntur, vt latè probat Tiraquel. de nobil. cap. sexto, numero 36. & sequen.

Nec obstant iura in tertio, & quarto,
argumentis adducta præcipuè tex.
in versic. generaliter Authent. quibus
mod. natur. effi. sui, quia loquuntur in
legitimationibus per rescriptum, vel
oblationem curiæ, vel alijs modis quã
per sequens matrimonium, in quibus
casibus fatemur nos quod filiorum le-
170 gitimatorum requiritur tacitus, vel ex
pressus consensus, nec valet Francisci
Aretini intellectus ad dictum vers. ge
neraliter dicendo, quod generaliter
statuit Imperator in eo text. vt in om-
nibus pręcedentibus casibus legitima
tionis filiorum requiratur eorum con
sensus, vel ratihabitio, & quod in præ-
cedentibus loquutus fuerat Impera-
tor de legitimatione per sequens ma-
trimonium, quia hoc negatur, & in eo
text. de legitimatione per matrimo-
nium verbum nullum.

Dico tertio, quod dato (& nunquam
concesso) quod de matrimonio sequẽ-
ti loquutus fuisset, adhuc relatio debe
ret fieri ad præcedentes modos, non
ad remotos, sed prima impugnatio cõ
tra Areti. tutior est, Nec obstat text.
in capit. vnico de filijs natis ex matri-
monio ad morganam, quia fateor, text. il
lum terminare propositam nostram
quæstionem. Sed vidistis vos ea, quæ
supra retuli ex verbis Isern. ibi, & hic
dicentis, quod vbi esset talis mos seruari
non deberet tanquam irrationabilis
& corruptela, ideo ad Prouincias, vbi
171 mos ille non viget allegari non potest
& vbi viget etiam vti irrationabilis
non esset seruandus secundum Isern.
& Feudistas omnes.

QVÆSTIO XIX.

172 QVÆRO DECIMONONO.
Vtrum in legitimatione, per
sequens matrimonium necesse sit, quod
vterque tempore conceptionis fuerit
solu-

solutus, vel sufficiat, ut vterque sit solutus, dum puer est in vtero, vel tempore partus.

Et sic quærimus, vtrum inspiciatur tempus conceptionis, vel partus, vt concubini sint soluti, communis est opinio, quod sufficiat vt tempore partus, vel ventris vterque concubini sint soluti, Hostien. Butr. Card. Præposit. quæstio. quarta, in dicto cap. tanta, qui fil. sint legit. cuius oppositum ibi tenet Ioan. Andr. & Archid. in capitu. Osius 56. distinct. Communis tamen opin. verior est, probatur in cap. quod nobis qui fil. sint legit. & est text. in l. nuper in fi. C. de natural. liber.

Nec obstat text. in l. paulus, ff. de statu hom. quia concordat cum dict. l. nuper, vt qui in vtero est, pro nato habeatur, circa concernentia eius fauorem.

173 In reliquis vero filiorum fauore semper ille status attendendus erit, qui eisdem vtilior fuerit, communem sequutum fuisse, reperio Peregr. in tracta. de fideicommis. artic. 24. nume. 50. vbi alios coacervat pro hac vera opinione post Petrum Duennam regula 350. num. 19. versic. amplia 19.

QVÆSTIO XX.

174 QVÆRO VIGESIMO. quid si matrimonium validetur per Pontificis dispensationem, quòd antea non tenebat, quia contractum inter consanguineos in gradu prohibito, vel per aliud legitimum impedimentum, vtrum filij antea nati (qui non naturales, sed spurij nominantur, vt in principio huius ca. diximus post Doctores communiter in Authen. ex complexu, & alibi quicquid malè dixerit Afflict.) per hoc sequens matrimonium ita cum dispensatione contractum, vel roboratum, quia antea nulliter contractum legitimentur, & ad feuda succedant? Alunio. hic nume. 11. tenet, quod non, sed necesse est, vt in legitimatione specifica fiat filiorum mentio & legitimentur, ante eum ita tenuit Gugliel. Cyn. & Bald. in prima lectura, l. paulus, ff. de statu homi. idem Cyn. aliqua in l. cui contra,
175 C. de nuptijs, Ratio decisionis est, quia fictio non trahitur retro ad tempus prohibitum notatur in l. talis scriptura de legat. primo, faciant ergo filios legitimari dicit Bald. de ritu nuptia. l. qui in prouincia, §. diuus, item faciant dispensari super infamia, & alijs pœnis, l. si quis incesti, C. de incestis nuptijs. alios congerit pro hac opinio. quæ communis est Peregrin. de fideicomm. artic. 24. numero 76. & seq. latè post Ludouic. Moli. de primogen. libro tertio, capit. secundo, nume. 10. qui exactè scripsit quicquid Io. Andr. Butr. & alij dixerint. communem quoque sequitur Camil. Salern. in consuetud. Neapol. si cui militi versic. vigesimo quinto. Posset etiam dubitari, quid in natis ex meretricibus, & vilis conditionis, an per subsequens matrimonium legitimentur, & ad feuda succedant decisio. Pedemon. Octauiani, pro & contra refert omnes, & pro communi fauore matrimonij in beneficium filiorum decisum fore testatur refert, & sequitur Peregr. qui plures quoque allegat de fideicommiss. artic. 24. numero 51. quibus si casus acciderit recurratis, Item utrum tales legitimati vtantur remedio l. si vnquam C. de reuocan. donat. ad minus vsque ad legitimam, de qua re, & alijs Duenna plura congerit regula 350. numero 13. cui pro materiæ quoque supplemento recurrendum erit.

Hæc tamen legitimatio Pontificis iuridicè intelligitur secundum tradita per Doctor. in capit. per venerabilem qui fil. sint legit. extra eius proprium territorium Ecclesiæ subiectum non extendatur, & in casu extra territorium Ecclesiæ alia sæcularis Principis necessaria esset specifica legitimatio Spurij, etiam quoad feuda, ut infrà suo loco dicemus sub veritatis tamen, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ correctione.

Explicita, quotidiana, & profundissima materia successionis naturalium in feudis legitimatorum per sequens matrimonium remanet tractanda materia successionis legitimatorum per rescriptum cum clausula, ut ad feuda succedant, quam ad alios remittimus, quia in palatijs parum frequens est,

reliqua uidebitis uos tractata per Doctor. hic Ciuilistas in leg. Gallus §. & quid si tantum de liber. & posthum. Boer. decision. 123. Author quidam §. octauo, Marin, author. 31. Molin. de primogen. libro tertio, capitul. tertio, numero 29. Rubeus Alexandri, cons. 33. qui alios congerunt, quos consulto prætermitto post hæc scripta impressit opus Nicol. Intrigliol. Sicul. de feudis centur. secunda, artic. primo, ubi latissimè numero 223. & sequent. Glos. nostra limitat tex. istum dicens, quod etsi naturales in feudo nec etiam legitimati succedant, non tamen procedit, quando a supremo sæculari Principe legitimantur cum clausula, ut etiam ad feudorum successionem admittantur, non obstante lege contrarium disponente, hinc Isern. & post eum Doctor, supra relati in magno fuerunt usque ad nostra tempora certamine circa Principis potestatem, An possit in filiorum, uel agnatorum præiudicium naturales legitimare cum clausula, ut ad feuda succedant, Et an in præiudicium Magnatum, & Baronum, qui eorum subfeuda pro recipientibus, & hæredibus ex corporibus eorum legitimè descendentibus concesserunt, eisdemque subfeuda propter finitas lineas deuolutura erunt, legitimationes istæ naturalium per supremos Principes fieri possint Isern. hic denegat cuilibet supremo Principi ordinariam legitimandi potestatem in præiudicium liberorum legitimorum, & naturalium, fatetur tamen id fieri posse in præiudicium aliorum agnatorum, antequam feuda eisdem sint delata, quibus delatis nec in eorum præiudicium naturales legitimari possent, nisi de absoluta, & suprema potestate, ut per eum: Reliquorum referre locos non expedit, siquidem Boer. dicta decision. 123. & alij supra citati concordes congerunt, unum tamen intactum non relinquamus, quod opinio. illa ut nec etiam in præiudicium agnatorum legitimationes huiusmodi fieri possint absque eorum consensu; ne dum in feudo ex pacto (in quo id sine scrupulo, & communi consensu Doctorum procedit) sed etiam in hæreditario, nisi ex causa publicæ utilitatis, semper mihi magis iuridica uisa fuit ut concludit Author quidam §. 8. Glos. prima, numero 39. post Ludou. de Sardis, Zas. & alios, quos allegat: sequitur, & cæteros cumulat Ludouic. Molina de primogen. libro tertio, cap. tertio, numero 29. quicquid cæteri in contrarium dixerint, nō omitto, quod Auctor quidam, in §. 8. Glo. prima, numero 39. relata prius opin. istius glosę nostræ, & aliorum, qui communiter eam sequuntur, conatur illam corripere dicendo, quod quilibet summus Princeps non potest legitimare in pręiudicium illius feudatarij, qui subfeudum concessit, vel directi domini absque ipsius cōsensu per notata in l. quoties, C. de precibus Imperato. offeren. sed fallitur Author quidam, postquam Glos. in hoc cap. naturales, & Doctores omnes, qui eam sequuntur loquuntur in eodem Imperatore, vel domino legitimante, qui est dominus directus feudi, & in his terminis Glos. format quæstionem siquidem Imperator, vel alius supremus Princeps in alterius præiudicium qui feuda concessit, legitimare nequit de ordinaria potestate, vt supra diximus, De reliquis pro materiæ complemento videatis Ant. Rub. consilio 33. Tiraquell. in primo retrac. §. primo, Glos. 3. numero sexto, Couar. dicto capit. numero 27. Floria, de Santo Petro in tertia disputat. Auctor quidam, loco supra proximè citato cum duabus sequentib. quęstionib. Cuma. consil. 168.

Noto ex Iser. doctrina ibi, sed postquam esset eis delata &c. quod delato feudo agnatis non potest Princeps supremus per priuilegium alteri concessum feudum ab agnatis auferre, l. si post mortem, §. fin. ff. de bonorum possessio. contra tab. idem Iser. in cap. primo, infra de feu. fœmi. & in capit. qui clericus supra hoc titu. vbi fusius dixi, quod ex verbis Isern. terminari potest articulus, in quo alias in casu extra Regnum currenti consului, secundogenitus in vita patris ad sacros ordines fuit promotus, mortuo postea patre feudatario, & demum primogenito secundogenitus in sacris existens post primoge-

mogeniti mortem dispensationem a summo Pontifice obtinuit, vt dimissis ordinibus in statu laicali viuere, & vxorem ducere valeat, prætendebat secundogenitus iste feudorum successionem exclusis alij agnatis remotioribus sibi competere, ex Iser. tamen doctrina pro agnatis legitime respondi, quia delato semel feudo remotiori agnato de iure tamen successibili, absque eius facto ab eo euelli nequit l. ius nostrum, de regulis iur. & dominium feudi, nec momento quidem in suspenso esse potuit, Ergo mortuo primogenito, quia secundogenitus in sacris existens erat insuccessibilis dicto cap. qui clericus hoc titu. & capit. vnico de feu. femi. & cap. primo, de mili. vassal. qui arma bel. depos. dominium statim ad proximiorem agnatum transitum fecit, cui Pontificis dispensatio non nocet, l. secunda, §. merito, & §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco public. l. nec auus, C. de emancipat. liberor. & d. l. si post mortem, §. fin. de contratab. & l. fin. C. de pactis, Iser. hic, & in locis supra citatis.

Qvæstio XXI.

177 VIGESIMO PRIMO. & demum pro materiæ complemento quæro cum Isern. hic ante, numero quinto, versicu. quid ergo, An legitimatus a Principe ante ortum legitimi succedat in allodialibus, & feudalibus vna cum legitimis? in feudalibus dico, quia præsupponimus adesse clausulam in legitimatione, vt etiã ad feuda succedere valeat (non loquor de illis feudis, in quorum inuestituris appositæ sunt clausulæ pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, vel ex legitimo matrimonio descendentibus in quibus tales etiam ad feuda legitimati non succedunt, nisi de Principis mente aliud constaret, vt supra aliqualiter explicauimus,) Isern. concludit quod sic, mouetur pluribus rationibus, quas non repeto, & est vera, & communis opinio, quicquid alii qui dixerint.

Glos. format aliam quæstionem de clerico, qui etiamsi habitum clericalem dimiserit, postquam feudum ad alios agnatos transitum fecerat, adhuc feudum ipsum non recuperabit, vult allegare tex. in §. ex hoc illud infra de feudo fœminæ, & bene dicit, nos tamen materiam fusius tractauimus in cap. qui clericus supra hoc eodem titu. interim videte in tota materia Menoch. consilio 181. numero 59. & sequentibus.

Silentio tamen non prætermittamus explicationem verborum Isern. hic in additione, numero octauo, qui dicit, quod hodie priuilegiorum forma in Regno est pro concessionario, & eius hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, in quo articulo Petrus de Gregorio in tracta. de concessio. feudi, parte tertia, quæstione tertia, plura scripsit. quem manu scriptum retinebam in anno 1593. quo hæc scripta fuerunt. reuisa demum in anno 1600. ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, & Gloriosissimę Virginis Mariæ eiusque sanctę, & Venerabilissimę ac toto orbe terrarum Celeberrimę Lauretanæ domus. Amen.

SVMMARIVM

1 *Minor pro pupillo sumitur, in text.*

2 *Impubes non tenetur praestare iuramentum fidelitatis, nec eius tutores numero 5.*

3 *Fidelitas semper est de essentia feudi.*

4 *Iuramentum fidelitatis non fidelitas remitti potest.*

6 *Pubertate finita annus currit ad petendam confirmationem inuestituræ.*

7 *Minor cuius versutia ætatem supplet iurare tenetur fidelitatem.*

8 *Pupillus iurare tenetur fidelitatem, quando per eum fidelitas impleri potest.*

9 *Pupillus ætatis fauore feudum retinet absque iuramento fidelitatis.*

10 *Rex pupillus quomodo iurat iustitiam administrare, & an Tutores, & Curatores habere debeat.*

Qvæstio Prima.

11 *Pupillus durante pupillari ætate, an teneatur iurare, et seruire per substitutum.*

12 *Pu-*

12 *Pupillus seruire tenetur per substitutum, & iurare, feudum tamen per substituti crimen non amittit.*

13 *Pupillus regulariter pœna aliqua plecti non potest, quia delinquere nequit.*

QVÆSTIO SECVNDA.

14 *Balius pupilli an iurare fidelitatem, & personaliter seruire cogatur.*

15 *Seruitia realia a personalibus distinguuntur.*

QVÆSTIO TERTIA.

16 *Pupillus an teneatur vassallum inuestire.*

17 *Pupillus cum Balij auctoritate potest vassallum de feudo infeudari solito inuestire.*

18 *Pupillus Iurisdictionem pœnas ciuiles: & alia, quasi immobilia non alienat.*

19 *Feudum in immobilibus, atque in his, quæ immobilibus adæquantur consistere potest.*

20 *Pupillus an in sui beneficium inuestituram stipulari possit.*

QVÆSTIO QVARTA.

21 *Pubes anno elapso finita pubertate, an in integrum restituatur aduersus non petitam inuestituram, & duplicatam releuij solutionem, ad quam tenetur in regno, & numero 23.*

22 *Restitutio in integrum an detur feudatario pupillo pro re mobili.*

24 *Releuium soluitur de feudis reuersis ad patrem refutantem qui filio refutatario mortuo succedit.*

QVÆSTIO QVINTA.

25 *Restitutio concessa minori, vtrum prosit etiam maiori in illis feudis, in quibus omnes filij succedunt.*

QVÆSTIO VI.

26 *Renouatio inuestituræ difformis a prima concessione, an indifferenter reduci debeat ad tenorem primæ inuestituræ.*

27 *Inuestituræ alteratio an fieri possit in feudo absque agnatorum assensu.*

28 *Pactum nouum an addi possit vltra tenorem primæ inuestituræ.*

29 *Contractus initi cum emptoribus feudorum, an intelligantur in dubio secundum formam primæ concessionis.*

30 *Error Doctorum, qui Ciuitati Neapolis, & toto Regno in anno 1539. consuluerunt, corripitur.*

QVÆSTIO VII.

31 *Emptores feudorum vtrum expedire debeant inuestituram, & iurare fidelitatem infra annum, sicut successores, vel sufficiat expedire assensum super emptione feudi.*

32 *Verba, Inuestio te, an iure hoc necessaria sint.*

33 *Priuilegium concessionis feudi cum literis exequutionalibus sufficiunt pro capienda possessione feudi.*

34 *Iuramentum fidelitatis præstatur in feudis successione quæsitis, non in feudis emptis.*

35 *Annus, & dies non limitatur ad petendum Iuramentū assecurationis vassallorum a Rege, sicut limitatur ad petendam inuestituram, & quare.*

36 *Rex assentiendo donare videtur.*

37 *Assensus succedit in locum inuestituræ.*

38 *Iuramentum assecurationis a vassallis burgensibus non exigitur.*

CAP. SI MINORI, si de feudo Defuncti Militis.

1 MINOR in text. accipitur pro impubere, vt sequens text. indicat, qui doli capax non est regulariter, Puberes vero capaces sunt, Iacob. Cuiac. libro quarto, titu. 13. vbi sequentem quoque tex. interpretatur vltra Iacob. de Beluiso cæterosque Doctores hoc loco. post Glos. & probatur in l. Imperialem, §. præterea si quis infeudatus infra de prohib. feu. alien. per Feder. & Afflict. hic numero quinto, testatur Doctores om-
2 nes intelligere text. hunc in pupillo

post

post Petr. de cernetis, quem refert, & sequitur Bald. & alii hic.

2 Noto ex text. quod impubes non
tenetur fidelitatem facere, idest iuramentum fidelitatis præstare, sumitur
enim fidelitas in text. pro iuramento
3 fidelitatis non pro ipsa fidelitate, quæ
semper est de essentia feudi argumento eor. quæ dicit Camer. fol. 75. columna tertia, Docto. in §. huius autem generis, ex quibus cau. feud. amitt. & in
capit. primo, de noua forma fidel. est
tex. clarus in cap. nulla supra per quos
fiat inuest. Federic. Schench. hic Aluaro. & capit. sequen. post princ. & iura-
4 mentum fidelitatis non fidelitas remitti potest, dicit Soacius de feudis,
fol. 165. & a tergo tomo 10. tractatuū
diximus in cap. si facta, infra eodem titulo, numero 4.

Noto secundo, quod text. iste loquitur in feudo nouo dato minori, dicit
text. ibi, si minori datum fuerit, &c. in
5 quo nec ipse neque tutores eius fidelitatem facere coguntur, nec etiam in
feudo antiquo l. Imperialem §. præterea si quis infeudatus, siue minor sit
septennio, quæ ætas, quicquid videt,
ignorat, l. secunda, C. de falsa moneta,
periurium committere potest, l. qui iurasse, ff. de iureiurand. siuè sit maior, pubertati proximus: sicut infra annum,
& diem pro feudo antiquo iurare non
6 tenetur, sed tempus finitæ pubertatis
expectatur, quo finito currit annus ad
petendum confirmationem dicta l.
Imperialem, §. si quis infeudatus infra de prohib. alie. per Feder. cap. primo
supra quo tempore miles, & hoc priuilegium minori ætati conceditur Afflict. hic post alios, & in d. l. Imperialē.

7 Fallit conclusio in minore, siuè pupillo, cuius malitia, vel industria ætatem supplet, quo casu iurare tenetur l.
fin. §. fin. ff. de liber. causa l. vt iurisiurandi §. dabitur de oper. liber. idem si
sit doli capax, & pubertati proximus
dicit summa Odoffr. rubr. 12. fol. 19.
incip. facta inuestitum, quod vassallus
debet facere in fine, quam hic allegat,
& sequitur Isern. & ante omnes fuit
theorica Iacobi Ardiz. feudorum patris in summa capit. 96. rubrica vtrum
vassallus possit seruire per alium, sequuntur Alex. & communiter hic (Aluaro. excepto,) quem sequitur Ioann.
Rainal. in l. Imperialem §. preterea si-
quis infeudatus in 12. tertia causa, &
Præpos. hic.

8 Fallit secundo, quando fidelitas hęc
in text. enunciata esset talis, quæ per
pupillum impleri posset, dicit Iacobus
de Ardiz. loco citato argumento, l. cęteri, ff. de rei vendic. l. excipiuntur, ff.
ad Sillan. cum alijs supra adductis proxima limit. quæ limitatio reincidit in
proximam præcedentem, quamuis regulariter pupillus ad iurandum etiam
volens non admittatur l. videamus in
princip. de in litem iurando, & Isern.
hic quicquid Aluaro. dicat num. 4.

9 Not. tertio, ex text. casum, in quo
quis retinet feudum licet fidelitatis iuramentum non præstet, & fidelitatē
facere recuset, & hoc procedit fauore
ætatis, regulariter autem contra c. nulla, supra per quos fiat inuestit. Aluaro.
hic, numero secundo, & alij, ex quibus
expedita quoque remanet Gloss. ista:
alias similes, Galliæ consuetudines
huic cōformes refert Author quidam
§. 29. fol. 541. in nouissima impressione ędita præcedenti anno 1596. vbi
materiam tractat pupilli Regis, cui,
10 an dandus sit tutor, vel curator, & quo
modo iurat iustitiam administrare,
post Ioannem de Terra rubea antiquum, & doctissimum Feudistam in
tractat. contra rebelles suo Regi artic.
primo, & secundo.

QVÆSTIO PRIMA.

QVÆRO PRIMO. vtrum pupillus durante ætate pupillari
in qua iurare non cogitur, teneatur iurare, & seruire per substitutum? Bald.
hic tangit quæstionem, & post eum
Aluarot. numero quinto, fusius in
capitu. sequenti, numero secundo,
post Gloss. ibi & alios Doctores, qui
pro maiori calculo Bald. sequuntur dicentes quantum ad compulsionem
debere per substitutum iurare, & ser-
11 uire: non quo ad punitionem amissionis feudi fauore pupillaris ætatis,
alias regula est in oppositum, cap. fin.
supra in quib. cau. feud. amitt. §. est &
alia, quæ fit prima cau. benefic. amitt.
cap. 1.

capit. primo, de feudo sine culpa non
amitti. in cæteris ad Aluar. recurratis
12 capit. sequenti, cui in vno tantum me
non subscribo, dum dixit, quod pupil-
lus non seruiendo priuatur, quando
est seruitium tale, quod per eum præ-
stari potest, & non præstatur, quia in
13 pupillo pœna aliqua non cadit, quia
ætas sua quæ videt, ignorat, & sciens
fallere non videtur, nec periurare l.
qui iurasse, ff. de iureiur. l. prima, C. de
falsa mon. Iser. hic in principio, & alij
passim.

QVÆSTIO SECVNDA.

14 QVÆRO SECVNDO. an
Balius pupilli iurare cogatur, &
seruire? Iacob. Ardiz. quem refert, &
sequitur hic Aluaro. numero sexto, di-
cit, quod non, potest tamen si vult, sed
non cogitur inuitus, argumen. l. quo-
ties de noxal. & l. secunda, §. secundo,
C. de iuramento calum. l. videamus, §.
primo de in litem iuran. Vos distin-
15 guatis seruitia personalia à realibus,
quæ in pecunia præstantur de bonis,
& fructibus feudi. Primo casu iurare
tantum tenetur, sed personaliter in
bello seruire nequaquam cogitur.
Secundo casu simpliciter, & absolutè
seruire compellitur, quo iure frequen-
tius in Regno vtimur, vbi Balij soluunt
adohas de pecunijs pupillaribus, & in
emergentibus casibus soluerent dimi
diam fructuum illius anni iuxta ter-
minos l. Imperialem, §. firmiter infra
de prohib. feud. alien. per Feder.

QVÆSTIO TERTIA.

16 QVÆRO TERTIO. An pu
pillus cogatur vassallum in of-
ficio Balij? Iser. in prima, quæstio-
ne 18. de rerum diuisio. disputauit tam
cursum Aluaro. hic numero 7. & alij
concludentes in feudo antiquo alias
infeudari solito posse eum Balij, vel in
17 dictis auctoritate, de nouo tamen infeu
dare non potest, etiam si maior in fine
se sit, quia in maiore in fine loqui-
mur. Pupillus enim nouam rem non
facit, sed veterem conseruat, & custo-
dit cap. primo, supra per quos fiat inue

stitu. capit. secundo, extra de feudis, &
alienare non potest immobilia de no-
18 uo sine causa iusta, vel quasi immobi-
lia, vt iurisdictionem, pœnas ciuiles, &
alia, quæ immobilibus adæquantur,
19 quia in his feudum consistit, cap. pri-
mo, supra de feu. cognit. quæ causa iu-
dicis decreto approbari debet dicta l.
lex, quæ tutores, & an inuestituram in
pupilli beneficium accipere, & stipula-
ri possit ex regula l. 1. §. fin. ff. de rebus
20 eorum. latè Aluaro. in capitu. primo,
quæstione penultima, supra per quos
fiat inuestit.

QVÆSTIO IV.

21 QVÆRO QVARTO. cum
Iser. hic versic. sed si maior qua-
tuordecim, an pubes non petens inue
stituram infra annum, & diem ex re-
gula capit. primo, supra quo temp. mi-
les, & l. Imperialem, §. prætereà si quis
infeudatus infra de prohib. alien. per
Federic. quibus disponitur, quod feu-
dum perdat, & in Regno duplicatum
soluat releuium, restituatur in inte-
grum aduersus fidelitatem non peti-
tam, & releuium non solutum? Glos.
in dicto §. prætereà per verbum fortè
tenuit puberem restitui. Iser. ibi, & hic
dixit, quod absque scrupulo restitui-
tur post Iacob. de Ardiz. cap. 44. & 45.
quem allegat, & sequuntur ibidem
communiter Doctores, quos congerit
ibi Additio ad Iser. in ver. restituetur
ex regula l. minor 25. annis etiam, ff.
de minor. & l. si ex causa, §. fideicom-
missum, ff. de minorib.

Et hæc est vera opinio, quicquid di-
xerit Iacob. Cuiac. lib. quarto, de feud.
cap. 23. circa medium, dicens in inte-
grum restitutionem non dari aduer-
sus duplicatam releuij solutionem, ea
22 ratione quia vix datur in integrum re-
stitutio pro re mobili, & fructus solo
separati mobilibus adæquantur, quæ
opinio si vera esset, notatione digna fo-
ret, nos tamen a communi non rece-
dimus, quam sequitur Curt. par. 4. nu-
mero 46. Intriglio. Sicul. Feudista me
dincris doctrinæ de feudis cent. 1. q. 95.
nume. 93.
23 Et in Regia Camera frequentius
mino-

minoribus restitutiones conceduntur aduersus duplicatam releuij solutionem propter omissam mortis in tempore denuntiationem, & alias ego cum peritissimis Collegis in solutione Releuij Illustrissimi Principis Bisiniani prodigi, & minori adæquati l. si curatorem habens C. de in integr. restitu. minor. & l. 15. cui bonis de verbor. oblig. consuluimus absque dubitatione Principem fuisse restituendum, vti minorem aduersus omissam denunciationem immaturæ mortis Excellentissimi Ducis Sancti Petri eius vnici filij, cuius feuda olim refutata ad refutantem Patrem reuertebantur, Et in Camera fuit absque controuersia recepta vera illa opinio,
24 quod de feudis reuersis ad refutantem soluatur releuium, & ita iudicatum in dicta causa secundum veram Isern. & communem opinionem in §. sed & res numero nono, in fi. per quos fiat inuest. & capit. primo, numero octauo, in fine de alien. feudi pater, Dominus de Franch. plura decision. tertia, fusius Dominus Ioannes Vincentius de Anna de vassall. decrep. ætat. numero 350. ad 367. quicquid malè dixerit Afflict. & quidam alij, & sic Princeps decreto Regiæ Cameræ fuit ad releuium de feudis olim per eum refutatis, & sibi nunc reuersis condemnatus hoc anno 1597. infanti ipso iure restituitur, latè probat Iacob. Ardiz. in summa cap. 44.

QVÆSTIO V.

25 QVÆRO QVINTO, an restitutio prædicta concessa minori feudatario prosit etiam maiori, qui fidelitatem infra annum non præstitit, & releuium in Regno non soluit, in feudo vbi ius Longobardum, & commune feudorum viget, & omnes succedunt, capit. omnes filij supr. eod. Articulus iste terminari potest ex regula l. si communem fundum ff. quemadmodum seruit amitt. & l. 1. C. si in communi, eademque causa in integr. restit. postuletur, Additio ad Odoffr. in summa capit. cuius rubrica est, facta inuestitura solemniter, quid vassallus Domino teneatur numero tertio, fol. mihi 29. à ter. prosequamur nunc doctrinam Iser. & sumpta ex eius verbis occasione.

QVÆSTIO VI.

26 QVÆRO SEXTO, an renouatio inuestituræ difformis a prima concessione reduci debeat indifferenter ad tenorem primæ inuestituræ? Marin. in prima author. quæstione 12. numero 14. & 15. sæpius in Regia Cancellaria decisum testatur, quod vltima priuilegia in Regia Cancellaria expedita pro hæredibus ex corpore legitime descendentibus, reducuntur ad tenorem, & formam priuilegiorum authoris, quando dictant ampliori forma, pro hæredibus, & successoribus, D. Anna non facta Marini mentione plures allegat singul. 563. ac decisum testatur, quod prima inuestitura semper attenditur; quæ si loquitur pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, vendito feudo Rex assentir pro hæredibus ex corpore, talis assensus ostensa originali inuestitura accommodatur, reduciturque ad tenorem primæ venditionis, vel concessionis feudi, & hoc iure vtimur, & nouissimè idem in Regia Cancellaria practicatum fuit, in reformatione assensus præstiti in beneficium Illustrissimæ Dominæ Principissæ Bisiniani circa donationem feudi ab eius Viro factam, cuius forma fuit redacta ad tenorem primæ concessionis illius feudi donati, me patrono pro Principe, pro quorum confirmatione vltra Marin. & Ann. allego Dec. consil. 63. colum. tertia, Alexand. consil. 18. attentis narratis numero 13. libro quinto, & consil. 30. numero sexto, libro primo, Doctor. in capit. primo, de vassall. decrep. ætat. Zas. vltima parte feud. numero 53. uersic. cæterum, si ex errore Capicij in capit. feudorum clausulę §. iuxta tenorem uersic. si quis ostendat fol. 132. colum. secunda, Afflict. decis. 395. numero quinto, & decision. 110. numero 2. Curt. in secunda parte, vers. Septimo quæro, si prima inuestit. Iser. in cap. 1. §. sciendum supra de feud. cognit.

gnit.& cap.primo,in princip.per quos
fiat inuestit.probatur in §.profecto de
l.Corradi ; & cap. primo de vassal. de-
crep.æta.Camer.optimè,fol.76. lit. B.
allegat Paul.Castrens. & alios,asseren
tes,quod quando constat de prima in-
uestitura sequens censetur facta cum
omnibus conditionibus appositis in
antiqua & si non dicatur, quia altera-
tio inuestituræ fieri non potest,nisi ex
27 presse cum consensu feudatarij in feu
do hæreditario, & agnatorum etiam
in feudo ex pacto Bursat. consilio ter-
tio,numero 11. libro primo, Petr. de
Gregor.de concessione feudi,parte ter
tia, quæstione decima, aliqui nouissi-
mi in repetitione capituli de his, qui
feud.dare poss.fol.108.& 109.Rodul.
Schraderi in tract. de feu. parte sexta,
capit. tertio, numero 30.& 31.aliquos
congerit,& sequitur Ioan. Thom. de
Marin.de generib.& qualit.feud.titul.
de feudo ex pacto antiquo, dicens,
quod ne dum tenor primæ inuestitu-
28 ræ mutari non potest, sed nec etiam
nouum pactum apponi, Tiraquel. latè
antiquos congerit de retractu lignag.
§.32. Glos.prima, numero 38. Nicol.
Intrigl.de feud. centuria prima, quæ-
stio.24.numero 5. A Rosental.cap.2.
conclu.8. Rimin.iun.consilio 339.nu
mero 103.libro 3. Rolan.à Val.consi-
lio 16.numero sexto, libro 3. qui plu-
res congerit : subrogatum enim asse-
ruit in omnibus eius pristinam quali-
tatem l.si eum §.iniuriarum, vbi gloss.
dandanon est.ff.si quis caut.l.si dona-
re §.si sponsus,ff.de donat.inter virum
& vxor.
29 Ex quibus liquet satis errasse Do-
ctores illos, ac ciuitatis Consultores ;
qui in anno 1539. Ciuitati, & Regno
39 consuluerunt, vt preces porrigerent
Inuictissimo Carolo Quinto continen
tes, vt contractus initi cum emptori-
bus feudorum: aliique contractus in-
telligerentur secundum formam præ
dictarum concessionum authorum.&
Catholica sua Maiestas noluit preci-
bus annuere, sed solitum, ac consue-
tum obseruari mandauit: capitulo 22.
in Capitulis Neapolitanis concessis il-
lo anno 1539.fol.mihi 130.quę preces
necessariæ quippe non erant, postquā
ita iure cautum erat, vt ex prædictis
liquet.

QVÆSTIO VII.

31 QVÆRIT SEPTIMO Iser.
an emptores feudorum expedire
debeant inuestituram,& iurare fideli
tatem infra annum, sicut successores,
vel sufficiat expedire priuilegium as-
sensus super venditione illa? Dubitan
di ratio oriebatur ex text. isto ibi da-
tum,& l. Imperialem, §. præterea si
quis infeudatus.
32 Ergo iure isto necessaria sunt verba
illa inuestio te. In Regno isto cōcludit
Isern.quod non fit alia inuestitura per
hæc formalia verba, sed sufficit priui-
legium dationis, & concessionis feudi
33 & literæ exequutoriales, quando im-
mittitur in possessionem feudi, & iu-
rant vassalli, idem Isern.in capi. scien-
dum quibus mod.feud.consti. potest,
quæ procedunt, quando Rex, vel Pro-
rex feuda concedunt. idem in feudis
emptis cum Assensu Regis, in quibus
non est necessarium aliud fidelitatis
iuramentum, quod in illis feudis est
34 necessarium, quæ successione quæruntur,
tur,& consequenter ad petendum iu-
ramentum assecurationis vassallorum
a Rege de feudo, in quo Rex assensum
35 præstitit in emptione non limitatur
tempus anni & diei, quod datur ad pe
tendum inuestituram, & fidelitatem
præstandam. Ratio est illa vulgata,
36 quia Rex consentiendo videtur dona-
re l.lege obuenire de verborum signi.
quam propositionem latius explicat
Isern.in l.Regni cum circa Camer. in
l.Imperialem fol.43. lit. F. & V. Do-
minus Lanarius cons.fin. numero 16.
Camil.Salern.in consuet. si cui militi
versiculo decima sexta conclusio. fol.
37 312. hoc priuilegium assensus ortum
habens ab oraculo Regis, vel Proregis
successit in locum inuestituræ Iser. in
cap.primo, quibus mod. feud. constit.
potest.l.Regni dignum,& l.cum vni-
uersis Petr.de Greg. Sicul. in tractat.
de concess.feudi parte secunda, quæst.
quarta, numero secundo, allegat Gu-
gliel.Pernum consil.14. Vltra Marin.
Parid. de Put. Capic. & alios hic per

addi-

additionem Iser. allegatos, & Commentatores hic post Isern. inter quos Afflict. bene num. 8.

38 Hoc tamen assecurationis Iuramentum a vassallis Burgensibus non exigitur absque Regis mandato sub pœna publicationis bonorum l. Regni Comite, vel Barone, cuius materiam, ac plures quæstiones tangentes assecurationis iuramentum latius post Iser. exornat Marinus libro secũdo, de subfeud. authoritate quarta, per totam, plura quoque dicemus sequenti capitul. Interim videte Author. quẽdam, §. 29. Ardiz. capit. 44. & 45. eius summæ, vbi quærit de adulto Curatorem habente, an restituatur, & a quo tempore currat annus a die scientiæ, vel mortis, & aliqua alia quoque dubia soluit materiam tangentia.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus seruire potest per substitutum.*
2 *Infans, & pupillus fidelitatis iuramentum præstare non coguntur etiam per alium.*
3 *Minor ætas excusat a seruitio personali non reali.*
4 *Minor seruire poterit per substitutum si voluerit:*
5 *Minores, & inhabiles regulariter seruiunt per substitutos.*
6 *Balius eligitur per testatorem, & in defectum per Regiam Curiam de coniunctis magis idoneis.*

QVÆSTIO PRIMA.

7 *Feudatarius effectus Rex, Imperator, vel magnus Princeps, an Domino feudi seruire cogatur, vel sufficiat seruitium per substitutum.*
8 *Seruitium præstari debet secundum dignitatem dantis, & accipientis.*
9 *Rex feudatarius an teneatur assistere in exercitu Regis in feudantis consulendo.*
10 *Asinus auribus intumesceret, si sciret se per Comparem apprahendi.*

CAP. SI QVIS DECESSERIT.

1 PVPILLVS fidelitatem iurare non cogitur, nec de persona seruire; potest tamen per substitutum. hoc dicit continuatur text. iste ad præcedentem, vbi declaratum fuit, an in feudo nouo Impubes iurare teneatur fidelitatem, hic determinatur quod in feudo paterno, & antiquo. In text. ibi fidelitatem, idest iuramentum fidelitatis, vt in præcedenti capitulo explicauimus primo notabili.

2 Noto primo, quod infans, & pupillus fidelitatis iuramentum præstare non tenentur, nec etiam per alium, concordat text. præcedens, & capitul. primo, supra quo temp. miles: Isern. hic in principio, Afflict. & cæteri, Gloss. in l. secunda, §. primo, ff. de administ. ret. ad Ciuit. pertinen.

3 Secundo noto, quod minor ætas excusat a seruitio personali, non autem a reali, vt hic Afflict. quarto notab.

4 Tertio noto, quod minor hoc Iure feudorum licet seruire non teneatur, Volens tamen poterit per substitutum seruitium præstare, inde Gloss. hic colligit quod interdum quis non cogitur aliquid facere, volens tamen admittitur ad faciendum.

Gloss. prima loquitur extra mate-
riam tex. & commento non eget Glo.
vero secunda format quæstionem an
feudatarius possit seruire per substi-
tutum arguit hinc inde vt per eam. se-
quitur Beluis. hic eamdem quæstio-
nem latissime hic Afflict. numero 15.
examinauit, cui pauca essent adden-
da, quorum plura dixi in capitul. qui
clericus supra eodem, quæ repetitio-
ne non eget, notate tamen Isern. & a-
liorum dictum hic, quod hodie secun-
5 dum frequentiorem morem Curia-
rum minores seruiunt per substitu-
tos, vt dicit Gloss. & est regulare, in-
quit Isern. in omnibus inhabilibus, vt
seruiant per substitutos l. quisquis, &
l. ad similitudinem C. de Epis. & cler.
subdit Isern. quod imo simpliciter vi-

detur, vt seruitium possit per alium Domino acceptabilem præstari l. Imperialem, §. firmiter infra de prohib. feud. alien. per Federic. vbi latius; in Regno minores absque controuersia per substitutos seruiunt, quia Curia prouidet Balios Baronibus, & Comitibus pupillis, & tempore Iser. eadem curia certam partem fructuum sibi retinebat pro seruitio Baliatus tempore: sequitur Capic. in Inuestit. cap. feudatariorum Balij vers. administrant, sed errat, postquam bene Afflic. hic num. quinto, testatur suo tempore morem hunc ab aula recessisse, prout hodie absque dubitatione recessit, & fauore pupillaris ætatis hęc seruitij præstatio per substitutos admissa fuit, alias regula est contraria secundum quosdam, cap. primo, supra de feudo sine culpa non amit. §. est & alia supra, quæ sit prima cau. benef. amit. Aluaro. hic, num. secundo, & alij ad quos vos remitto vltra dicta per me in capit. qui clericus supra eod.

6 Hodie adest cap. Regni incip. Feudatarius decedens sub titu. de statuendo Balio vbi feudatarius moriens eligit Balium, & in eius defectum curia eligit magis idoneum de coniunctis, qui Balius tenetur conficere Inuentarium, & vt suspectus poterit etiam reuocari Bald. consil. 18. posito pro constanti libro quinto, Isern. in constitut. minoribus Camil. Saler. ad consuet. si cui militi versic. vigesima nona conclusio.

Qvæstio Prima.

7 QVÆRO cum Isern. hic in versic. idem si dignitas accresceret. vtrum feudatarius effectus Rex Imperator, vel magnus supremus Princeps teneatur Domino feudi seruitiũ præstare vel sufficiat seruitium per substitutum? Isern. hic post Andiz. articulum ad partes disputat distinguens. Primo an obligauerit se ante dignitatem, vel post. Primo casu seruiet per substitutum, concordat Bald. de milite vassal. qui arma belli. depos. post numerum quartum, argumento l. fina. post princip. de condi. Instit. Secundo casu sibi imputet.

Cæterum quia paria sunt ab initio talem sine dedecore non posse, vel ex post facto l. secunda, §. & generaliter de doli exceptio. l. tertia, §. is, qui de liber. homi. exhibendo, l. iuri sgentium, §. siue de pactis. propterea Isern. recedendo a distinctione concludit, quod si dominus consuetum seruitium habere non potest, cum sit indecens vassallo, commutabitur, & reuelabitur Dominus in hoc, vt ipse eligat commutationem in aliud, & sic seruiet per substitutum argumento, l. eum qui de iureiuran.

8 Vnde si vnus Rex liber ab alio Rege libero feudum tenent, vel accipiat, quicquid conueniat de seruitio illud fiet, quod vtriusque dignitati conuenit, sicut si post acceptum feudum ad hanc dignitatem peruenisset, & mutabitur in aliud seruitium eiusdem generis, quod vtriusque statum non dedeceat. Semper etenim inest, quod ius intelligit, quicquid promittatur, l. cum quid, si certum petat. l. sicui de seruit. l. quamquam de ritu nuptiarum vt præstetur scilicet pro dignitate vtriusque, l. hæ demum in fine de procurator. l. interdum in fine, ff. de operi libert.

9 Sed si Rex infeudans diceret Regi infeudato, nolo, vt seruias mihi in promisso seruitio, quia te non decet, volo tamen, vt mecum moreris in exercitu meo consulendo, aliaque faciendo, quæ te non dedecant, hoc dicere potest si dignitas feudatarij non læditur ex dictis per Isern. in l. Imperialem, §. firmiter infra de prohib. alien. per Feder. post summam,

10 Asinus auribus intumesceret, si sciret se per comparem apprehendi, l. hæres per seruum, ff. de acquir. hæredita. idem Iser. infra in repet. Authen. habita, num. 14. hoc adagium ab experientia sumptum fuit, quia si Asinus ligatur in cauda equi, ambulat libenter, si vero in cauda alterius Asini non incedit sic libenter, quia videt se per comparem comprehendi, sic non expedit vnum Regem liberum seruire alteri Regi libero, nisi conuentiones legitimę aliud non inhonestum continerent, tunc contra-

ctus

ctus pro lege seruabitur, l. prima, §. si conueniat depositi, l. contractus de reg. iur. Item. doctrina communiter ab omnibus hic recipitur, Iacobinus verbo; qui quidem inuestiti, numero 67. Alnato §. fin. num. nono, quid sit inuestit. Ioannes Rainald. in dicta l. Imperialem, 3. firmiter. numero 54. Marin. quinta author. num. septimo, Moderni ad consuetudem Neapolis si cui militi versicu. vigesima septima conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Tex. iste loquitur de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo.*
2 *Agnatus proximior reuocat alienationem feudi ex pacto antiqui, pretio non restituto mortuo concedente. filii vero etiam in vita alienantis restituto pretio, nisi per annum taceant.*
3 *Agnati in quo differant a filijs feudatarij.*
4 *Venditio feudi facta primogenito, vel alio proxime successuro, & qualiter alius contractus resoluitur in vim refutationis.*
5 *Refutatio quæ fit domino dicitur restitutio quædam non habens elegans nomen contractus.*
6 *Demanium non competit vassallis, quando venditur feudum proximè successuro etiam pretio mediante, & ita decisum per Regiam Cameram.*
7 *Agnatus si patitur alium remotiorem inuestiri de feudo ex pacto antiquo, & sciens per annum non reuocat sibi præiudicat.*
8 *Inuestitura infra annum peti debet.*
9 *Silentium anni vim refutationis habet.*
10 *Præscriptio annalis tria copulatiuè requirit.*
11 *Præscriptio annalis currit nedum contra agnatum proximiorem, sed etiam contra filium primogenitum, qui patitur secundogenitos inuestiri.*
12 *Præscriptio annalis idem operatur in casu suo, quod tricenalis taciturnitas, quando alienatur in extraneum.*
13 *Præscriptio annalis non procedit, quando extraneo feudum ex pacto alienatur.*
14 *Tex. iste non procedit in feudo hereditario.*
15 *Præscriptio hæc annalis an currat contra minorem.*

QVÆSTIO PRIMA.

16 *Feudatarius succedens in feudo hæreditario præter, vel contra feudatarij defuncti voluntatem qui alium remotiorem in gradu agnatum, vel filium instituerit, an teneatur feudatarij mortui gesta absque assensu directi domini inter viuos, vel in vltima voluntate habere rata?*
17 *Iacobi de Beluisio doctrina exactissimè discutitur, & an procedat in feudo hæreditario.*
18 *Doctores accuratè coaceruantur tenentes verba Iacobi de Beluis. procedere solum in feudo ex pacto, item aduersariæ tenentes intelligi etiam in feudo hæreditario, num. 19.*
20 *Filius an possit habere feudum ex pacto extra qualitatem hæreditariam.*
21 *Feudum hæreditarium haberi non potest extra qualitatem hæreditariam, & nume. 24.*
22 *Feudatarius alium instituere non potest heredem nisi vocatum ex lege feudi, & inuestituræ.*
23 *Feudatarius instituendo hæredem vniuersalem in allodio, & particularem in feudo fraudat creditores, & quomodo.*
25 *Inuestitura dat formam, & immutabilem naturam feudis.*
26 *Hæres in feudis hæreditarijs debet habere qualitatem hæreditariam, & sanguinis concursum.*
27 *Tex. in cap. 1. de success. feu. explanatur. & nu. 48.*
28 *Succedens in dimidia bonorum vigore consuetudinis Neap. iure hæreditario vniuersali vtitur. & nu. 49.*
29 *Feudatarius non decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus. & nu. 51.*
30 *Successor ex lege inuestituræ non institutus poterit habere feuda licet non sit hæres.*
31 *Lex feudalis certas vocat personas non omnes ad successionem.*
32 *Successor in feudis habet quodammodo ius ex se ipso beneficio legis.*
33 *Filius cogitur esse hæres in feudo hæreditario quando hæreditatem habere potest, & per ipsum non stat.*
34 *Filius vel agnatus immediatus succes-*

sor non institutus in feudo hereditario habebit feudum contra defuncti voluntatem, & absque hereditate.

35 *Agnatus non institutus in feudo hereditario venit iure successorio feudorum.*

36 *Successor in feudo hereditario vt teneatur, debet esse heres institutus, & adire hereditatem.*

37 *Testatur non potest alium instituere nisi a lege vocatum in feudis, etsi non instituit sufficit, quòd sit hæres sanguinis, & per eum non steterit.*

38 *Text. in l. cum à matre C. de rei vendic. explanatur.*

39 *Filius præteritus fideicommisso grauari non potest.*

40 *Filius exhæredatus cui non iudicio testatoris hereditas prouenit ad legata non tenetur.*

41 *Iacobi de Beluisio doctrina eiusque rationes procedunt etiam in feudo hereditario & quomodo, num. 43.*

42 *Succedens in feudis hereditarijs contra defuncti voluntatem, etsi non teneatur ad onera testametaria, tenetur, tamen in subsidium etiam ad debita personalia per defunctum in vita absque fraude contracta.*

44 *Successor in feudo vt possit in testamento grauari, debet esse heres, & institutus a testatore.*

45 *Institutus in feudis absque assensu, debet esse proximè successurus.*

46 *Successor immediatus in feudis si non instituitur in testamento absque assensu habebit feudum à lege Francorum, vbi ita viuitur, vel à lege feudorum, & dicitur hæres anomalus.*

47 *Inuestitura dat feudis naturam, & requirit sanguinis, & hereditaria qualitatis concursum, ac institutionem.*

49 *Agnati in dimidia bonorum antiquorū vigore consuetudinis Neap. succedunt titulo hereditario vniuersali non tamen tenētur totaliter esse heredes in dispositione testamentaria, sed ratificare gesta in vita non in fraudem.*

50 *Bona debita vigore consuetudinis à lege potius, quàm à testatore perueniunt.*

QVÆSTIO SECVNDA.

51 *Filiorum appellatione in materia istius tex. an ueniant nepotes, qui in vita patris, & aui an possint soluto pretio feudum ex pacto recuperare.*

53 *Homini libero administratio rerum suarum interdicenda non est.*

54 *Tex. iste vbi seruatur. & nu. 66.*

55 *Filiorum appellatione in feudalibus non comprehenduntur nepotes secundum opinionem non receptam, & numero 56. & 67.*

57 *Constitutio sancimus de iure prothomiseos an locum habeat in feudis.*

58 *Feudum ex pacto concessum dicitur per ordinem.*

59 *Vassallus non potest feudum ex pacto alienare, nec pati vt in agnatorum præiudicium præscribatur.*

60 *Præscriptio in feudis ex pacto an obstet non natis.*

61 *Pater non præiudicat filio non hæredi in alienatione feudi ex pacto.*

62 *Præscriptiones contra negligentes sunt inducte non contra alios.*

63 *Exceptio rei iudicatæ obstat his, inter quos est contentio.*

64 *Agnati mortuo feudatario per ordinem vendicant feudum ex pacto.*

65 *Feudatarius in feudo ex pacto non habet liberum dominium, seu administrationem.*

68 *Concessio feudi non est simpliciter contractus, sed gratia, & beneficium.*

69 *Filij nomen in §. & quia vidimus prima rubrica feudorum positum est ad decisionem priuilegij. ideo nepotes non comprehendit.*

70 *Proximiore excluso, alius subintrat in locum suum.*

71 *Successorium edictum habet locum in hoc tex.*

72 *Agnati nati, & nasciturì vocantur in feudo ex pacto ex forma inuestiture.*

73 *Tempus istius tex. statutum ad reuocandum an currat nasciturìs.*

QVÆSTIO TERTIA.

74 *Tex. iste an procedat in feudo ex pacto nouo.*

75 *Feudum ex pacto nouum vendi potest absque consensu filij, vel agnatorum.*

76 *Feudum ex pacto nouum est ad instar feudi hereditarij.*

77 *Consensus filij, vel agnatorum tacitus in materia istius tex. an sufficiat.*

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA.

70 *Agnati sagaces esse debent ne patiantur labi tempus anni.*

CAP. TITIVS.

1 
SVBTILIS est materia istius text. in Regno tamen parum frequens ex quo loquitur de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, vt hic Isern. Afflict. Præpos. Beluis. cæterique testantur, Idem Iser. in capitul. præterea de capitulis Corradi numero sexto, in fine, & alibi Moderni Addentes ad Iser. hic in prima addit. versic. quinto præmitte Roland. consil. 57. numero 76. libro tertio, vbi communem testatur Nicol. Intrigl. de feud. centur. secunda, artic. 32. numero 47. & per totam materiam exornat Gozad. consil. nono, numero 57. in Regno, vt plurimum feuda sunt hæreditaria, & consequenter istius capit. materia in palatijs ita frequentius non est in vsu, ex pedit igitur pauca quædam tangere, quæ feuda, ex pacto, & prouidentia antiqua concernunt, & ad frequentiorum dubiorum feudalium explanationem deuenire.

Tex. iste vsque ad capit. si facta continet tres casus, siue duos casus cum vna limitatione ad omnes duos casus. Primus est vsque ad versic. quod si Titius. Secundus vsque ad versic. quod si consentit. Deinde sequitur limitatio, hoc dicit in summa, Agnatus proximior reuocat alienationem feudi ex
2 pacto, & prouidentia antiqui statim mortuo concedente nullo restituto precio, filij vero reuocant etiam in vita concedentis restituto precio, nisi alienationi assensum præstitissent, vel per annum a die scientiæ tacuissent. In positione casus in qualiber parte tex. sequimur nos Iser. & Afflict. magis communiter receptos, ex quorum figuratione cessant omnia contraria, vt per eos, quos breuitatis causa non transcribo.

3 Et hæc est differentia inter Agnatos, & filium feudatarij, quando venditur feudum ex pacto cum assensu Domini, Agnati enim post mortem tantum vendentis reuocant non in vita, filius vero etiam in vita restituto precio, & hunc esse verum intellectum istius tex. testatur Cumia. in capitul. si aliquem vers. antiquis numero 364. & sequent. post Mandell. Alben. consil. 76. in principio, & alios, quos ipse allegat quicquid inopinatè dixerit Tiraquell. & quidam alij, viuo enim alienante possidebit acceptor argumento l. Statius Florus §. Cornelio Felici de iure fisci Feder. Schench. post Iser. in §. hoc quoque numero nono, de suc cess. feu. & fuit originalis sensus Iser. hic in versicu. hoc ergo nouum Surd. consil. 153. num. 2.

4 Iacob. Cuiac. legendo tex. istum libro quarto, capit. 14. & libro secundo, capit. quarto, colum. secunda, circa finem fol. mihi 82. figurat casum in venditione facta agnato remotiori non proximè successuro, subdens, quod si proximiori vendidisset, venditio haberetur pro refutatione: & idem dicit libro quarto, capit. 45. vbi exponit tex. hoc probantem in capit. primo, in fine infra de alien. feu. pater ibi, etsi libellum, vnus alteri fecerit de feudo paterno non est libellus, sed quasi refutatio, & ibi Iser. cæterique feudistæ, quod venditio proxime successuro non est venditio, siue libellus, sed refutatio, quæ necesse est vt cadat in speciale nomen contractus, sed refuta-
5 tio, quæ fit Domino, est restitutio quędam, & non habet elegans nomen contractus, alias illa non valeret, quia concessio rei non potest fieri sine titulo Iser. in §. etsi libellus de alien. feud. pater. numero octauo, versic. sed hic l. traditionibus C. de pactis l. per diuersos C. manda. Nicol. Intrigliol. de feu. quæstione 51. numero 173. & quæstione 15. numero 14. post Michaelem Grassum libr. secundo, commu. opin. verficu. feudum quæstione tertia, qui de communi testatur. Siluan. tractat. de recognit. feud. quæstione tertia, numero septimo, & quæstione 110. numero 24. Caccialup. de feud. art. quin-

ro,numero quinto. Hannetto.de feu.
capitul.secundo, colum.secunda,Ce-
phal.consil.549. numero43. Menoc.
202.numero43. Rimin. Iun.18. nu-
mero 36.libro primo,Bursat.160. nu-
mero 31. libro secundo, & alij citati
per Intriglio.dict. quæstione 15.in fi.
Et vtrum in refutatione necesse sit di
cere, vendo, aut dono, Frecc. lib. ter-
tio, 26.different. de Marin.in tractat.
de feudis titul.secundo, numero 124.
Dominus Fab. de Anna singul. 103.
post eius Genitorem in rubric.de vas-
sall. decrepit.ætat. numero 292.& se-
6 quent. & secundum has veras regulas
in Camera indicatum fuit contra vas-
sallos petentes demanium ex causa
venditionis factæ precio mediante
primogenito, hæcenim venditio non
est verè, & propriè venditio sed refu-
tatio potius,& consequenter vassalli a
petito demanio fuere exclusi in cau-
sa vniuersitatis Molæ, vt alibi dixi-
mus.

Idem articulus decidendus erit in
Sacro Concilio inter fratres de Pisa-
nello filios Domini Claudij prætten-
dentes precij feudi noui partes non
obstante venditione primogenito per
Claudium patrem facta, quæ vendi-
tio refutatio potius iudicatur, & con-
sequenter secundogenitis illius feudi
nouiter per patrem empti,& demum
refutati pars precij competit, quæstio
hæc transactione demum terminata
fuit.

7 Notò primo ex text. quod Agnatus
proxime successurus in feudo ex pa-
cto & prouidentia antiquo, qui pati-
tur alium remotiorem agnatum de
feudo inuestiri, vel eidem feudum
vendi, & sciens per annum refutatio-
nem,vel alienationem,non reuocauit
sibi præiudicat quo elapso non datur
amplius reuocatio, Ratio decisionis
8 istius text. est, quia inuestitura feudi
infra annum peti debet l.Imperialem
§.præterea infra de prohib. feu. alien.
per Feder.capit.primo,de capitu. Cor
radi, ergò lapsus anni operatur vt a-
gnatus non sit amplius audiendus
Bald. Aluaro. Laudens.& post eos Ti-
raquell.in primo retract.§.primo glo.
ro. numero octauo, vbi hanc mate-
riam exornat Nicol.Intrigl.centur.2.
artic.32.latè Menoch.consil.55.num.
26.Iacob.Mandel.consil. 76. Camer.
in l.Imperialem,folio 33. litera O,&
9 hoc annale silentium vim refutatio-
nis habet Præposit.hic Cumia. versic.
antiquis,nume. 356. ad inducendam
hanc annalem præscriptionem tria re
10 quiruntur,inquit hic Glos.scientia:an
ni transcursio:& agnatio illius qui pos
sidet,quia proximior agnatus consen-
tire videtur alienationi, vel refutatio-
ni factæ remotiori agnato suo dum il-
lam non reuocat Bal.in fine hic, sequi
tur Gloss.& communiter omnes Dec.
consilio 389. visa longa serie numero
octauo,Castren.consil.195. Quæstio
ista vertitur colum. secunda, conclu-
dens, quod si ille, qui debuit inuestiri
expressè consentit, quod remotior in-
uestiatur, statim sibi præiudicat l. si-
cut §.si voluntate ff. quib. mod. pign.
vel hipo.soluit.l.mater.§.si autem po-
stea C.de rei vendic.idem si tacitè per
tex. istum,& consanguinitas hoc ope
ratur argumento l. procula de probat.
subdit hic Isern.in versic.quod si con-
sentit, cæterique post eum, quod hæc
annalis præscriptio currit ne dum con
11 tra agnatum proximiorem, sed etiam
contra filium,& etiam contra primo-
genitum, qui patitur secundogenitos
inuestiri de feudo antiquo ex pacto
sibi tangente. Idem Isern.loquitur de
hac annali præscriptione, & huic loco
se remittit in capit.primo,§.fina. si de
inuestit. int. dom. & uassall. oriatur
ubi Gloss. hic se remittit, Dominus
Ioannes Antonius Lanar.consil.69.
numero nono,& 10.subdens post Af-
flict. hic quod idem operatur taciturn-
12 nitas annalis agnati proximioris,quã-
do alienatur feudum in Agnatum re-
motiorem, quod operatur taciturni-
tas triginta annorum, quando aliena-
tur in extraneum,ante Lanarium Pur
purat.consil.577.numero 14.ultra al-
legatos per Addent.ad Isern.hic vers.
per annum: Dominus de Anna in ru-
bric. de vassall.decrep. ætat. numero
331.Gozad.consil.71.numero secun-
do, & infra dicemus, Gloss. hic pul-
chram format dubitationem, utrum
13 annalis hæc præscriptio procedat etiã

quando

quando extraneo fit alienatio, uel infeudatio? concludens, quod non, sed triennalis requiritur ex regula l. sicut C. de præscript. triginta annorum Gl. sequuntur Iser. Bal. & plures alij hic, idem consi. 16. facti euidentia colum. prima, libro primo, Castren. cons. 84. colum. secunda, libro secundo, Alex. in l. si mihi, & Titio colum. fin. numero 21. uersic. item limita de uerb. oblig. post Roman. quem refert consilio 22. & 70. de communi testatur Iason. consil. 159. super facto in fin. libro secundo, Ruin. Balb. Brun. & alij, quos acuratè allegat Tiraquel. de retract. §. 1. Gloss. 10. nume. 9. qui de communi quoque testatur, quicquid Bald. sibi contrarius, & aliqui alij dixerint: eandem veram, & communem opinion. nouissimè sequuntur Purpurat. consi. 577. numero 14. Dominus Lanar. consilio 69. numero 11. Rodulph. Schraderi in tracta. de feud. par. prima quęstio. quinta, nume. 24. & 25. Rubeus Alexandri. consil. 84. nume. 6. Cumia. in ver. antiquis, numero 450. qui de communi testatur, & alios congerit Paris. consil. 27. num. 91. libro primo, innumeros congerit Nicol. Intrigl. centur. 2. de feud. artic. 32. numero 32. vbi materia istius cap. latissimè explicatur Surd. plura, consi. 153. Ozasc. decisio. 161. Thesau. latè decisio. 99. vbi numero primo, alios cumulat ad probandum
14 dum tex. hunc non procedere in feudo hæreditario, sed in feudo duntaxat ex pacto, quæ conclusio verissima est.

Limitat Rodulph. conclusionem istius text. præscriptionis annalis vt
15 non procedat contra minorem 25. annis, & in Regno decem & octo per l. Regni, minorum iura, ea ratione quia iure communi cautum est, vt nulla præscriptio contra minorem currat ratione specialis priuilegij ætati indulti, l. fin. C. in quib. cau. in integr. resti. non est necessaria. hæc opinio plures habet concordes, & contrarios, qui putant currere contra minorem præscriptionem, sed illos infrà quadriennium restitui, quam disceptationem nunc silentio pertransimus. Ciuilistę videant in locis vulgatis, plura dixi in allegationibus iam impressis pro Illustrissimo Principe Asculi contra Don Martinum de Leyua super petitione extimationis legati secundarum causarum status, quę in anno 1597. vnitis supremis omnib. huius Regni Tribunalibus coram Excellentissimo Prorege tractata fuit, & in ea prima vice decē, & octo iudices fuerunt in paritate votorū, pendet hucusque illius decisio. illas inserui supra in cap. omnes filij.

Quæstio Prima.

CÆTERVM antequam vlterius progrediamur discutienda erit vetus illa Doctorum contentio sumpta ex verbis Iacobi de Beluis. hic in fine, & in cap. vnico infra, an agnatus vel filius defuncti, &c. versi. quod
16 dixi de filio, & cęt. vtrum feudatarius succedens in feudo hæreditario præter, vel contra feudatarij mortui voluntatem, qui alium remotiorem in gradu filium, vel agnatum instituerat, teneatur feudatarij mortui gesta tam inter viuos, quam in voluntate rata habere?

Iacob. Beluis. hic in fine, & clarius in dicto cap. an agnatus fuit in opinio
17 ne, quod non, his verbis, quod dixi de filio, quod non licet repudiare hæreditatem, intellige quando filius potest hæreditatem patris habere, quia pater instituit eum in testamento, vel quia pater mortuus est intestatus, Si verò non potest hęreditatem habere tanquam hæres, quia alius institutus est hæres, & pater filio reliquit legitimam portionem iure institutionis, tunc filius poterit feudum acquirere licet non sit hæres, nec tenebitur debitum soluere, vt ff. ad Trebellia. l. siquis prior vbi de hoc, & C. de hæredi. Instit. l. quoties, & ff. de hæredi. insti. l. prima, §. si ex fundo, & Authent. vt cum de Appella. cognos. §. aliud, & §. siuè, & de hoc etiam dic, vt notaui supra si de feu. fue. controu. capit. Titius filios: hactenus Beluis. ex cuius dictis contentio magna inter nostros ortum habuit, an doctrina hæc procedat, nedum in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, sed etiam in feudo

ex

ex pacto,& prouidentia hæreditario.
18 Addentes ad Decium, consil. 208. versic. admittuntur, fuerunt In ea opinione, vt doctrina Iacobi de Beluis. procedat in feudo ex pacto, & prouidentia,& non in feudo hæreditario. sequitur Ioseph. Cumia in prælud. cap. si aliquem, numero 306. & aliqui pauci relati per Dom. de Franch. in sua prima decisio. numero 16. ad 27. vbi latissimè pro hac pugnat opinione, cui sed subscripsit Do. Regens de Ponte consilio suo 13. vbi num. 19. 25. & 26. decisiones refert pro hac opinione alias editas. & consilio 52.

19 Communis tamen,& verior opinio est, vt doctrina Iacobi de Beluisio eiusque rationes procedat etiam in feudo hæreditario, in quo si legitimus successor non instituitur, sed alius a lege francorum, & inuestituræ non vocatus, tunc immediatus successor vocatus a lege non tenebitur habere rata feudatarij mortui in testamento gesta. sequitur Bald. in dicto cap. primo, an agnatus, colum. quarta, versic. Iacobus autem de Beluis. vbi Afflict. post Aluar. numero nono, versic. idem dicendum Glos. notab. in l. Regni, vt de successionibus versic. ex vtroque parente. Lauden. Præpos. Aluarot. hic post Iacob. de Ardiz. Bald. in l. tertia, numero tertio, versic. opinio ergo, C. de fideicommis. Dec. consilio 208. in fi. Gugliel. Pern. consil. sexto, numero 30. & notab. quarto inter consil. feudalia, num. 12. & sequen. Marin. Frec. in tertio libro de subfeu. differentia decima inter feuda ex pacto ab hæreditarijs circa finem versicu. Quid enim si alium instituisset, allegat Alexand. consilio 8. libro tertio, Albert. Brun. consil. 18. num. 13. Capic. decisio. 64. numero secundo, & 199. nume. secundo, & seq. idem in feudali inuestitura versic. hæreditarium, conclus. quarta. & in cap. feudorum exequutiones versiculo successor in secund. limit. Minad. consil. 10. numero 21. dicit, quod si hæreditas sine assensu est alteri delata ex testamento potest hoc casu peti feudum hæreditarium absque hæreditate, quia ita demum filius, vel agnatus cogitur, hæres esse, quando potest habere hæreditatem, nec stat per ipsum Afflict. decisio. 385. numero quarto, versicu. nec obstat, Iacobin. in feudali inuestitura versic. itaque ipsi inuestiti in quart. limit. colum. prima, Curt. in tract. feudorum in tertia quæstio. in fi. Afflict. in constit. si quis post litem, numero vndecimo, & decisio. 385. numero 5. Atius Pinek in l. secunda, C. de bonis mater. numero 10. Roland. consil. 57. numero 77. libro tertio. Naita in cap. quamuis de pactis in sexto, num. colum. 50. versic. septimo quæro. Zancus in l. hæredes mei, §. cum ita in 4. part. numero 437. Dominus Ioã. Vincentius. Anna allegat. 126. nume. 14. & ibi Adden. & in repetit. l. regni constitutionem diuæ memoriæ, numero 169. ad 173. ita iudicatum refert Siluan. consil. 52. num. 15. versic. non obstat.
20 idem Fabius Anna in aliis additionibus, numero 186. refert plures nostræ ætatis iureconsultos grauissimos hanc opinionem tenuisse, vltra Ruin. consilio 17. num. 11. libro primo. Parid. de reintegr. feudor. in capit. incip. an si quis stipuletur, colum. prima, versic. & Baldus, ac Ias. quos allegat Do. de Franch. prædicta decisio. prima, numero 17. quib. addo Franciscum Aretin. consil. 14. num. 14. versic. præterea quando pater, qui testatur hanc opin. esse magis conformem iuribus feudorum, & magis communem, Cur. Iun.
21 consilio 138. numero 25. versicu. & si quipiam post eos sequitur Paris. consilio 23. num. 185. Federic. Schench. in commentarijs feudorum par. 9. numero 165. fol. mihi 38. a ter. Roland. fissè, consil. 53. num. 15. & sequen. lib.
22 3. qui allegat Riminald. consi. 267. nu. 23. & Campeg. in tract. dotis. quæst. idem Rolan. consil. 90. num. 46. libro quarto, qui testatur feudistas communiter hoc tenere ante eum Ioan. Cæsal. consil. 301. nume. 139. libro tertio, Ioannes Bapt. Ferret. optime consil. 178. numero septimo & octauo, versi. secundo, principaliter Hippolit. Rim. consil. 82. numero 12. etiam in emphyteosi procedere dicit Couar. libro secundo, variar. resolut. capi. 18. colum. quinta, post numerum tertium in fine versic. feudum ex sua natura. & nouissime

fime

sime pro hac vera, & communi opinione pugnauit Doctissimus Ioannes Pet. Surd. consil. quinto, numero 9. & seq. & num. 49. versic. nec repugnat, qui, numero decimo. in fi. testatur hanc esse communem, & sequendam sententiam quamuis alii contrariam tueantur, ante eum Paris. consi. 65. numero 34. libro tertio, Loffred. consil. primo num. 16. cuius formalia uerba in sexto argumento pro hac opinione firmando transcribam.

Eorum opinio, qui tenent Iacobi de Beluis. doctrinam procedere tantum in feudo ex pacto, Suadetur

Primo, quia facta est ad limitationem regulæ præcedentis, quæ est,
20 quod filius non potest habere feudum ex pacto nisi sit hæres patris, limitat Iacob. nisi filius non posset esse hæres, quia pater noluit sed instituit in legitima, vel in alia re certa, tantò magis quia Belusius ad dicta per ipsum hic se remittit vbi de feudo ex pacto loquitur.

Secundo argumentatur dicentes, quod decisio Iacob. de Beluisio si pro-
21 cederet in feudo hæreditario esset indubitabilis, quia feudum hæreditarium nemo habere potest nisi sit hæres in ipso feudo Isern. in capi. primo, §. quid ergo in fine de inuestit. de re alie. facta, & in §. etsi libellum versic. sed quid si acquisiuit de alienat. feudi pater. Loffred. consil. primo, numero 118. Camer. in l. Imperialem, fol. 20. litera B. & fol. 26. quarta colum. versic. secundo, respondeo, & fol. 96. tertia colum. lit. L, & fol. seq. lit. P.

Tertio intelligendo Beluisium in feudo hæreditario esset in potestate feudatarij mutare feudi hæreditarij naturam, quòd feudum habet onus annexum
22 nexum satisfaciendi creditoribus, seu legatarijs, idque fit alium instituendo hæredem quam eum, cui feudum spectat, quo casu feudum deueniret ad successorem ab intestato, consequens est absurdum, Iser. in capit. sancimus, quo tempor. miles Loffred. consil. primo, numero 205. versicu. nec sine feudatarij voluntate consil. 3. & alij passim, ergo & antecedens.

Quarto sequeretur alterum absurdum ponderatum à Capicio decisione 199. in fine D. de Franch. prædicta decisio. 1. numero 26. & alijs, quia pos-
23 set testator alium instituere hæredem in allodio vniuersalem, qui adeundo hæreditatem cum inuentario non tenetur insolidum l. fin. C. de iure deliberan. & in allodio nil remanet, vbi creditoribus satisfiet, & hæres in feudo haberet illud præcipuum, & sic fraudarentur creditores, & hoc est potissimum huius opinionis argumentum quod vere vrget, & roborari potest l. fin. ff. si quid in fraud. patro. & l. fin. §. penult. iuncta l. ait prætor, ff. quę in fraudem creditorum, & l. secunda, C. si quid in fraudem patroni, & l. fin. C. quæ in fraudem creditor. Alexand. consilio 55. libro primo Francis. de Amic. nullam Capic. mentionem fecit, folio 9. numero primo, & secundo, Sonsbecius in tracta. de feudis par. 9. numero 165. in fine. Item in feudo
24 hæreditario nemo succedit, nisi sit hæres, & tenetur etiam vltra vires si non conficit inuentarium Iser. & alij in capitulo primo, an agnatus, & in cap. primo, numero septimo, de successio. feudi.

25 Quinto inuestitura dat feudis veram, & immutabilem naturam Bald. in capitulo primo, de duobus fratr. &
26 in prælud. 4. diuis. numero 46. & 47. Inuestitura requirit nedum concursum sanguinis, sed etiam qualitatis hæreditariæ, ergo cum qualitate hæreditaria successor venire debet, & dicitur hæres constitutus originaliter a prima concessione nulla ordinatione defun-
27 cti manente, ita intelligendo tex. in capitulo primo, de successio. feudi, prout aliqui intelligunt Illustrissimus D. de Ponte sic argumentatur, consilio 13. numero 12. 13. & seq. vbi aliqua alia considerat.

Sexto probatur à simili, quia succedentes contra dispositionem testato-
28 ris in dimidia bonorum antiquorum vigore Neapolitanæ consuetudinis ad huc in dimidia dicunt esse heredes Napod. in consuetud. etsi testator ver. disponat, numero 13. Minad. constitu. in aliquibus quarto notab. numero 15. De Franch. decisio. 159. Item pro hac opin.

opin. ponderari potest rex. in l. fami-
liaria cum sequen. in versic. liberti au-
tem, ff. de relig. & sumptib. funerum
æquiparando feudatarios liberris, qui-
bus ius sepeliendi in hæreditaria se-
pultura non datur, nisi hæredes sint,
filijs tamen etiam exhæredatis conce-
ditur ius sepeliendi in hæreditario se-
pulcro, & hoc contrariam coadiuuat
opin. vt infra dicemus. Item feuda-
tarius decederet pro parte testatus, &
29 intestatus, quod est absurdum.

Cæterum pro communi opin. addu
cuntur. Primo ratio satis efficax, quia
postquam feudatarius illum dedigna-
30 tus fuit instituere hæredem cui feudo
rum successio de iure, & ex lege inue-
stituræ competebat, poterit habere
feuda licet non sit hæres, Item Glo.
in dicta l. Regni, vt de successionib. in
versic. ex vtroque parente, benè argu-
mentatur, quòd lex feudorum, & præ
31 sertim lex Regni vt de successionibus
certas vocat personas ad feudorum
successionem aliis exclusis, Ergo alię
personæ in feudo ipso institui non pos
sunt, sed illę tantum à lege vocatæ, &
non aliæ argumento text. notabilis in
l. si quis, C. de incest. nupt. ibi sed siue
testato, siue intestato &c. certe enim
illæ personæ in eo tex. vocatę succede
re debent siue testatus, siue intestatus
decedat defunctus, hæ etenim perso-
næ ad feudorum successionem enume
ratę à seipsis potius habent beneficio
32 legis, & non potest eisdem adimi, si-
cut dicimus de quarta in qua grauari
non potest pupillus, & debetur bene-
ficio diui Pij l. si arrogator. ff. de ado-
ptio. argumen. l. sed si in conditione,
§. vltimo, ff. de hæredibus instituen.
Item feudatarij habēt feuda quasi ære
alieno debita videlicet his personis, er
go ab eis auferri non possunt, argu-
mento, l. pater cum ibi nota. ad l. Fal-
cid. Item si cæteræ personæ à lege non
vocatę institui possent, fraus esset aper
ta, & nunquam feudum ad dictas per-
sonas, vel ad fiscū in earum defectum
peruenirer, & fraudib. obuiandum est
l. in fundo ff. de rei vendic. Item hære-
ditas sine assensu ex testamento po-
test cuicunque deferri, ergo eo casu
peti poterit hæreditarium feudum a
persona ab ipsa lege vocata absque hæ
reditate non dicam absque hæredita-
ria qualitate ne mutetur feudi natura,
quia ita demum filius cogitur hæres
esse, vel agnatus, quando hęreditatem
33 habere potest, nec stat per ipsum, post
alios considerat Minad. loco citato, &
Pern. notab. quarto, numero 14. eo ca
su filius, vel agnatus habet feudum,
quod est sui natura hæreditarium, sed
34 contra voluntatem defuncti, & abs-
que hæreditate, & consequenter ge-
sta per defunctum in hoc testamento
a quo lucrum non capit, ratificare non
cogitur, sed cætera in vita gesta sic,
ad euitandum fraudes vt infra ad re-
sponsionem quarti argumenti fraudis
latius dicemus. Rursus quamuis feu-
35 dum sit de hæreditate defuncti, ta-
men agnatus non institutus non ve-
nit, vt hæres, sed iure successorio feu-
dorum secundum Bal. in capit. primo,
an agnatus, Pernum nota. quarto, nu-
mero 16.

Quarto pro hac opin. pondero tex.
in l. familiaria cum sequent. ff. de re-
ligios. & sumpt. funer. vbi in hæredi-
tario sepulchro concessio pro se, & hæ-
redibus suis, liberi etiam exhæredati
habent ius sepeliendi, secus tamen
erit in liberris, & sic in extraneis, qui
nisi sint hæredes sepeliri non pote-
runt.

Quinto adducitur Gloss. in l. Re-
gni, constitutionem diuæ memoriæ
vetl. super feudis circa fin. ibi tamen
pro eo, qui est hæres defuncti, & adi-
uit hæreditatem eius, &c. ex quibus
36 verbis colligitur, quod, vt teneatur
successor hæres in feudo hæreditario
debet esse hæres institutus, & adire
hæreditatem, idem dicit Isct. in §. do-
nare colum. quinta, qualit. olim potet.
feu. alien. ibi, at si feudum esset hære-
ditariū, & in eo filius esset hæres, &c.
idem Isern. in capit. primo, §. hoc quo-
que de success. feudi, & in leg. Regni
post litem colum. fin. quos locos con-
gerit Anna dict. l. Regni constitutio-
nem numero 169. adducens deciden-
di rationem, quia filius in feudo ex pa
cto non potest patris hæreditatem re-
pudiare, ita pater in feudo hæredita-
rio non potest alterum instituere, nisi
a lege

a lege vocatum, etsi non instituit, vt
sit hæres sanguinis & per eum non ste
terit, & sic feudũ obtinebit, ita Pern.
citatò consi. sexto, numero 30. & quar
to notab. numero 14. & alij supra cu-
mulati.

Sexto probatur notabili doctrina
Pauli Castrensis consil. 448. incipien-
te, Tria sunt, quæ videntur facere du-
bium, libro secundo, numero tertio,
38 qui eleganter dicit, quod tex. in l. cum
a matre C. de rei vendic. cum simil.
procedunt quando hæredes sunt ta-
les, quibus testator pro libito volun-
tatis hæreditatem auferre potest, quã-
do vero alicui ex dispositione legis,
vel statuti debetur hæreditas, hoc casu
licet sit hæres dicitur potius necessa-
rius, quam voluntarius, & defuncti fa
ctum ratificare non cogitur, vt per
eum, cuius auctoritate motus Loffr.
consil. primo, numero 16. in his termi
nis loquendo hæc verba euomuit, cla-
rum namque est, quod feudum etiam
hæreditarium debet relinqui filio, &
agnato successuro in inuestitura in-
cluso dict. §. etsi clientulus de alien.
feudi.

Septimo pro hac opinione sunt iu-
ra clara in l. secunda, ff. de leg. tertio,
cuius hæc sunt verba ex filio præteri-
to licet suus hæres erit, fideicommis-
39 sum relinqui non potest, & legata fi-
deicommissis per omnia sunt exequa-
ta l. prima, de leg. primo, ergo quam-
uis filius præteritus succedat, vt hæ-
res, non tamen tenetur ad legata sub-
dit Gloss. in fin. quia contra volunta-
tem patris filius habet bona, & tunc
valent legata a venientibus ab intesta
to, quando testator non adimit bona
successori ab intestato, clarior luce est
tex. in l. qui fundum §. qui filios versic.
diceret aliquis ff. ad l. falcid. quem An
na allegauit dict. l. Regni nume. 172.
probans, quod filius exhæredatus cui
40 non iudicio testatoris hæreditas per-
uenit, quia non fuit institutus, sed a
lege, vel per interpositam personam,
non tenetur ad legata, est igitur ne-
cesse, vt instituatur, alias legata non
valent in eo text. Ioann. de Imola post
princip. dicit hæc verba, nota duo re-
quisita, vt possit fieri legatum a substi
tuto exhæredati. Primum est, quod
ad ipsum exhæredatum deueniant fa
cultates paternæ ex titulo hæredita-
rio, ideo secus si ex titulo legati: nam
honorabilior est titulus hæreditatis l.
filium §. si legata supra de leg. præ-
stan.

Secundum est, quod obueniat ex
expresso iudicio testatoris, & sic secus
si alias extrinsecus deueniant facult-
tes paternæ ad ipsum exhæredatum,
eadem verba repetit ibid. Alexand. in
secundo notab. post Alber. Castrens.
& alios, qui vnico ore summant tex. il
lum, vt duo copulatiue requirantur
ad finem, vt exhæredatus, quia contra
defuncti voluntatem in hæreditate
succedit ad legata non teneatur, ratio
est prompta a Doctoribus tradita,
quem non honoro grauare non pos-
sum l. ab eo C. de fideicom. nec reci-
piendum est, vt cui nil dederis eum
grauando obliges l. si sic in fine de leg.
tertio, hanc conclusionem examinan-
do Ripa in l. cum filiofamilias nume-
ro 14. de leg. primo, illam numero 20.
his verbis ampliat. Quarto amplia si
bona testatoris perueniant ad graua-
tum ex legis dispositione tantum leg.
qui fundum §. qui filios infra ad l. falc.
ex quibus liquet quod etsi feuda hæ-
reditariam haberent qualitatem, ad
finem tamen, vt succedentes vocati
ex lege siue statuto, & tenore inue-
stituræ ad legata teneantur, alia quali-
tas copulatiue requiritur, vt instituan
tur, & iudicio testatorum succedant;
alias ad legata non tenentur, & hoc
vltimum demonstratiuum penès me
est argumentum.

41 Ex his communem nos sequendo
illam firmamus opinionem, ut doctri
na Iacobi de Beluiso, eiusque rationes
procedant etiam in feudo hæredita-
rio, cum moderamine, & modificatio
ne tamen: vt hæres non institutus suc
cedens in feudis ex iuris dispositione
non teneatur ad legata, aliaque onera
in testamento adiecta, quæ corruunt
tanquam legata a non honorato ex
prædictis; Dico tamen quod tenebi-
tur hæres iste in subsidium, & in de-
fectum allodij, ad cætera onera in vita
42 absque fraude per defunctum contra-
cta

cta loquendo nedum de realibus, sed etiam personalibus oneribus, alias esset in facultate feudatarij eius fraudare creditores instituendo extraneum, vel remotiorem agnatum in feudis vt superius in quarto argumento pro cõtraria opinione formato probatum fuit ex doctrina Capicij decision. 199. numero sexto, Sonsbecij de feud. par. nona, numero 165. in fine, & aliorum, cui congruum excogitari nequit responsum simpliciter communem intelligendo opinionem, absque prædicta modificatione argumento eorum quæ dixit Napod. in consuet. etsi testator in uer. disponere colum. 3. numero 10. & sequent.

43 Superest, ut cætera contraria resoluamus. quoad primum fatemur nos cum Io. Vincentio de Anna, & sequaci. Beluis. loqui in feudo ex pacto nouo, quod cum hæreditario pari passu ambulat, etsi intelligeretur in feudo ex pacto antiquo, negari non posset, quin eius rationes non militent etiam in feudo hæreditario.

Ad secundum respondeo negando antecedens, quod dicit opinionem Beluis. esse indubitabilem, quoniam etsi uera sit conclusio, quod feudum hæreditarium nemo habere potest, nisi sit hæres in ipso feudo per doctrinas Iser. in capitu. primo, §. quid ergo in fine de inuest. de re alien. facta, & alio-
44 rum supra citatorum, tequiritur tamen alia qualitas copulatiue, ut sit hæres institutus a testatore ad finem, ut in testamento grauari possit successor, ut in septimo argumento supra, probauimus, ergo opinio Beluis. non est indubitabilis.

Ad tertium nego antecedens postquam feudi natura nullo modo mutatur per institutionem cuiuscunque personæ, quoniam si persona instituta non est de compræhensis in inuestitura feudum habere non poterit, si
45 est proxime successura cum qualitate hæreditaria, feudum retinebit, & sic feudum eius naturam non mutabit per institutionem cuiuscunque personę, postquam necesse est, ut persona illa absq; assensu instituta sit proxime successura, & ĩ inuestitura cõpræhẽsa.

Quartum argumentum ex prædictis est solutum, & dum in confirmatione dicitur, quòd in hæreditario feudo nemo succedit, nisi sit hæres Isern. in capitulo primo, an agnatus, & alibi quod nos fatemur: dummodo sit à te-
46 statore institutus, alias habebit feudum à lege Francorum, vbi ita viuitur, vel à lege feudorum, & tanquam non institutus, sed hæres anamolus non tenebitur habere rata defuncti in testamento gesta dicta l. qui fun-
47 dum §. qui filios, ff. ad l. Falcid.

Ad quintum fatemur argumẽtum esse vetum, quòd inuestitura dat feudis naturam, quæ inuestitura requirit sanguinis, & hæreditariæ qualitatis concursum, addatis vos alterum copulatiuum requisitum scilicet institutionem à testatore d. §. qui filios.

48 Dico secundo, quod tex. in cap. primo, de successio. feud. communiter in feudo ex pacto antiquo intelligitur. Camer. in l. Imperialem, fol. 24. lit. H. & sequen. Marin. in tertio lib. de subfeudis formula 3. nu. 12. ad 14. alijque passim.

Sextum argumentum pro nobis retorquetur, postquam agnati succedentes in dimidia bonorum antiquorum vigore consuetudinis, quamuis succe-
49 dant titulo vniuersali hæreditario in bonis omnibus sitis intra districtum, vt communiter Doctor. dicunt, & nos alias in quadam ardua causa exactissimè probauimus. Non tamen tenentur esse hæredes totaliter & ratificare gesta per defunctum agnatum in testamento, benè tamen gesta in vita, dummodo non in fraudem, sed sincerè bonaque fide ex dictis Napodan. & aliorum in consuetud. etsi testator in
50 versicu. disponere, vbi latissime, quia bona illa à lege perueniunt potius quam à testatore l. 3. ff. de interdict. & releg. sic feudatarius non institutus, sed succedens ex prouidentia legis Francorum, vel communis feudorum siue statuti, feuda retinebit cum oneribus in vita contractis, quæ adimpleri debent, stante hæreditaria qualitate, his feudis annexa, non tamen cogetur ad onera in testamento adiecta, quæ corruunt, quia ab exhæredato, vel præ-

terito

ratione non debentur d. l. qui fundum, §. qui filios ad l. Falcid.

51 Vltimum non obstat, quia verum est, quod a principio nemo decedere potest pro parte testatus, & pro parte intestatus, secus tamen erit ex post facto l. circa, ff. de inoffic. testamen. glos. est solutio in dicta l. Regni, vt de successionibus versicul. ex vtroque parente.

QVÆSTIO SECVNDA.

52 QVÆRO SECVNDO ad intellectum illorum verborum, quòd si Titius filios &c. an filiorum appellatione in materia istius tex. contineantur etiam nepotes? adeo quòd si pater cum consensu filij alienauit feudum ex pacto, an nepos in vita patris, & aui possit soluto pretio feudum recuperare. Doctores hic non tangunt quæstionem, sed in locis infra citandis contra nepotem plura allegari possunt.

Primo quia dispositio istius text. vt filius in vita patris possit feudum ab eo alienatum recuperare videtur irra-
53 tionabilis, quia libero homini non debet interdici administratio iuris sui se viuo, argumento, l. secunda, ff. si quis à parente fuerit manumis. Ergo restringenda in casu tantum, in quo loquitur
54 propterea hic Iser. dicebat, quòd text. iste seruabitur in loco, vbi est talis vsus, & non alibi.

Secundo tex. iste loquitur de filijs primi gradus, quod probatur, quia lo-
55 quitur per nomen filiorum, quod in feudalibus non comprehendit nepotes, vt probatur in §. & quia vidimus supra in prima feudorum rubrica.

Tertio tex. iste loquitur de filio, qui in feudo est successurus, & consequenter quasi dominus in vita patris l. in suis, de liberis, & posthumis. Non mirum si in eo equitas est introducta, quæ extendi non debet ad nepotem remotiorem habentem patrem, qui eum in gradu præcedit, Ergo non videntur nepotes comprehensi in hoc capitulo.

Quarto quia nepos iste natus est post venditionem, & consequenter non dicitur cognatus vendenti, l. prima, §. si quis proximus cum simil. ff. vnde cognati.

Articulus iste determinari potest tenendo contrariam, & veriorem sententiam in beneficium nepotis ex dictis per Iserniam, in capitulo primo,
56 §. quid ergo, num. septimo. Item quid in feudo antiquo supra de inuestitur. de re alien. facta, qui pro nepote pugnat. Sequitur Aluarot. in capitu. primo, hoc quoque, colum. penult. versi. quæro ab extra supra de successio. feudi Rubeus Alexandrin. benè consil. 84. viso, & diligenter considerato, numero quinto, & sequent. & in fine indubitanter pro nepote concludit, sequitur Blasc. Lanza Sicul. in repetit. manu scripta cap. volentes quæst. 17. qui ad partes disputat, etsi de Doctoribus prædictis mentionem non faciat, sequitur Cardinalis Alexan. in dicto §. hoc quoque Dec. consil. 45. vers. tertio, principaliter ante omnes Iacob. Ardiz. feudor. pater in eius summa cap. 60.

Probatur primo æquitate scripta, vt præferantur illi, qui ex lege inuestituræ sunt comprehensi extraneis omnibus pro eodem pretio, vel remotioribus agnatis à simili per ius prothomiseos ex l. Regni sancimus, vbi Bal.
57 & Afflict. dicunt habere locum text. illum etiam in feudis allegando tex. in cap. primo, §. sed & res supra per quos fiat inuestit. cadit enim affectio in rebus maiorum, quæ à lege, vt interesse consideratur, l. si cui fundus cum glo. de leg. 2. l. lex, quæ tutores de admin. tutor. l. prima, §. sed si rem, ff. si quid in fraud. patro.

58 Secundo feudum dicitur datum per ordinem, vt in vita patris habeat pater post eius mortem alij, & sic de cæteris, l. fin. C. de verb. signific. l. cum ita §. in fideicommisso de legat. secundo, l. hæredes, §. fin. ad Trebellia.

Ergo subiacet restitutioni, & alienari non potest, l. fin. C. communia de legat. & Authen. res, quæ, & probatur in eodem §. quid ergo in fine quia non potest facere deteriorem. &c.

Item si vassallus in aliorum præiudicium non potest feudum ex pacto

alienare,ergo pati non poteſt vt facta
59 per eum alienatione præſcribatur.a-
ctio poſterioribus auocandi feudum;
quia præſcriptio alienatio eſt, contine
tur enim omnis actus, per quem do-
minium transfertur, vel effectus ip-
ſius, l. alienationis, ff.de verbor.ſi-
gnificat.l. prima, C. de fundo dotali,
Dec.conſil.208.colum.4. Alexan.con
ſilio 84. numero quinto, ideo nepoti
huic dabitur vtilis rei vendicatio la-
tè probat Card. Alexand.in dicto cap.
primo,§.hoc quoque de ſucceſſ. feud.
Dec.dicto conſil.445.numero 45. Do
minus Thom. Minad.conſil. decimo,
numero 31. & ſequen. exactè diſcutit
articulum.

60 An obſtet præſcriptio non natis in
feudo ex pacto,& prouidentia conclu
dens quod non,quod probat pluribus
medijs,vt per eum,pater non præiudi
61 cat filio non hæredi in alienatione, &
ſi filius conſentit, non præiudicat a-
lijs agnatis,contra deſides, & neglige
62 tes præſcriptiones ſunt inductæ non
contra alios,l.fin.in fine,C. de annali
63 except.exceptio rei iudicatæ obſtat, il
li l.inter quos eſt acceſſio,l.ſi à te, §.Iu-
lianus de except.rei iudic.

64 Item agnati ſequẽtes in gradu pro-
ximo mortuo feudatario omnes ven-
dicabũt feudum,l.cum pater, §. liber
tis de legat.ſecundo,l. ſecunda, C. de
liber. & eor. libert. Quinimo omnes
agnati, qui alienationis tempore, &
conſenſus nati non erant, nec conce-
pti,l.ſi cognati de reb.dub.l. placet in
fine de liber.& poſthum.l.qui in vte-
ro de ſtat.homi,quæ deferuntur a ge-
nere non a parente incolumia mane-
re debent l. tertia,ff.de inser. & releg.
& de hoc vltimo articulo latius alibi
dicemus,ac de ipſius veritate:pro nũc
videte Rubeum Alexandr. dicto con-
ſilio 85.numero ſeptimo probatur cla
rè in cap.primo,in principio infra de
alien.feud. pater. & argumento l.ſecũ
dę,& tertię,C.de donat.quæ ſub mo-
do & l.fin.C.de euict.quam ad hoc põ
derat Rubeus Alexandri. dicto con-
ſil.84.in fi.plura alia ſimilia tealſumi
poſſent argumenta ex theorica Ardiz.
in ſumma cap.60.cuius rubrica eſt, ſi
filius repellatur,an nepos ex eo admit

ti poſſit,qui hanc eandem quoque ſe-
quitur veram opinionem.

Ad primum Reſpõdetur, quod feu
65 datarius, qui habet feudum ex pacto
non dicitur totaliter habere feudi libe
ram adminiſtrationem,quia liberum,
& abſolutum dominium non habet,
& oppoſitio procedit in allodialibus
bonis, in quibus libero homini non
66 interdicitur adminiſtratio.ad dictum
Iſern.hic quod text.iſte ſeruatur in lo
co,vbi eſt talis vſus,& non alibi,dica-
tis eundem Iſer.tenere contrarium in
prælud. quem ibi ſequitur Bald. Alua
rot. Lauden. Præpoſ. & Iaſ.ſubdens
Bal.quod deſinant amodo latrare per-
tinaces, quia iſtud opus feudale per
omnes ſeruatur, & poſt eum etiam
Aluarot. Ioan. Andr.in capi. ex parte
de reſcript.in nouel. Canoniſtę in cap.
fin.de feudis Beluiſ.in capit.primo, in
fine.qui feud.dar.poſſ. Hoſtienſ.in ca.
primo,de ſumma Trinit. Curt.in tra-
cta.feu. in prima quæſt. qui teſtatur,
quod Iſern. locus hic moderatur, &
corrigitur per eius dicta in prælud. a-
lias malè diceret,& in prælud.dicit le
gem hanc vbique ſeruari alios conge-
rit Blaſc. Lanza in dicto cap. volentes
quæſtio.17.

Ad ſecundum reſpondetur filio-
rum appellatione in feudis contineri
67 etiam nepotes nedum in diſpoſitione
legis,in qua nos ſumus, ſed etiam in
68 diſpoſitione hominis, quia conceſſio
feudi non eſt ſimpliciter contractus,
ſed gratia, & beneficium,§.ſi clien-
tulus de alien.feud.ubi Gloſ. & Bald.
idem Bald.in cap.quæ in Eccleſiarum
colum.antepen.de conſtit. Alexan.in
l.Gallus,§. inſtituens de liber. & po-
ſthum. Curt.in ſecunda parte,tractat.
in quæſt.illa,an appellatione filiorum
in feudis veniant nepotes, dicens, q
69 nomen filij in §. & quia vidimus pri-
ma rubric.erat poſitum ad determina
tionem priuilegij. propterea vltra fi-
lios primi gradus non ſe extendit, ſe-
cus quando apponitur gratia filiorum,
quo caſu veniunt nepotes, & fuit ori-
ginalis reſponſio Bald. in dicto §. &
quia vidimus.

Ad tertium dico, quod diſpoſitio
iſtius text. ſicut comprahendit filium
venden-

vendente patre, ita comprehendit nepotem vendentibus Auo, & Patre, seu Patre consentiente venditioni Aui ex identitate rationis, & vi compræhensiua, Etenim sicut pater vendens non consideratur, licet filium præcedat in gradu, quin filius possit feudum recuperare, ita nec filius, qui suo consensu est exclusus a reuocatione impedit nepotem, dicunt enim Glos. & Doctores hic, quod excluso proximiori alius
70 subintrat eius locum & ille est suus, qui tenet primum locum per se, vel per alterius proximioris exclusionem, & hoc per successorium ed. ctum §. sui Instit. de hæred. qualit. & differ. & quod in materia istius text. sit locus
71 successorio edicto de proximiori ad minus proximum tenet Bald. allegatus per Blasc. consilio 16. incip. facti euidentia libro primo, & ibi Marc. Ant. Rouescalensis in nouissimis additionibus cæteros congerit. vltimum argumentum concludens, quod nepos non erat in mundo tempore uenditionis, & consequenter nullo cognationis iure iungebatur cum vendente §. cum autem Institu. de hæredit. quæ ab intest. defer. cum simil. quæ regula cessat in feudis ex pacto, in quibus nati, & nasciturì omnes veniunt æqualiter, quia non ab isto, vel illo agnato vo
72 cantur, sed ex forma primi pacti, & inuestiture, in qua nasciruri omnes comprehenduntur Isern. in §. hoc quoque supra de success. feud. & in cap. si vasfallus de feudo infra e. d. & quod in terminis istius, cap. veniant nec nati, neque concepti tempore venditionis tenet Aluarot. & Præpos. hic vltra Blasc. loco citato Isern. Laudens. Aluaro. Cardin. Alexand. in cap. primo, §. hoc quoque notandum de successio. feu. Zas. par. nona, versicu. veruntamen si postea, qui omnes subdunt
73 tempus statutum agnatis ad reuocandum non currere nascituris Curt. sen. consilio 83. Deus pius, colum. quarta, versic. etsi opponatur, & sic maior fauor nasciturìs tributur, quam natis Tiraquel. alios congerit de retracta. §. primo, Glos. nona, numero 90. Dec. consilio 395. in fine, Ludoui. Molina, de primogenitura libro tertio, capitu. 10. numero 45. Ioan. Cephalus, consi. 329. numero 90. libro tertio, & alij passim Intrigl. de feudis centur. secunda, artic. 32. numero 30. Francis. Pursat. consilio 291. numero 119. qui cęteros congerit.

Quæstio Tertia.

74 QVÆRO TERTIO an tex. istius dispositio procedat in feudo ex pacto nouo Iser. hic in secunda par. in fi. versic. & loquitur hoc capitulum, his uerbis determinat quæstionem in partem negatiuam, & loquitur hoc capitu. in feudo, quod non quæsiuit alienans, nam in feudo nouo, quod acquisiuisset qui alienat: vel paterno, & constaret quod contemplatione alienantis datum esset, secus est, quia ille posset uendere sine consensu
75 filij, uel agnati, de quo dictum est plene de alien. feu. pater. hanc Iser. doctr. communiter cæteri Doctor. sequuntur Alexand. consil. 28. numero secundo, & 19. libro quinto, Marin. in prima author. quæstione prima, numero octauo, & 12. Lipar. in capitul. primo,
76 numero octauo, infra de natura successio. feudi, qui alios congerit, est enim ad instar feudi hæreditarij feudum ex pacto nouum.

Quæstio IV.

77 QVÆRO QVARTO cum Iser. in tertia par. tex. uers. quod si consentit, an consensus filij, uel agnatorum tacitus sufficiat in alienatione feudi ex pacto scienter patientes emptorem possidere per annum? Iser. hic tenet, quod sic: sequitur Aluarot. hic colum. secunda, & penul. sub-
78 dens agnatos oportere esse sagaces ne patiantur labi tempus anni, alias silentio contractus confirmabitur l. fin. C. de his, qui a non Domino manumi, capit. primo, §. penul. qualit. olim poter. feu. alien. Canner. in cap. uolentes fol. 114. Tiraquell. in primo retract. gloss. 10. numero tertio, plures congerit, Nicol. Intrigliol. centur. secunda, de feu. articul. 32. numero 25. qui materiam istius text. exactè tractauit plures for-

mando declarationes, & ampliationes post Henric. à Rossental. capit. 9. conclus. 120. quibus pro Doctorum copia recurrendum erit, ultra cæteros in locis supra citatis, Camer. in l. Imperialem fol. 33. colum. tertia, lit. N. & O. Cumia. in capit. si aliquem in uer. antiquis numero 361. & sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Infeudans cogitur præcisè possessionem tradere, nec liberatur præstando interesse.*

2 *Possessio aufertur ab infeudante manu militari.*

3 *Inuestiens de feudo, de quo non habet facultatem rei tradendæ liberatur soluendo interesse.*

4 *Iuramentum fidelitatis non fidelitas remitti potest.*

QVÆSTIO PRIMA.

5 *Inuestitura duobus facta, & ultimo tradita possessio est quis præfertur in uendicatione rei inuestita?*

6 *Donator an teneatur præcisè rem tradere, uel præstando interesse liberetur.*

QVÆSTIO SECVNDA.

7 *Inuestiens duobus, & secundo tradens possessionem cum clausula, saluo iure Tiij quem prius inuestiui, Quis preferatur.*

8 *Clausula, quod si primus inuestitus feudum petat, ex tunc dominium sit illius, quid operatur.*

9 *Possessio feudi sub conditione tradi potest.*

10 *Clausula Iuribus Curiæ, & alterius semper saluis, quid operatur.*

QVÆSTIO TERTIA.

11 *Vendens feudum, uel donans an teneatur præcisè rem tradere, uel soluendo interesse liberetur.*

12 *Text. iste an in inuestitura tantum, uel in cæteris omnibus contractibus loquatur.*

13 *Liparuli doctrina corripitur.*

14 *Emptor feudi cum assensu succedit in feudo ex persona domini.*

15 *Vendens feudum uidetur in manus Domini refutare, & ab eo breui manu in emptorem peruenire cum occultatione unius actus.*

16 *Feudatarius emptor, uel refutatarius non habet feudum a uendente, sed a Rege.*

17 *Qui confirmat, dat.*

CAP. SI FACTA.

DOMINVS, qui vassallum de feudo inuestiuit, præcisè cogitur pos-
1 sessionem tradere, nec liberatur præstando interesse, hoc dicit in summa.

Noto primo ex tex. quòd dominus, qui vassallum verbaliter inuestiuit, tenetur præcisè vacuam feudi possessionem tradere si facultatem habet rei tradendæ, nec soluendo interesse liberatur, sicut in venditione dicimus, sub dit Isern. l. prima, ff. de actio. empti. capit. primo, in fin. supra de noua forma fidel. & manu militari auferetur à do-
2 mino possessio feudi, de quo inuestituram fecit l. qui restituere de rei vendicat. plura similia iura congerit hic Afflict. primo notab. ad prædictam conclusionem roborandum, Hieronymus Scurfur. consilio 128. numero primo, inter consilia feudalia.

3 Secundo noto ex text. quod inuestiens, & non habens facultatem rei tradendæ soluendo interesse liberatur hoc probat tex. à contrario sensu cum Glos. & probatur in cap. primo, in fine, & ibi Doctores supra de noua forma fidelit.

Glos. hic declarando tex. dicit, Dominum teneri præcisè ad rem tradendam, postquam fecit inuestituram, & inuestitus iurauit fidelitatem, subdit Glos. per factum non remitti fidelitatem, Dicatis vos idest iuramentum
4 fidelitatis, quod potest remitti non fidelitas Iser. in præl ud. & in cap. primo supra de noua for. fidel. & alibi, cap. si minori, numero quarto, supra eodem; cætera dicta per Glos. clara sunt vsque ad

ad verſ. ſed quid ſi alium vbi vna cum
Gloſ. Iſer. & cæteris.

QVÆSTIO PRIMA.

5 QVÆRO quis præferatur, quan
do duobus eſt facta inueſtitura,
& ſecundo tradita poſſeſſio, an pri-
mus inueſtitus, vel ſecundus in vendi
catione rei. Gloſ. & Iſer. hic pro ſecun-
do concludunt, & primo tenebitur in
ueſtiens ad intereſſe, iux. tex. in l. quo-
ties, C. de rei vendicat. idem Iſern. in
cap. primo, qui ſucceſſ. tenea. il ſecon-
do, numero quinto, vbi Lipar. in ver.
quoties cæteros congerit, inter quos
exactiſſimè Luc. de Penna, in l. prædia
C. de locatio. prædior. ciuil. libro 11.
numero ſecundo, & ſequen. per qua-
tuordecim columnas diſcutit articu-
lum pro ſecundo tandem concludens,
cui pro argumentorum copia recur-
rendum Bal. & alij hic Iaſ. in l. quoties
limitatio. 12. C. de rei vendic. Federic.
Schench hoc loco de communi teſta-
tur in materia videndus, & Bartholo-
mæus Cæpolla, cautela 130. incipien.
Si dominus inueſtiuit aliquem & ve-
ra eſt opinio, quicquid dixerit Iacobi.
& alij quidam per eum adducti in ver
ſicu. Princeps, nume. 17. ſpeciali quin-
quageſimo ſecundo, qui Iſer. cæteroſ-
que grauiſſimos Doctores non alle-
gant, & ex his deciſa quoque remanet
quæſtio hic per Doctores, & alibi for-
mata, quos congerit additio ad Iſer. in
verſi. communiter, an donator tenea-
6 tur præciſè rem tradere, vel præſen-
tando intereſſe liberetur, & in vtra-
que difficultate nos præſupponimus
in contractibus his aſſenſum ſuperio-
ris interueniſſe, ſi ſumus in domino
ſuperiorem recognoſcente, & infeu-
dante.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVÆRIT SECVNDO.
Iſer. quid ſi inueſtiens duobus,
7 quando ſecundo transfert poſſeſſio-
nem addit clauſulam ſaluo iure Titij,
quem prius inueſtiui, an ſecundus ſit
potior cui cum hac clauſula tradita eſt
poſſeſſio? arguit hinc inde Iſer. & pro
ſecundo tandem cōcludit vt per eum
quam concluſionem ipſe limitat in fi-
ne verſicu. ſecus ſi diceret, non proce-
8 dere, quando in ſecunda inueſtitura
adiecta eſſet clauſula, quòd ſi primus
inueſtitus petat feudum, ex tunc do-
minium ſit illius primi, quo caſu pri-
mus præfertur, argumen. l. primę, &
l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo,
9 quia poſſeſſio ſub conditione tradi po-
teſt, l. qui abſenti, §. primo, de acquir.
poſſeſ. ſequuntur cæteri communiter,
10 & de effectu iſtius clauſulæ iuribus
curiæ, & alterius ſemper ſaluis Iſern.
late infra quæ ſunt regal. verſi. & bo-
na committentium, numero 78. in fi-
ne, Ioan. Vinc. Anna ſingul. 123. & al-
legat. 41. Petr. de Gregor. de conceſſ.
feudi, parte prima, quæſtione tertia, in
fine Felyn. in cap. inter monaſterium,
colum. 2. de re iudic. Burſar. conſi. 171.
libro ſecundo, Nicol. Intrigl. de feudis
centuria 2. artic. 93. diximus aliqua ſu-
pra in cap. moribus, nume. 32. Cæte-
rum congruè occurrit hic.

QVÆSTIO TERTIA.

TERTIA QVÆSTIO, an
vendens, vel donans feudum, ac
11 alio modo contrahens cuius natura
contractus dominium transfertur, te-
neatur etiam præciſè feudum tradere
ſi habet facultatem rei tradendæ, vel
ſoluendo intereſſe liberetur? Liparul.
hic in fine in verſic. in inueſtiente te-
net opinionem, quod non tenetur pręe
ciſè rem tradere, ſed liberatur præſtan
do intereſſe, & quod cap. hoc in inue-
ſtitura tantum non in cæteris contra-
12 ctibus loquatur ponderat verba Iſer.
hoc loco, & deridet magnum quen-
dam Aduocatum contrarium aſſeren
13 tem. Vos dicatis Liparulum allucina
tum & text. hunc in quolibet contra-
ctu procedere, in quibus ſemper do-
nans, vel vendens, & ſimiliter contra
hens tenebitur præciſè rem tradere ſi
facultatem habet, nec ſoluendo inte-
reſſe liberabitur, hæc opinio vera eſt
contra opinionem hic per Gloſ. rela-
tam, quæ communiter reprobatur
Gloſ. eſt notab. in §. pretium Inſtitut.
de emptio. & venditio. & ibi Doctor.

Glos.& Docto.in l.prima,ff. de actio. empti.quo loco ita communiter concludunt,& hanc esse communem, & veram testatur hic Aluaror. colum.4. versic.oppono cum Glos. finali.

Bald.hic colum.prima, versicu. sed quid si vendidisset, dicit notabile ver-
4 bum,quod emptor feudi cum assensu succedit in feudo ex persona Domini, & Præposit.hic colum.tertia, dicit, quod vassallus dum vendit feudum cum consensu Domini, videtur ius vtilis
15 dominij in manus Domini remittere & breui manu a Domino peruenire postea in emptorem, & occultatur vnus actus iuxta text. in l. singularia si cert.per. Isern.dicit amplius quod feudum translatum de persona ad personam cum assensu hominis, vel legis
16 feudatarius non habet feudum ab eo, qui vendidit, vel refutauit,sed a Rege
17 qui confirmat,dat,l.lege obuenire de verbo.signific. Isern.in cap.primo,colum.quarta,versic.alij dicunt qui succes.tenea. & in §. sed & res colum. 3. per quos fiat inuestit.& in l. Imperialem,colum.prima,in fi,de probib.aliena.per Feder.& in l. Regni fratribus, & si quis Baro,sequitur Dominus Lanarius,consil.8.num.12.& consil. 15. num.3.& cons.17.num.5.

S V M M A R I V M.

1 *Text. litera restituitur.*
2 *Feudatarij sunt nobiles,& qua ratione.*
3 *Homines sunt nobilissima creatura.*
4 *Castra omnia regulariter sunt feuda Quaternata:non e contra.*

CAP. FILII NATI.

1 CONTEXTVS corrigendus est addita negatiua, ibi in feudo non succedit, vt bene emendat Eguinatius Baro hic & post eum Iacob.Cuiac.legendo textum libro quarto,tit.16. & est de mente Iser. secundum nouissimos addentes, in cæteris repetenda sunt quæ diximus ad cap. mulier habens supra eod. titu. vltra dicta per Iacob.Cuiac.libro quarto,titu.32.circa finem Iser.hic,& in capit.1.supra de feudo Marchiæ, & in l.Regni per sequentes; sæpius dixit
2 ex feudis contrahi paradogium, & nobilitatem præsertim vassallos habentibus,sunt enim homines nobilissimæ
3 creaturæ, l. iustissimè de ædil. edict. Ergo in illas habere dominium, quid nobilissimum est, Freccia libro tertio, de subfeudis titu. de differentijs inter feuda quaternata ab alijs planis, & de tabula,numero 34. & omne castrum
4 est feudum quaternatum, non è contra dicebat Iser. & nos alibi fusius diximus in cap.in generali, numero 23. infra eodem titulo, Guglielmus Pernus primo notab.feud. nume. 79. Afflict. decisio.270. Paris.consil.24. nume.15.lib.1.

S V M M A R I V M.

1 *Vassallus seruire promptus quamuis actu non seruiat feudo non priuatur, & numero 3.*
2 *Vassallus domini onera de proprio redimere non cogitur.& num.6.*
4 *Vassallus absque requisitione seruire cogitur sciens domino magnum vitæ periculum imminere.*
5 *Vassallus dominum captiuum liberare cogitur, si potest.*
7 *Ingratitudo non ex omnibus causis committitur.*
8 *Feudum non perditur ex omni causa, ex qua vassalli opinio grauatur.*

QVÆSTIO PRIMA.

9 *Vassallus an teneatur dominum egenum alere,& non alendo amittat feudum.*
10 *Causa ingratitudinis scripta non est, non alere dominum.*
11 *Cautela domino à principio infeudanti traditur pro eius alimentis.*
12 *Vassallus an teneatur de propria eius pecunia redimere dominum carceratum penes Regem, vel Imperatorem pro debito ex criminibus descendente.*
13 *Vassallus libertatem contra dominum non praescribit non interpellatus, vt seruiat.*

14 *Domi-*

14 *Dominus videtur esse semper in quasi continua possessione recipiendi seruitia à vassallo per affectum.*

CAP. LICET VASsallus.

1 VASSALLVS seruire promptus, quamuis actu non seruiat, feudo non priuatur, &
de proprio Domini onera redimere
2 non tenetur, hoc dicit. diuiditur communiter tex. iste in tres partes, Secunda ibi si tamen, Tertia ibi inde quæsitum; Tres continet conclusiones tex. iste in prima statuitur vassallum seruire promptum etiam per mille annos non amittere feudum, si requisi-
3 tus non fuerit, hæc materia plenius examinatur per Iser. in §. sed nec est alia iustior supra quæ sit prima cau. benefic. amitt. post Iacob. de Ardizz. in summa capitul. 68. Guerinus Pisonus Soacius de feudis in capit. cuius rubrica est propria, & impropria feuda quæ nam sunt versic. sexta species feudi. limitatur conclusio prædicta in secundo dicto, vt non procedat, quando vas-
4 sallus sciebat Domino magnum vitæ periculum imminere, quo casu absque requisitione seruire cogitur, & eum ab hostibus obsessum forte vel
5 captum si potest liberare iura concordantia congerit Isern. & an semper, ac in omnibus casibus prædicta procedant, adeo quod rigide contra vassallum proceditur ex personis, & causis Iudex arbitrabitur, dicit text. in §. ad hoc infra titul. secundo, allegatus hic per Gloss. qui notabilis est. In tertio dicto resoluitur articulus, vt vassallus di-
6 ues non teneatur de proprio soluere, debita Domini sui egeni, & in periurium propter paupertatem incidentis capit. primo, in fine infra de alien. feu. pater. quia non quælibet causa sufficit
7 ad ingratitudinem capitu. primo, quibus causis feu. amitt. nec ex omni cau-
8 sa perditur, ex qua vassalli opinio grauatur capit. primo, §. illud supra, quæ sit prima caus. benefic. amitt. & notat hic Bal. in fine.

QVÆSTIO PRIMA.

9 QVÆRIT hic Iser. vtrum vassallus teneatur dominum egenum alere, & consequenter si alimenta non præstat, an feudum perdat? quæstionem hanc formauit ex antiquis Iacob. Ardiz. in summa capit. 61. qui ad partes articulum discutit, & capit. 60. circa fin. Concludens tandem
10 pro vassallo, vt non teneatur quia non est causa ingratitudinis scripta argumento l. secundę, §. penult. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. l. tertia, in fi. ff. vbi pupill. educ. debe. capit. primo, in fi. de alien. feu. pater. cum cęteris similibus sequitur hic Iser. Aluar. Præpos. & cæteri plurimi, quos additio Lipar. hic in ver. sed an teneatur, retulit, quibus addo Boer. decision. 128. per totam vbi articulum ad partes quoque disserit antiquos omnes congerendo prædictamque opinionem tanquam communem sequendo, cui recurrendum, plures allegat, & sequitur Ferdin. Vasq. libro primo, controuersiarum Illustrium capit. sexto, numero sexto, qui de communi, & recepta opinione fidem facit post Aluarot. hic numero sexto, quam nos sequimur, quicquid dixerint aliqui citati hic p Lipar. in ver. sed an teneatur, caueat itaque sibi dominus a principio ex pacto,
11 vt in casu necessitatis sibi debeantur alimenta, inquit Isern. & est cautela communiter quoque approbata.
12 Discutit etiam Boer. loco citato quæstiones, an vassalli teneantur redimere Dominos Carceratos pęnes Imperatorem, vel Regem pro debitis ex criminibus descendentibus, & concludit non teneri ex identitate, imo maioritate rationis, hæc fuit opinio Ardiz. in eius summa, quam corruptè legebat Aluarot. hic numero septimo, qui postea non recedit a vera opinione, vt vassallus non teneatur Dominum carceratum propria pecunia liberare, vt probatur in iuribus per eos allegatis quæ latius exornat Boer. dic. decision. 128.
13 Bald. hic euomuit illa notabilia verba, quod vassallus nunquam præscri-
bit

bit contra Dominum libertatem etiam si per mille annos steterit, & seruitia non præstiterit, nisi interpellatus negauerit seruitia præstare, quia per affectum feudatarij semper Do-
14 minus videtur esse in quasi continua possessione seruitia recipiendi, argumento l. arboribus §. idem tractat, de seruit. qua de re nos latius diximus supra in capit. si quis per triginta vbi opiniones omnium in hoc articulo retulimus vltra Afflict. hic numero secundo. In cæteris vero pro materiæ supplemento recurratis ad Aluarot. post alios, quorum dicta parum vtilia, minusque frequentia transcribere non profiteor, quia non esset nisi sæpius loqui l. meuius §. cum qui de leg. 2. Iser. in præl ud. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes feudatarij non succedunt in feudo antiquo deuoluto ex delicto, sed agnati vsque ad septimum gradum.*
2 *Feuda duplici via amittuntur propter felloniam, & ex in licitis contractibus in contemptum domini celebratis.*

QVÆSTIO PRIMA.

3 *Feudum amissum propter vassalli crimen cui defertur: Domino, vel agnatis? vel filio delinquentis?*
4 *Filius, & descendentes repelluntur ex eadem causa, ex qua pater repellitur, et quo modo procedit num. 7.*
5 *Crimen filij patri quandoque nocet.*
6 *Feudum concessum patri, & filijs nominatim, cuius naturæ iudicatur.*
8 *Text. iste procedit in feudo delinquenti quæsito: non in quærendo.*
9 *Agnati quando feudo priuantur ex feudatarij crimine.*
10 *Tex. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici de iure fisci, an procedat in feudis.*
11 *Delictum agnati quando cæteris agnatis nocet.*

QVÆSTIO SECVNDA.

12 *Feudatarius delinquens alienando, an feudum amittat, & cui deferatur filijs, agnatis, vel domino feudi?*
13 *Feudum hereditarium nouum perditur per alienationem absque assensu in damnum etiam omnium descendentium, & fratrum, qui ex nouis gratijs succedere possunt in Regno.*
14 *Heres non habet feudum hereditarium citra ius, & nomen heredis.*
15 *Heres representat fictè defuncti personam.*
16 *Feudum hereditarium antiquum perditur per alienationem absque assensu etiam in damnum agnatorum.*
17 *Feudum ex pacto nouum perditur alienando in damnum descendentium, sicut hereditarium.*
18 *Feudum ex pacto antiquum, an perdatur per agnatos ex delicto feudatarij.*
19 *Feudatarius vendens feudum absque assensu propter eius inopiam, an feudo priuetur, & nu. 20.*
21 *Iser. doctrina in hoc impugnatur.*
22 *Iacobus Ardizonus feudorum pater laudatur, & approbatur.*
23 *Relevium duplicatum soluitur, in Regno non denuntiando defuncti mortem.*
24 *Filij damnatorum succedunt in nobilitatibus, & alijs à genere prouenientibus.*
25 *Agnati delinquentis præsumuntur eadem culpa, & putrido sanguine notati sicut descendentes.*

CAP. SI VASSALLVS culpam.

DESCENDENTES Feudatarii non succe-
1 dunt in feudo antiquo deuoluto ex delicto, sed agnati vsque ad septimum gradum hoc dicit text. cum Glo. Duplici via feuda amitti possunt.
2 Altera est propter feloniam in personam Domini, vel suorum commissam. Altera vero est, quæ oritur ex in licitis cõtractibus in contemptum Domini, & absque assensu celebratis, Expedit in vtroque capite materiam sub breuiloquio reassumere, post Iser. in cap. primo, infra si uassal. feu. priue. cui deferatur, vbi latius sub sua rubrica materiam tractat, & in capi. primo, §. etsi

§. etsi libellum de alien. feu. pater. col. tertia, & l. Imperialem §. firmiter infra de prohi. feu. alien. per Feder. & supra quæ sit prima cau. benef. amit. & ex quibus causis feud. amitt. Camer. post alios in l. Imperialem, fol. 88. col. prima, aliqua Thesaurus decisio. 167. Aluaro. plenè in cap. primo, §. denique supra quæ sit prima cau. benef. amitt. vltra Bal. & eius sectam.

Notate id, quod dicitur in summario delictum feudatarij in feudo antiquo nocere ne dum sibi, sed eius descẽdentibus omnibus, agnatis vero nequaquam nocumentum afferre.

Quæstio Prima.

Circa Primum caput principale, quando vassallus crimen
3 commisit, ex quo feudo erit priuandus, Quæritur, ad quem feudum pertineat domino? vel agnatis vel filio delinquentis, tex. iste, & cap. primo, infra si vassal. feu. priue. cui deferatur descẽdentes omnino excludunt, quia, ex qua culpa pater repellitur ex eadem fi-
4 lius, & omnes descendentes a culpante, ita quandoque crimen filij nocet
5 patri l. Imperialem §. insuper infra de prohib. alie. per Feder. & deterioris in in hoc erit conditionis filius quam agnati, adeo quod descendentes semper sunt priuati ex quacunque fellonia siuè in dominum, siuè in alium sit cõmissa. Isern. in cap. primo, infra si vassal. feu. priu. numero tertio, & paterna culpa obest descendentibus, l. quisquis C. ad l. iul. maiest. l. prima, §. cum & liberis eius ff. si quis aliquem testa. prohibue. & hoc nisi feudum esset concessum patri, & filijs nominatim, adeo
6 quod constaret contemplatione filiorum esse concessum eo casu pro illa parte crimen patris non nocet filio l. secunda, §. fratris, ff. si quis aliquem testa. prohibuerit. Isern. vbi supra proximè, numero quarto, Aluaro. in dicto §. denique supra quæ sit prima cau. benef. amit. conclus. 10. & 15. Marin. authoritate 29. num 13. quæ conclusio sanè limitanda erit in feudo per patrem
7 delinquentem quæsito, & radicato, nõ in quærendo, quo casu delictum patris non nocet nepoti, quominus sublata patris persona in feudo auito succedere valeat Author quidam, §. 30. alias 43. in noua impressione, quæst. 36. nu. 133. post Bald. in cap. primo, si vassal. feu. ptiu. cui defer. Bart. & Salic. quos allegat ante eos Iacob. Ardiz. cap. 60. Specul. de feudis, §. tertio. Aluarot. in cap. primo, §. denique conclus. quarta, supra quæ sit prima cau. benef. amit. pendet nunc quæstio in Regia Camera in quodam Romano, qui parricidium commisit, & fiscus feudi possessionem statim adepta prætendit nepotem delinquentis filium a feudi auiti successione excludere, sed ex prædictis nepotis causam in feudo delinquenti patri nondum quæsito, sequutus fra-
8 trem, & pro eo consului; & sic text. iste Iacobo Ardiz. teste procedit in feudo delinquenti quæsito non quærendo.

9 Circa agnatos distinguamus, aut sumus in feudo nouo ex pacto, & prouidentia, siue in feudo hæreditario, quæ hac in re pari passu ambulant, & indistinctè hæc feuda Domino aperiuntur, cap. primo, §. cum vero infra an ille, qui interfe. fratr. dom. sui secũdum vnum intellectum, vltra quod nõ succedunt nisi descendentes ex masculo de iure communi, §. etsi clientulus supra de alien. feu. sin autem feudum ex pacto erit antiquum, & iniuria, siue fellonia principaliter respiciat dominum tunc ad ipsum feudum aperitur in suę iniutę vltionem si feudatarius non habet agnatos, sed si extant agnati, in hoc variæ fuerunt opiniones quas omnes ad partes disputat Isern. in dicto cap. primo, si vassallus feudo priuetur, cui deferatur, qui pro agnatis tandem ipse concludit cum modificatione tamen, numero septimo, versic. & hoc videtur verius, vt in uita delinquentis domini habeat feudum in suę iniuriæ vltionem l. Statius Florus, §. Cornelio Felici de iure fisci, post mortem uero naturalem feudum hoc ex pacto, & prouidentia antiquum ad agnatos deuoluatur per iura, quæ Isern. allegat, cui recurrendum, ne sępius loquamur Afflict. decisio. 385. & si Thesau. dicta decisio. 167. post Roland. consilio 97. num. 30. libro primo, dicat tex. in dicta

10 cta l.Statius Florus,§.Cornelio Felici non procedere in feudis,sed in allodio cui nos nòn subscribimus, sed alibi fusius articuli istius veritatem detegimus post Bald. & sequac. cuius secta est contra Isern.& fuit alias quęstio de facto satis agitata.

Si verò nòn in Dominum sed in alium puta fratrem,vel sororem sit cõmissa fellonia,ita vt sine dedecore non possit in curia domini amplius morari,agnatis aperitur,§. penult. sup. quæ sit prima cau. benef. amit. agnatus e-
11 nim delictum alterius agnati nocere non debet secundum sententiam,quę ęquior,& verior est argumento, l. tertię,ff.de interd.& releg.

QVÆSTIO SECVNDA.

12 CIRCA secundum caput principale, quando fellonia committitur non directè,sed indirectè in personam Domini contempti ex celebratione contractuum absque eius assensu super rebus feudalibus,& hac de re loquitur hic Iser.post principium versic.& nota quod dicit,& in dict.capit. primo,si vasall. feud.priue. cui defet. numero quarto, post med.ibi si indirectè puta alienando, &c. & in l. Imperialem §.firmiter infra de prohi. feud. alie.per Feder.§. etsi libellum colum. secunda, de alie.feu.pater. Cuius doctrinam bene reassumpsit Camer. in dict.l.Imperialem fol.88. colum. prima, post Iacob.Ardizz. in titul. quib. mod.feud. amitt. Rubricella quando vassallus amittit feudum , an applicetur Domino,vel agnatis, & idem Camer.fol.33.litt. N. aliosque quos consultò prætermitto. Et in hoc articulo vtrum vassallo feudum alienante absque Domini assensu aperiatur agnatis,vel filijs feudatarij , an eidem Domino distinguendi erunt similiter aliqui casus.

13 Primus erit in feudo nouo hæreditario, quo casu per alienationem vasalli absque assensu priuatur. Vassallus, & omnes eius descendentes , ac etiam transuersales in casibus in quibus ex gratijs succedunt, vt hodie in Regno,ea ratione quia in hoc feudo
14 hæreditario successor citra ius , & nomen hæredis illud habere nequit, & consequenter delictum defuncti transit in hęredem,cuius personam fictam repræsentat lex.

15 Secundus casus erit, quando feudum est hæreditarium antiquum, &
16 similiter filius, & omnes agnati perdunt illud , & ad Dominum reuertitur.

Tertius casus est in feudo ex pacto, & prouidentia nouo concesso contem
17 platione primi concessionarij , & recipiens non contemplatione filiorum. Et dicatis idem, quod diximus in feudo hæreditario ex doctrina,Iser.in locis supra congestis, & in capit.primo, an agnatus,& alibi.

18 Quartus casus est si feudum est ex pacto, & prouidentia antiquum , in quo etsi lex in delictis alijs differentiam faciat inter filios , & agnatos, ac deterioris conditionis faciat filios , vt supra diximus , in hoc tamen crimine nato ex contemptu Domini ex contractu sunt æquales, & succedunt omnes , & filius & agnati ordine suo excluso Domino, nisi filius, & omnes agnati refutarent , filius non excluditur,quia est agnatus proximus, inquit hic Iser.l. filius ff.de suis , & legitimis capit. Titius versic. quod si Titius supra eod. post Iacob. Ardiz. loco supra citato , quos communiter cæteri sequuntur.

19 Limitat hic Iser. Tres primas conclusiones , vt non procedant , quando feudatarius propter eius inopiam venderet feudum,quo casu non præsumitur contemptus Domini , imo magis deliquit in se ipsum minuendo patrimonium suum,dicit ipse in versic. potest esse, eadem verba repetit in capit. primo,infra si vassall.feu. priuetur,numero quarto, versicul.si indirectè vbi Affl. numero 10. malè intelligit Iser. vt loquatur, quando feudatarius alienat necessitate vrgente, tunc feudum ad agnatos non ad Dominum pertineat, quæ Afflicti verba si intelligantur in feudo ex pacto antiquo malè procedunt, vt diximus in quarto casu, si vero in alijs tribus casibus supra formatis adhuc magnam habere possunt

vna

vna cum Isern. doctrina dubitationem.

20 Magna non minus, quam pulchra est Isern. limitatio ista ad totam materiam, si vera est, ego tamen puto hanc limitationem esse falsam, & vassallus

21 in quacunque reperitur necessitate semper tenetur domini assensum impetrare in alienatione feudi, alias illud perdit ex repetentibus post Isern. non vidi hactenus Doctorem, qui funditus hanc tangat difficultatem, etsi Liparul. duobus verbis se expediat in vers. maxime ad Iser. in capit. primo, si vassall. feud. priue. cui desertur.

22 Iacob. tamen de Ardiz. in eius summa capit. 115. incip. vtrum ex necessitate etiam debiti possit uassallus uendere feudum, disputat articulum concludens, quod etsi de iure antiquo necessitate urgente feudatario permittebatur feudi alienatio absque assensu: per legem tamen Lotharij Imperatoris id correctum fuit, cuius vera sententia probatur in l. Imperialis de prohib. feu. alien. per Lothar. in principio ibi, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, ex quibus uerbis colligitur quod feudatarij in calamitatibus siue necessitatibus existentes uendendo feuda tenentur assensus impetrare, unde liquet Iser. limitationem iuridicam non esse, uel illam procedere de iure antiquissimo feudorum ante Lotharij tempora.

Sequitur Theorica Isern. ibi secus quando non petit inuestitutam infra annum, & diem, quo casu de iure communi feudorum amittuntur feuda, c. primo, de capitulis Corradi vbi Isern. cap. sancimus, quo tempore miles sup.

23 eum simil. in Regno tamen duplicatum soluitur releuium, vt alibi post Marin. Frecc. & alios nos quoque diximus.

In dignitatibus, & alijs inquit Iser.

24 veluti in nobilitatibus, & id genus, quę a gente proueniunt, remanent filijs damnatorum incolumia & in his terminis procedit text. in l. tertia, ff. de inter. & releg. cum similib. hic. per Iser. congestis.

Glos. ex supradictis in primo, & secundo capite priuationis est declarata: difficultas tamen vnica considerabilis tangenda remanet, an agnati in tertio vel secundo gradu admittantur vel in quarto tantum, vt litera loquitur Iacob. de Beluisio, Bald. & quidam alij hic excludunt agnatos infra quar-

25 tum gradum, quia ratione vicinitatis cum feudatario præsumuntur eadem culpa, & audacia notati ex putrido sanguine sicut descendentes, l. quod si nolit, §. qui mancipia de ædili. edict. l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. sequitur hic Franciscus Sansobecius post alios, magis communiter, & testatur Præposit. de communi. Iacob. tamen Aluarot. Præpos. & plures alij tenuerunt pro Agnatis existentibus in secundo, vel tertio gradu.

Et hæc est verior opinio, quia text. iste dum agnatos in quarto gradu vocat, exempli causa loquitur. Non ad excludendum alios, qui sunt in secundo vel tertio gradu, qui ex alijs iuribus non reperiuntur exclusi, in ceteris pro Glosæ explicatione videndus est Aluarot. hic post Bald. Beluis. & alios, quibus me remitto, ne bis idem repetamus.

SVMMARIVM.

1 *Cap. in generali si de feud. defunct. milit. materia frequens, & practicabilis.*

2 *Generalis alienatio bonorum vassalli non complectitur feuda nisi nominatim exprimantur. & nu. 9.*

3 *Feuda veniunt bonorum appellatione.*

4 *Bonis venditis an comprehendatur feudum alienabile absque assensu.*

5 *Militia, quæ vendi potest, comprehenditur in generali bonorum alienatione.*

6 *Militia, & feudum æquiparantur.*

7 *Hipotheca tributa a lege pro dotis restitutione an competat super feudis.*

8 *Oratio particularis, singularis, & uniuersalis, quæ dicitur.*

10 *Feuda quæcunque tam ex pacto, quam hereditaria non comprehenduntur in generali alienatione.*

QVÆSTIO PRIMA.

11 *Quæ nam sit istius text. decidendi vera ratio.*

12 Tres

12 Tres decidendi rationes hic, & alibi assignantur.

13 Prima est ad euitandum crimen, & damnum feudatarij alienare prohibiti absque assensu.

14 Feuda in Regno Franciæ ex consuetudine assensu alienantur.

15 Alienari prohibita an veniant in alienatione.

16 Decidendi hæc prima ratio corrigitur.

17 Tex. istius dispositio in voluntate vassalli fundata est. & nu. 22.

18 Dictio (nisi) cuius est natura.

19 Lex disponens de aliquo casu, omnia requisita ad validitatem actus præsupponit, præter id, de quo tractat.

20 Assensus domini interueniens in obligatione bonorum vassalli an operetur, ut censeantur obligata feuda.

21 Generalis obligatio an complectatur feuda, quando per æquipollentiã constat contrahentes feuda quoque obligare voluisse.

23 Decidendi secunda ratio est, vt feuda in generali obligatione non comprehendantur propter dignitatem feudatarij, & vassallorum.

24 Feudatarius habens vassallos burgenses nobilitatur.

25 Honorabiliora non veniunt sub verborum generalitate.

26 Nobilitas quæsita per emptionem feudi cum vassallis, perditur, per venditionem postea subsequutam.

27 Patrimonium duplex paganicum, & feudale.

28 Feudorum natura est separata, & distincta ab allodialibus.

29 Patrimonium feudale est distinctum, diuisum, & alterius naturæ ab allodio.

30 Feudum non est simpliciter corpus hereditarium, sed interdum est in hæreditate interdum extra hereditatem.

31 Feudum interdum est in bonis, aliquando nequaquam.

32 Feudi conditio non patitur, vt includatur cum generalitate.

33 Statutum de lucranda dote, an procedat in bonis feudalibus datis in dotem.

34 Patrimonium feudale contribuit ad onera pro rata bonorum.

35 Donatio omnium bonorum non complectitur decimas, & iura spiritualia.

QVÆSTIO SECVNDA.

36 Vniuersalis alienatio, obligatio, vel alia feudatarij dispositio cum assensu directi dominij, an comprehendat feuda?

37 Doctores defendentes affirmatiuam opinionem, quod in vniuersali dispositione feuda includuntur, & qui negatiuam, numero 40.

38 Petitionis hæreditatis iudicium includit feuda.

39 Vniuersalis sermo omnia includit, nisi ea quæ specificè excipiuntur.

41 Generalis hipotheca tacita non includit feuda.

42 Generalis donatio non includit feuda nisi nominatim dictum sit.

43 Fideicommissum generale non includit feuda.

44 Authenticæ res quæ capit. communia de legatis dispositio non includit feuda.

45 Statutum generale non includit feuda.

46 Renunciatio generalis non includit feuda.

47 Generalis qualibet dispositio non includit feuda absque specifica feudorum mentione.

48 Generalis dispositio comprehendit feuda si de contrahentium mente per æquipollentia verba, vel ex coniecturis constare poterit. & nume. 50.

49 Expressum dicitur id, quod in oratione tacitè includitur.

51 Regalia includuntur in generali dispositione si de contrahentium mente constat.

52 Restitutio generalis, quæ fit ex causa pacis includit feuda.

53 Restitutio generalis includit ne dum feuda, sed omnia per prius concessa etiam regalia, aliaque indigentia speciali concessione.

QVÆSTIO TERTIA.

54 Mandatum generale, vel vniuersale ad omnes causas, & lites, an comprehendat feudales?

55 Decisiones Sacri Concilij in hoc articulo. & num. 65. & 73.

56 Feuda in generali sermone non includuntur.

57 Inuestitura petitio, & præstatio iuramenti fide-

infidelitatis speciale requirit mandatum. & num. 77.
58 *Causæ feudales sunt arduæ, & graues.* & num. 60.
59 *Mandatum generale non sufficit in arduis, & grauissimis causis.*
61 *Mandatum speciale requiritur in criminalibus.*
62 *Clausula ratihabitionis quid operatur in mandatis.*
63 *Procurator cum libera an agat causas feudales.*
64 *Generale mandatum in causis feudalibus, an sufficiat, si lites non specificantur.*
66 *Mandatum speciale per aequipollentia verba explicari, & committi potest.*
67 *Mandatum ad lites absque assensu non operatur, vt feudatarius feudo priuetur.*
68 *Mandatum ad lites non minuit feuda.*
69 *Assensus directi domini non requiritur in mandato ad lites.*
70 *Sententia lata cum feudatario praeiudicat directo domino, quando fincerè, & absque fraude.*
71 *Transactio fieri potest per vassallum de iure communi feudorum super feudo non in Regno.*
72 *Mandatum ad vendendum feudum nō requirit assensum superioris domini.*
73 *Mandatum Generale non includit reseruata supremo Princip, vel Pontifici.*
74 *Tex. istius dispositio an exorbitans sit.*
75 *Tex. istius dispositio ad similia non trahitur.*
76 *Antonius Gabriel notatur.*
78 *Causæ graues per aequipollentia verba vo luntatem demostrantia committi possunt.*
79 *Litium appellatione an veniant lites feudales.*
80 *Bonorum appellatione an veniant feuda.*
81 *Obligatio feudalium cum assensu an includat titulata.*

QVÆSTIO QVARTA.

82 *Indefinita an aequipolleat vniuersali in feudis.*
83 *Materia feudorum stricta est.*
84 *Indefinita legis aequipollet vniuersali non indefinita hominis.*
85 *Forma data per legem per aequipollens impleri potest, non forma hominis.*
86 *Indefinita aequipollet vniuersali comprehensiuè in eo, quod expressit.*
87 *Indefinita aequipollet vniuersali in fideicommissis.*

QVÆSTIO QVINTA.

88 *Fructus feudorum, & maioratus an includantur in generali bonorum obligatione durante feudatarij vita.*
89 *Fructus feudi durante hæredis vita an veniant in generali obligatione bonorum.*
90 *Fructus feudi exequuntur etiam absque assensu.*
91 *Creditor immittitur in possessionem feudi durante vita feudatarij, & numero 93.*
92 *Ius inseparabile fit separabile per necessitatem.*
94 *Fructus feudi durante vita feudatarij vendi possunt absque assensu.*
95 *Fructus a feudo separati sunt allodiales.*
96 *Fructus beneficij a solo separati non sunt Ecclesiastici.*
97 *Vsusfructus super feudo absque assensu constitui non potest.*

QVÆSTIO SEXTA.

98 *Venditio, vel concesso feudo, an veniant causæ appellationum.*
99 *Decisio Caroli Quinti cum Rege Angliæ in hoc articulo.*
100 *Causæ appellationum sunt de regalibus.*
101 *Iustitiarius Regni est ordinarius iudex appellationum.*
102 *Baro in dubio abstinere debet à causis appellationum si speciale priuilegium non ostendit.*
103 *Causæ appellationum includuntur, quando sunt de natura rei concessæ.*
104 *Causæ appellationum an includantur sub mixto Imperio.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

105 *Iurisdictio an includatur in generali concessione, vel venditione castri.*
106 *Iurisdictio an sequatur alienationem castri, quando est distincta, & separata à castro.*
107 *Iurisdictio ciuilis inclusa intelligitur concesso castro cum vassallis, & territorio.*

S 108 *Iurif-*

12 *Tres decidendi rationes hic, & alibi assignantur.*

13 *Prima est ad euitandum crimen, & damnum feudatarij alienare prohibiti absque assensu.*

14 *Feuda in Regno Franciæ ex consuetudine assensu alienantur.*

15 *Alienari prohibita an veniant in alienatione.*

16 *Decidendi hæc prima ratio corrigitur.*

17 *Tex. istius dispositio in voluntate vassalli fundata est. & nu. 22.*

18 *Dictio (nisi) cuius est natura.*

19 *Lex disponens de aliquo casu, omnia requisita ad validitatem actus præsupponit, præter id, de quo tractat.*

20 *Assensus domini interueniens in obligatione bonorum vassalli an operetur, ut censeantur obligata feuda.*

21 *Generalis obligatio an complectatur feuda, quando per æquipollentiã constat contrahentes feuda quoque obligare voluisse.*

23 *Decidendi secunda ratio est, vt feuda in generali obligatione non comprehendantur propter dignitatem feudatarij, & vassallorum.*

24 *Feudatarius habens vassallos burgenses nobilitatur.*

25 *Honorabiliora non veniunt sub verborum generalitate.*

26 *Nobilitas quæsita per emptionem feudi cum vassallis, perditur, per venditionem postea subsequutam.*

27 *Patrimonium duplex paganicum, & feudale.*

28 *Feudorum natura est separata, & distincta ab allodialibus.*

29 *Patrimonium feudale est distinctum, diuisum, & alterius natura ab allodio.*

30 *Feudum non est simpliciter corpus hereditarium, sed interdum est in hæreditate interdum extra hereditatem.*

31 *Feudum interdum est in bonis, aliquando nequaquam.*

32 *Feudi conditio non patitur, vt includatur cum generalitate.*

33 *Statutum de lucranda dote, an procedat in bonis feudalibus datis in dotem.*

34 *Patrimonium feudale contribuit ad onera pro rata bonorum.*

35 *Donatio omnium bonorum non complectitur decimas, & iura spiritualia.*

QVÆSTIO SECVNDA.

36 *Vniuersalis alienatio, obligatio, vel alia feudatarij dispositio cum assensu directi dominij, an comprehendat feuda?*

37 *Doctores defendentes affirmatiuam opinionem, quod in vniuersali dispositione feuda includuntur, & qui negatiuam, numero 40.*

38 *Petitionis hereditatis iudicium includit feuda.*

39 *Vniuersalis sermo omnia includit, nisi ea quæ specifice excipiuntur.*

41 *Generalis hipotheca tacita non includit feuda.*

42 *Generalis donatio non includit feuda nisi nominatim dictum sit.*

43 *Fideicommissum generale non includit feuda.*

44 *Authentica res quæ capit. communia de legatis dispositio non includit feuda.*

45 *Statutum generale non includit feuda.*

46 *Renunciatio generalis non includit feuda.*

47 *Generalis quælibet dispositio non includit feuda absque specifica feudorum mentione.*

48 *Generalis dispositio comprehendit feuda si de contrahentium mente per æquipollentia verba, vel ex coniecturis constare poterit. & nume. 50.*

49 *Expressum dicitur id, quod in oratione tacitè includitur.*

51 *Regalia includuntur in generali dispositione si de contrahentium mente constat.*

52 *Restitutio generalis, quæ fit ex causa pacis includit feuda.*

53 *Restitutio generalis includit ne dum feuda, sed omnia per prius concessa etiam regalia, aliaque indigentia speciali concessione.*

QVÆSTIO TERTIA.

54 *Mandatum generale, vel vniuersale ad omnes causas, & lites, an comprehendat feudales?*

55 *Decisiones Sacri Concilij in hoc articulo. & num. 65. & 73.*

56 *Feuda in generali sermone non includuntur.*

57 *Inuestitura petitio, & præstatio iuramenti fide-*

in fidelitatis speciale requirit mandatum. & num. 77.
58 *Causæ feudales sunt ardua, & graues. & num. 60.*
59 *Mandatum generale non sufficit in arduis, & grauissimis causis.*
61 *Mandatum speciale requiritur in criminalibus.*
62 *Clausula ratihabitionis quid operatur in mandatis.*
63 *Procurator cum libera an agat causas feudales.*
64 *Generale mandatum in causis feudalibus, an sufficiat, si lites non specificantur.*
66 *Mandatum speciale per aequipollentia verba explicari, & committi potest.*
67 *Mandatum ad lites absque assensu non operatur, vt feudatarius feudo priuetur.*
68 *Mandatum ad lites non minuit feuda.*
69 *Assensus directi domini non requiritur in mandato ad lites.*
70 *Sententia lata cum feudatario praeiudicat directo domino, quando sincere, & absque fraude.*
71 *Transactio fieri potest per vassallum de iure communi feudorum super feudo non in Regno.*
72 *Mandatum ad vendendum feudum nõ requirit assensum superioris domini.*
73 *Mandatum Generale non includit reseruata supremo Principi, vel Pontifici.*
74 *Tex. istius dispositio an exorbitans sit.*
75 *Tex. istius dispositio ad similia non trahitur.*
76 *Antonius Gabriel notatur.*
78 *Causæ graues per aequipollentia verba voluntatem demonstrantia committi possunt.*
79 *Litium appellatione an veniant lites feudales.*
80 *Bonorum appellatione an veniant feuda.*
81 *Obligatio feudalium cum assensu an includat titulata.*

QVÆSTIO QVARTA.

82 *Indefinita an aequipolleat vniuersali in feudis.*
83 *Materia feudorum stricta est.*
84 *Indefinita legis aequipollet vniuersali non indefinita hominis.*
85 *Forma data per legem per aequipollens impleri potest, non forma hominis.*
86 *Indefinita aequipollet vniuersali comprehensiue in eo, quod expressit.*
87 *Indefinita aequipollet vniuersali in fideicommissis.*

QVÆSTIO QVINTA.

88 *Fructus feudorum, & maioratus an includantur in generali bonorum obligatione durante feudatarij vita.*
89 *Fructus feudi durante haerede vita an veniant in generali obligatione bonorum.*
90 *Fructus feudi exequuntur etiam absque assensu.*
91 *Creditor immittitur in possessionem feudi durante vita feudatarij. & numero 93.*
92 *Ius inseparabile fit separabile per necessitatem.*
94 *Fructus feudi durante vita feudatarij vendi possunt absque assensu.*
95 *Fructus a feudo separati sunt allodiales.*
96 *Fructus beneficij a solo separati non sunt Ecclesiastici.*
97 *Vsusfructus super feudo absque assensu constitui non potest.*

QVÆSTIO SEXTA.

98 *Vendito, vel concesso feudo, an veniant causæ appellationum.*
99 *Decisio Caroli Quinti cum Rege Angliæ in hoc articulo.*
100 *Causæ appellationum sunt de regalibus.*
101 *Iustitiarius Regni est ordinarius iudex appellationum.*
102 *Baro in dubio abstinere debet à causis appellationum si speciale priuilegium non ostendit.*
103 *Causæ appellationum includuntur, quando sunt de natura rei concessæ.*
104 *Causæ appellationum an includantur sub mixto Imperio.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

105 *Iurisdictio an includatur in generali concessione, vel venditione castri.*
106 *Iurisdictio an sequatur alienationem castri, quando est distincta, & separata à castro.*
107 *Iurisdictio ciuilis inclusa intelligitur concesso castro cum vassallis, & territorio.*

108 *Iurisdictio cohæret territorio sicut nebula supra Paludem.*

109 *Iurisdictio ciuilis est inseparabilis à territorio.*

110 *Iurisdictio criminalis non includitur, vendito, vel concesso Castro, nisi specialiter nominetur.*

111 *Iurisdictio criminalis est de regalibus.*

112 *Merum Imperium includitur in generali concessione Castri, & quid in Regno. nume.117.*

113 *Merum Imperium adhæret administrationi quam habet feudatarius ratione territory.*

114 *Castrum cum territorio continet vniuersitatem prædiorum infra fines positorum.*

115 *Vniuersitate concessa etiam incorporalia veniunt.*

116 *Vniuersitate concessa transeunt etiam nō transibilia.*

117 *Merum Imperium in Regno non includitur in feudis de nouo erectis.*

118 *Merum Imperium est de regalibus.*

119 *Merum imperium tempore Regis Alfonsi non ante concedi cœpit.*

120 *Feudo concesso includuntur omnia ad feudum per prius pertinentia, & solita cum feudo concedi.*

121 *Feudum de nouo erectum, & concessum non includit iurisdictionem criminalem, nisi specificè concedatur.*

122 *Iurisdictio de nouo acquisita feudo non cedit.*

123 *Iurisdictio de nouo acquisita de per se retineri potest, & nil commune habet cum feudo.*

124 *Successio diuerso iure regulatur quoad feudum antiquum, & iurisdictionem de nouo quæsitam.*

125 *Feudum antiquum diuerso iure iudicabitur à iurisdictione prædictarum appellationum de nouo emptarum, vel concessarum.*

126 *Augumentum feudi de nouo emptum dicitur extrinsecum alterius naturæ, & qualitatis ab ipso feudo.*

QVÆSTIO VIII.

127 *Venditis, vel hypothecatis bonis cum assensu, an feudum venditum, vel hypothecatum esse censeatur.*

128 *Afflictus corripitur.*

129 *Generale pronunciatum restringitur per rationem expressam subsequentem, vel tacitè inherentem.*

130 *Feudum venit in petitione hæreditatis.*

131 *Lex fin. C. de edic. diui Adriani, an habeat locum in feudis.*

132 *Petitio hæreditatis est iudiciū vniuersale.*

133 *Generalis loquutio ab vniuersali satis differt.*

QVÆSTIO IX.

134 *Generalis alienatio, vel dispositio, an includat feuda sui natura alienabilia absque assensu domini, & quæ sint ista.*

135 *Cannetius feudista Siculus in intellectu Iser. deceptus.*

136 *Bonorum appellatione cōtinentur feuda.*

137 *Decima non includitur in generali donatione facta laico.*

138 *Inclusio, vel exclusio dependet ex habilitate rei in contractum deducta.*

139 *Correcta ratione legis, an censeatur lex ipsa correcta.*

140 *Feuda in Francia de generali consuetudine donantur, venduntur, & pignorantur absque assensu.*

141 *Feuda in Francia sunt allodialibus adæquata.*

142 *Feudum esse non desinit remisso seruitio.*

143 *Seruitium non est de essentia feudi, sed fidelitas.*

144 *Feudum est deducibile in contractu cum assensu.*

145 *Voluntas, & potestas regulant humanos actus.*

QVÆSTIO X.

146 *Concesso Castro cum iurisdictione, an includatur etiam territorium cum iurisdictione ad territorium.*

147 *Castro concesso omnia includuntur, quæ per subditum possunt possideri, & Principis personæ non cohærent.*

148 *Castro concesso cum iurisdictione, an veniant regalia.*

149 *Territorium includitur in concessione castri simpliciter facta.*

150 *Castro concesso includitur territorium cum iurisdictione quando sunt de pertinentijs castri.*

QVÆSTIO XI.

151 *Castro concesso veniũ includuntur vassalli.*

152 *Homo nobilissima creatura.*

153 *Vassalli*

153 *Vassalli pertinentes Baroni non vti Baroni, sed priuato, an includantur in prædicta concessione.*

154 *Vassalli sunt pars feudi non totum.*

155 *Concessa non videntur ea, quæ separata sunt corpore, & significatione.*

156 *Concessis hominibus an includantur habitationes, & fortalitium.*

157 *Vassalli angarij, & ascriptitij à burgensibus differunt.*

158 *Concesso feudo cum iuribus, & pertinentijs suis, quid includat.*

159 *Clausula cum iuribus, & pertinentijs quid operatur.*

160 *Ioannes Franciscus de Ponte Marchio, & Regens doctissimus.*

161 *Feudum est vniuersitas facti, & omnia corpora includit.*

162 *Diuisio feudi iure communi feudorum, & Regni improbatur.*

163 *Castro, seu fortalitio concesso includuntur arma, & bellica instrumenta ibi existentia.*

164 *Allodialia quæsita post feudum, & possessa coniunctim cum feudo, an includantur in castri venditione.*

165 *Fundum dilatatur, constituitur, & limitatur destinatione patris familias.*

166 *Fundum in dubio augetur, atque minuitur sola patris destinatione iure perpetuæ accessionis facta.*

167 *Accessio hæc ad feudum discreta, an in omnibus sequatur naturam feudi.*

QVÆSTIO XII.

168 *Concessio castri generalis, vel vniuersalis facta à summo Pontifice an includat spiritualia.*

QVÆSTIO XIII.

169 *Ius patronatus Ecclesiæ an includatur in generali concessione castri.*

170 *Ius patronatus Ecclesiæ transit cum vniuersitate in quemlibet.*

171 *Ius patronatus singulari titulo transit in aliam Ecclesiam ex persona priuati, quæ habet præsentationem, vt priuatus.*

172 *Ius sepulchri transit cum vniuersitate.*

173 *Iura decimarum, & alia merè spiritualia non transeunt cum vniuersitate.*

QVÆSTIO XIIII.

174 *Castro, vel comitatu concesso cum mero, mixtoque Imperio, & omni iure nullo reseruato, an includantur regalia, aliaque reseruata in signum supremæ potestatis.*

175 *Regalium specialis requiritur concessio.*

176 *Regalia sunt de iuribus coronæ, eique annexa, & inseparabilia, & quæ sunt ista, nume. 179.*

177 *Regalia non sunt in commercio.*

178 *Auctor quidam erroris notatur.*

179 *Monetas cudere, leges condere, alienare directa dominia feudorum, creare magistratus, & similia, sunt de Regalibus Coronæ inseparabilibus.*

180 *Regalia merè affixa sunt ossibus Principis, à cuius potestate separari nequeunt.*

181 *Decisio tribunalium in hoc articulo.*

182 *Pauli Castrensis, & Iasonis doctrina refellitur.*

183 *Ius patronatus cum vniuersitate transit, specialiter tamen, & de per se concedi non potest.*

184 *Regalia cum vniuersitate non transeunt nisi specifice concedantur.*

185 *Argumentum à iure patronatus ad regalia non procedit.*

186 *Petrus de Gregorio notatur.*

QVÆSTIO XV.

187 *Castro concesso cum mero, mixtoque Imperio, & alijs quibusdam regalibus specificè nominatis adiecta clausula, & quæcunque alia quocunque nomine censeatur, includantur ne cætera regalia specificè non nominata.*

188 *Regalia in Gallia filijs Regum dumtaxat non cæteris Baronibus conceduntur.*

189 *Rex perpetuo in dubio concessisse intelligitur.*

190 *Regalia in dubio, an inclusa censeantur sub prædicta concessionis forma.*

191 *Regalia maiora, et affixa ossibus Regis, quæ sint.*

192 *Regalia concessa Baroni non sunt amplius regalia.*

193 *Clausula cum regalijs, quid importat.*

QVÆSTIO XVI.

194 *Facultas readificandi Casalia, Terras, vel Ciuitates destructas, an comprehendatur sub generali concessione Castri, Comitatus, vel status, absque alio assensu superioris domini, & idem dubitatur in quolibet Barone habente in eius territorio antiqua ædificia inhabitata.*

195 *Refectio facilius conceditur, quam constructio de nouo.*

196 *Sinagoga funditus destructa non potest reconstrui.*

197 *Vsusfructus an sit extinctus destructa domo.*

198 *Fortalitium per rebellionem destructum, an readificari possit post reconciliationem.*

199 *Baro in Regno Siciliæ citra farum an readificare possit casalia diruta absque assensu, quando sunt sita infra fines feudi sui.*

200 *Generali in concessione castri an veniant Balistæ, Bombarda, Tormenta bellica, & similia.*

201 *Generali in concessione castri an includantur boues, equi, aliaque animalia ibi existentia, Item.*

202 *Mobilia in feudo existentia pro perpetua illius vtilitate, item silua, oliua, vinea, an veniant in generali concessione castri.*

203 *Iurisdictio de nouo empta in castro antiquo non regulatur in successionibus, & alijs, vt feudum antiquum.*

204 *Vassallus alienans feudum ignoranter, an illud perdat.*

205 *Leges omnes loquentes de prohibita alienatione feudorum præsupponunt scientiam feudatariorum circa qualitatem feudalem.*

206 *Supina ignorantia punitur.*

207 *Ignorantia facti regulariter excusabilis est non iuris.*

208 *Feudatarius reuocando vẽditionem contra proprium factum venire potest, & soluto pretio feudum recuperare, & pinguius in regno feudatarijs prouidetur.*

209 *Statuta in venditione feudorum intelliguntur de omni contractu, ex quo dominium quantum in se erit transfertur.*

210 *Venditionis appellatione omnis alienatio continetur.*

211 *Vassallus dubius de qualitate feudali à domino interrogatus quomodo respondere debet.*

CAP. IN GENERALI.



1 REQVENTISSIMA
non minus, quam vtilis
est materia istius c. & in
palatijs quotidie ad praxim redacta, ideo oportet distincta, & altiori methodo illam
declarare. in Generali alienatione vas
2 salli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit; hoc dicit: breuius summari non potest tex. iste, concordat capit. primo, in primo responso infra de Capita. qui Cur. vendi. an intelligatur beneficium vendidisse, de iure communi est text. in l. obligatione generali cum sequen. ff. de pignor. capitu. in Generali de Officio Vicarij in sexta Regula in generali concessione de regul. iur. in sexto, vbi bona, & pinguis Gloss. l. Aufidius ff. de priuil. Creditor. a simili l. 3. de euictio. l. qui peculij ff. de pecul. l. filiusfamilias ff. de donatio. capit. quod translationem de officio legati, quæ Iser. hic allegat, concordat tex. in l. Regni ea quę ad decus, & in l. Dignum, Camer. in l. Imperialem fol. 59. colum. quarta, litera R. Expositio literæ plana est tam in tex. isto, quam in contextu capitu. primi, infra de Capit. qui Cur. vendi. Titius habet bona tam allodialia, quam feudalia vendidit generaliter bona sua. Dubitatur, an feuda in hac generali venditione sint compræhensa. Pro ratione dubitandi, multa iura allegari possunt, quæ probant feuda censeri compræhensa, adducta per Gloss. in dict. capit. primo, de Capit. qui Cur. vendi.
3 quæ hic non repeto. Confirmatur quia bonorum appellatione venire feuda nos dubitare non possumus, & late probat Tiraquell. post alios in repeti. l. si vnquam vers. bona numero 10. C. de reuoc. donat. Iser. in capit. primo, de capit. qui Curt. vendi. numero tertio, circa finem ibi, cum tamen appellatione bonorum contineantur feudalia, quicquid plures erronee dixerint

xerint Io. Vincent. Anna singul. 477. Ergo sub generali bonorum alienatione feuda comprehenduntur, Item
4 Bald. hic post princip. dicit, quod venditis bonis intelligitur venditum feudum, quod est alienabile, idem Bald. & Iser. in dict. capit. de capit. qui Cur.
5 vendi. Item militia, quæ vendi potest comprehenditur in generali obligatione bonorum l. fin. & Aute. ibi posita C. de pignor.

6 Cæterum militia, & feudum æquiperantur Iser. in l. Regni diuæ memoriæ, & in capit. primo, §. donare supra qualiter olim feudum alien. poter. & alibi. ergo sub generali bonorum venditione feuda censentur comprehensa, tanto magis, quia Io. Faber. in Rubric. de rer. diuis. Institut. ita concludit, & Bartol. dicebat hipothecam datam a iure pro restitutione dotis com
7 petere etiam super feudis cótra quem bene insurgit Negus. in 2. memb. secundæ partis numero 43. post alios, & quæ dicitur oratio particularis, vel sin
8 gularis, ac vniuersalis Bar. in l. si ita relictum in princip. de leg. secundo, Intriglio lns de feudis quæstione 20. numero 16.

9 His tamen similibusque non obstantibus, consuetudines istæ feudales determinant contrarium statuendo in generali venditione bonorum non venire iura vassallorum, & dominium quod uendens habet in feudis etiam contiguis, vel annexis cum Curti, seu allodio uendito dicit text. in dicto capitul. primo, de Capit. qui Cur. uendit. nisi specialiter de feudis agatur, vel sentiatur, & hæc est indubitata conclusio, ac planus istorum Iurium intellectus, & pro contrariorum solutione uidenda erunt, quæ dicam infra quæstione 9.

10 Quæ conclusio ampliatur, nedum in feudo ex pacto, sed etiam hæreditario quod in generali bonorum obligatione non comprehenditur. Camillus Salernus ad consuetudinem Neapolis, si cui militi versic. uigesima octaua conclusio Anchar. consil. 39. column. secunda, Soci. consil. 74. libro quarto, Paris. consil. tertio, numero tertio, 34. 35. libro primo.

Quæstio Prima.

11 QVÆRO PRIMO, quæ sit istius ueræ conclusionis decidendi ratio? Tres uariæ a Doctoribus hic,
12 & alibi assignantur, & quoniam detecta uera decidendi ratione, quæstiones plures facilius ea sola considerata terminari possunt in materia, expedit itaque illas sigillatim discutere, atque referre.

13 Prima decidendi ratio est, quia feuda alienari, & hipothecari prohibentur absque assensu, imo feuda amittuntur, & ad Dominum deuoluuntur, quando ita alienantur l. Imperialis de prohibit. feud. alien. per Lothar. infra, & l. Imperialem de prohib. alie. per Feder. & in l. Regni constitutionũ diuæ memoriæ, Ergo ad hoc crimen, & feudatarij damnum euitandum statutum fuit feuda in generali alienatione bonorum non comprehendi, nisi nominatim de his actum sit, fuit opinio Ioannis Fabri in dicta Rubric. de rer. diuisio. Institutionibus, qui dicit, quod in Regno Franciæ feuda ex con
14 suetudine possunt absque assensu alienari, & ideo ueniunt in generali obligatione, & alienatione. Sequitur Ioannes Aloysius Doctor Siculus in extrauaganti, volentes, Addo Rafaelis Cumani doctrinam consil. suo vltimo numero tertio, dicentis hæc verba. Quinimò nec huiusmodi generali bonorum obligatione, comprehendi debet prohibita obligari, cum per hoc obli
15 gans cecidisset in pœnam de condi. sin debit. l. si procurator, & ibi Barto. de his, quæ in fraud. credit. l. si pater de pignor. l. obligatione generali, & Barto. expresse, de legat. secundo, l. codicillis, §. instituto, & Bald. C. de fideicommiss. l. voluntas, hanc eandem decidendi rationem veram esse testatur hic Præpositus, colum. prima, & post eum Franciscus Sonseuus, cui Baldus quoque consentire videtur, Aluarotus primo notabili hic, & in cap. primo, infra de Capit. qui Curi. vend. primo notabi Menoch. consil. 16. numero 16. qui cæteros congerit Curt. iun. consil. 26. numero octauo, Crauet. consi. 303. num.

S 3 quarto,

quarto. Addo ego doctrinam Odoffr.
in summa.cap.quib. mod. feud. amit.
numero 28.& 29.fol.95.à ter. qui ean
dem euomuit decidendi rationem à
prædictis quoque sequutam tacitò Au
thore, Franciscus Bursatus, consil. 31.
numero 18. qui erroneè allegauit Ca-
mer.& alios: Speculator in titu.de pi
gnor. §.primo, versic.penult. Alexan.
consil.41.numero primo, libro sexto,
qui Baldum allegat, & est commune
Doctorum problema, Lopes in capit.
per vestras, §.38.numero secundo. Bar
tol.in l.codicillis, §.instituto, numero
quinto, de legat. secundo, Afflic. hic
numero quinto, Præpositus post prin.
Rodulfus Scraderi de feudis parte ter
tia, cap.quarto, numero 43. Franciscus
Aluarot.consilio 121.nume. 36. inter
consil.feudalia Alberti Bruni.

Hæc tamen decidendi ratio in text.
falsa est, & ex eisdem verbis reiecta ibi
16 nisi nominatim dictum sit, & in con-
textu, cap. primi, de Capit. qui Cur.
vend. ibi nisi expresse de eo actum sit,
ergo dispositio ista, & conclusio non
est fundata in potestate vasalli alie-
17 nantis, sed in eius voluntate, dum con
cedunt iura, quod si nominatim de
feudis fuisset actum in alienatione
18 compræhenderentur, talis enim est
natura illius dictionis (nisi) explicat
Decius in l. age cum Geminiano, C.
de transactio.

19 Item quando lex disponit de aliquo
casu particulari, omnia alia præsuppo-
nit, quæ requiruntur ad validitatem
dispositionis præter id, de quo tracta.
Decius in capit.primo, de iudicijs re-
fert, & sequitur Alciatus in l.prima,
versicu.explicitis, C. de sentent. quæ
pro eo, quod interest, sed nil absurdius
considerari potest, quam dicere, dispo
sitionem huius text.esse fundatam eo
casu, quo alienatio esset perpetuo nul-
la, etiam si nominatim fieret mentio;
contra verba expressa istius text. in ea
implicatiua, nisi, dicendum igitur erit
dispositionem istius l. non in potesta-
te, sed in voluntate vasalli fundatam
esse, & prædictam decidendi rationē
esse falsam, prout eam benè impugnat
Ioannes Antonius Canet.in eius con-
fusa repetitione extrauagantis, volen-
tes, fol. mihi 21. in cap.incip. colligitur
etiam ex hac lege per totum, vbi de
prędicta, & sequentibus quoque disse
rit decidendi rationibus, cui ego addo
Capyc.in inuest. versiculo feuda bono
rum appellatione, colum. versicu. quæ
ro tertio, qui format quæstionem an
20 assensus Domini interueniens in obli
gatione bonorum vassalli operetur, vt
censeantur obligata feuda, & tenet,
quod non, ex defectu voluntatis, &
hæc est verissima conclusio, quamuis
cogitandum reliquerit Liparulus in
addit. magna post medium hic cui opi
nio. se subscripsit Camer. in l. Imperia
lem, fol.71. columna prima, versiculo
idemque putarem, vbi probat text.
istum non procedere, quando ex men
te contrahentium colligi potest, etiam
21 feudalia in eo contractu deducere vo-
luisse ex æquipollentibus verbis. De-
cisio ergo istius textus non in potesta-
te vassalli fundata est, quia domini as-
sensum in contractu nos præsupponi
mus in tex. sed in voluntate. hinc sub-
22 dit text. nisi nominatim dictum sit.

Secunda decidendi ratio, quam tra
dit hic Isern. & in dicto capitu. primo,
infra de Capit. qui Cur. vend. Afflict.
ac cæteri plures post eum communi-
ter est propter dignitatem tam feuda-
23 tarij, quam vassallorum, Circa vassal-
los est text. in l. iustissime, ff. de ędil.
edict. quia nobilissimæ creaturæ sunt,
24 & inde feudatarius nobilitatur, cap. 1.
quis dicatur Dux, & ibi Isern. ac cæ-
teri feudistæ, idem Iser. in l. Regni pro
sequentes Marinus Freccia in tit. quis
dicatur Baro, & cæteri passim, ergo ra
tione rei deducendæ in contractum,
ac ratione etiam personæ feudatarij
ex ea nobilitati non præsumitur, ita
faciliter feudatarium in generali alie-
natione uelle se re adeo nobili priua-
re, ac etiam se ipsum consequitur no-
bilitate ista eclipsare nisi expresè id
actum esse probetur, ut Iser. dicit hic.
capit. primo, de Capit. qui Cur. uendi.
25 argument. l. qui peculij ff. de pecul. &
honorabiliora non ueniunt sub uer-
borum generalitate l. eos C. de aquę-
duc. libro 11. & ex dicto illo Isern. nu-
mero tertio, ubi addentes in vers. no-
bilitant, Tiraquellus de nobilitate ca-
pit.

pie, ſeptimo, in fine, & alij, quos Lipa-
rulus congerit, colligunt notabile uer
bum, quod Rusticus nobilitatus per
26 emptionem feudi nobilis cum uaſſal-
lis, ſi deinde uendit feudum, amittit
nobilitatem illam per feudi emptio-
nem quæſitam, Freccia libro ſecundo
titul. Quis dicatur ſubfeudatarius in
Regno numero 11. Camer. in l. Impe-
rialem fol. 72. colum. tertia, confirma-
ri poteſt hæc decidendi ratio ex uer-
bis Vulpiani in l. obligatione genera-
li ff. de pignor. dicentis in generali ob-
ligatione bonorum præſentium, & fu
turorum non compræhendi ea, quæ
veriſimiliter quiſque non fuiſſet ſpe-
cialiter obligaturus, ut ſupellex, quo-
tidianæ ueſtes, mancipia, ac alia neceſ
ſaria miniſteria, quæ ſi debitori aufe-
runtur, faciunt eum quodammodo
ſtatum mutare. Gloſſ. notab. in regu-
la in generali conceſſione de reg. iur.
in ſexto, ſed per uenditionem feudi
cum uaſſallis factam a Ruſtico effe-
cto nobili per paradogium mutatur
ſtatus, & iterum Ruſticus, & ignobi-
lis efficitur, reſque ad primęuam natu
ram reuertitur, Ergo feuda hæc in ge-
nerali uenditionę non cenſentur com
præhenſa.

27 Tertium aſſignant decidendi ratio-
nem diſtinguentes patrimonium pa-
ganicum, & feudale, & quod natura
feudorum ſit ſeparata, & diſtincta a
28 bonis allodialibus, ideo non ueniunt
in generali obligatione, ſed de his ſpe-
cifica fieri debet mentio, & ſic alie-
nando generaliter quis bona ſua, cen-
ſetur allodiale tantum patrimonium
alienare, & non aliud patrimonium
29 diuiſum, diſtinctum, & ſeparatum al-
terius naturæ, niſi de eo expreſsè a-
ctum ſit; opinio fuit Signoroli de Ho
modeis conſil. 218. incip. quidam di-
ctus Iannolus in primo dubio. Bald.
conſil. 207. quæſtio eſt Spurius libro
ſecundo, numero quinto, dicit hęc ver
ba. Sed ad hoc reſpondeo, quod feu-
dum non eſt corpus hæreditarium
30 ſimpliciter, ſed eſt quoddam quid:
quod interdum eſt, in hæreditate, in-
terdum extra hæreditatem: notatur
in l. Item videndum §. fin. ff. de peti-
tio. hæredita: capitul. primo, an filius,
vel agnatus colla. 10. Item interdum
31 eſt in bonis, interdum non, Ergo non
tranſit cum vniuerſitate imo non re-
32 peritur ineſſe, quia ratio, & conditio
eius non patitur, argumento eorum,
quæ notantur ad Trebell. l. quia per-
inde ff. de operis liberto. leg. ſi opera-
rum, ſequitur Decius conſil. 139. in fi-
nalib. verbis, alios congerit, & ſequi-
tur Tiraquell. in primo retractu §. pri
mo, Gloſſ. tertia, numero octauo, & in
tracta. le mort ſais ir parte quarta, de-
claratione quinta, numero 18. Pari-
ſius conſilio ſeptimo, numero ſexto,
Ioannes Antonius Cannetius Sicu-
lus in extrauaganti (volentes) capit. in-
cip. Colligitur etiam ex hac lege nu-
mero 12. fol. 21. ſequitur Ioannes Pe-
trus Surdus conſil. 63. numero 28. qui
ad id probandum plura affert ſimi-
lia, inter cætera adeſt illud ſtatutū de
33 lucranda dote vt non procedat in bo-
nis feudalibus datis in dotem ratione
naturæ ſeparatæ a cæteris bonis Bald.
Aluarot. & alij in capit. primo, an ma-
ritus ſuccedat vxori in benefic. & in
capit. primo, de inueſt. de re aliena fa-
cta. Rolan. in tract. de lucro dotis quæ
ſtione 54. numero 15. & conſil. 29. nu
mero 13. & ſequen. libro tertio, vbi la-
tè Fanutius in eod. tractat. Gloſſ. 10.
numero 55. & plures alij, quos Surdus
congerit, Cephal. conſil. 523. numero,
31. aliam, & quartam aſſignat deci-
dendi rationem Dominus Ioannes
Vincentius Anna alleg. 118. numero
primo, & ſecundo.

34 Conferunt hic dicta per Capyc. de-
ciſion. 198. qui decidit ad onera hære-
ditaria teneri patrimonium allodiale,
& feudale pro rata bonorum, & eſt
deciſio frequentiſſime recepta D. An-
na allegat. 96. Illuſtriſſimus Marchio
Ioannes Franciſcus de Ponte conſilio
52. poſt alios, quo iure nos frequenter
vtimur.

Dicit amplius Innocentius, & Ho-
ſtien. in capit. ex literis de iure patro-
na: quod ſi Epiſcopus donat villam,
omniaque iura, quæ ibi tenet, & ha-
35 bet: decimas, ac iura ſpiritualia dona-
re non intelligitur, quia dictio hac co-
ferri non debet ad ea, quæ ſunt peni-
tus alterius iuris, quam ea, quæ prin-
cipa-

cipaliter donantur, sequitur Alber. in Dictionario vers. homines, Ioannes Petrus Surdus consil.63.numero 28. post Aluarot. hic columna secunda, Franciscus de Aluarot.consil. 121.inter consilia feudalia Alberti Bruni,numero 33. qui pluribus vtitur rationibus.

QVÆSTIO SECVNDA.

36 QVÆRO SECVNDO. quid in vniuersali alienatione, obligatione,vel alia dispositione feudatarij cum assensu Domini, an veniant feuda,veluti dicendo,vendo,vel hipotheco omnia, & quæcunque bona mea,vel alia similia vniuersalia verba proferendo? Magna fuit hactenus Doctorum controuersia in hoc articulo, adeo quod verè vix deregi potest,quæ sit communis, alij affirmatiuam, cæteri verò negatiuam partem tuentes.

37 Dec.con.389.numero 11.& consil. 61.nume. primo,in fine. Author fuit affirmatiuę sententiæ quod in vniuersali dispositione feudatarij veniant feuda; sequitur Curt.iun.consil.26.num. octauo, Purpurat. in l. omnia si cert. petar.& in l.prima,numero 47.de officeius.Alciat.in l.fin.num. 81. C.de pactis,& consil. 611. Riminal. Instituta quibus alienare licet,vel non,numero 179. Ias.consil.124.lib.quarto, quos allegat Crauet.in l.prima.47.de leg. primo,& consil.256.numero sexto, vbi contrarijs respondet medijs,& consil.i 303.numero quarto,Natta consi.159. numero 24.ita declarat text.istum, & consil.516.num.quarto,& consi.583. num.16.Cephal.consil.207.num. 34. Bald.& Afflict.hic ante Lipar. in eius addit. qui cæteros Afflicti locos concordes congerit Ruin.consil.25.num. quinto,& consil.37.num.12. in fine libro primo,Menoch.consil.16. nume. 16.dicit text.istum non procedere in dispositione vniuersali, Franciscus Becius,consil.94.num.32.dicit hanc sententiam absque controuersia procedere,quando vniuersalia verba ab homine proferuntur, quia aliquam restrictionem non recipiunt,plures quoque congerit vltra prædictos Doctissimus Ioannes Petrus Surdus consilio 73. à numero 62.ad 72.libro primo, prædictam quoque sequendo sententiam Bellonus,consil. nono,num.septimo, & sequent. Albanus, consil.73. Alex. consil.secundo,colum.prima, libro 4. Ioannes Faber, Institut. de rer. diuis. in principio in hanc sententiam inclinare videtur sub dubio tamen: Tiraq. in l.si vnquam versiculo bona nume. 15.C.de reuocan.donat.qui ad id probandum allegat Glos.in capi. primo, versiculo suorum bonorum, sup. per quos fiat inuestitura, idem Tiraquell. expresse in primo retractu Glos.tertia numero 8. in hanc partem inclinare videtur Isern.infra de Capit.qui Cur. vendi.num.3. ibi indefinita æquipolleat vniuersali. Corneus benè consil. 321.in final.verb.libro quarto, Dom. Ioannes Vincentius Anna sing. 328. & 577.Camer.fol.71.columna prima, versiculo idemque putarem vt infra in limitationibus dicemus, quæ omnia ibi dicta hic repeti possunt, sequitur Iacobus Cuiacius Feudista magnus libro quarto,de feudis titu.19.in fine, subdens, quod dictio omnis a Valentiniano peremptorium vocabulū appellatur & omnia includit: Parisius, consil.12.numero 54.libro primo,vbi de materia ista latè Afflict.hic nume. 21.& sequen.

38 Item in iudicio petitionis hæreditatis vniuersali feuda includuntur. Bart. & ciuilistæ in l.si patroni ff.ad Trebellia.Isern.& Feudistæ in cap.primo, infra,an agnatus, Ergo in uniuersali loquutionis forma feuda includuntur, & ad hoc allego text.singularem, in l. quædam,ff.de acquiren. rerum dominio,quem allegat, eandemque tenet opinionem Ioannes Faber, Instituta in Rubrica de rerum diuisione, num.

39 secundo,& in uniuersali sermone omnia veniunt,nisi specialiter excipiantur,l.quicquid astringendæ primo responso de verbor.obligat.l.final. C.de dotis promis.Bald.de Capit. qui Cur. vend.num.primo.

40 Contrariam tuetur sententiam Author additionis ad Mathesilanum singul.136.num.3.ad 12.qui ad partes ar

ticulum

ticulum disputat, & plures congerit pro sua opinione, quam latissimè quoque tuetur Hieronymus Cagnolus in l. fina. num. 253. & sequen. C. de pactis, vbi ad partes etiam disputat post Socin. in l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. & alios, quos allegant Capyc. in Inuestit. §. feuda bonorum appellatione versic. renunciatio generalis, Martinus de Fano Marianus Socin. Crotus, & alii quos allegat Cagnolus loco supra citato Bursat. consi. 187. numero 33. Iacobus de Beluisio hic, Doctores plures in l. prima, C. quę res pignori obligari possunt, Afflict. parum constans fuit in hoc articulo, vt liquet ex locis congestis per Tiraquel. in l. si vnquam versiculo bona, numero 15. C. de reuoc. donat. Anna alleg. 118. numer. septimo, & octauo, sed in capitu. primo, de vassal. decrep. ætat. numero 43. refert contra eum fuisse decisum, Bursat. consilio 187. numero 33. Priorem affirmatiuam opinionem nos veriorem atque magis communem esse putamus, Rationes tamen plures a Doctorib. adductę falsæ sunt, & illa præcipue, quæ adducitur a Menochio dict. consil. 16. numero 16. post alios. Sed quoniam plures adsunt ex prædictis, qui articulum ad partes disputant, ad ipsos me remitto, etsi plura præter cæteros essent dicenda, quæ sileo, quia parum necessaria propter clausulas de stilo a Notarijs apponi solitas, quando contrahentes obligant eorum bona, Notarij extendunt etiam feudalia. Vnde tollitur prędicta disputatio, ex verbis frequentius extendi solitis, & vetusta fuit cautela a Regni peritioribus inuenta.

Ampliatur multifariam, multisque modis conclusio, atque istius text. dispositio, quod in generali alienatione non compræhendantur feuda, vt pro-
41 cedat etiam in generali hipotheca tacita, in qua non ueniunt feuda Capyc. in l. Imperialem prima gloss. conclus. prima, de prohib. alie. per Feder. Martin. Laudensis in capitu. primo, §. fin. supra, de success. feudi post Bal. & alios, quos Capyc. allegat, sequitur Regens Lanarius consi. fin. numero quarto, Franciscus Bursat. consilio 187. numero 33. libro secundo, Soc. Iun. consil. 72. numero 51. plures allegat Antonius Gabriel commun. opin. libro sexto, conclus. 12. numero 25. Guid.
42 Papa consil. 214. Item in generali donatione, in qua feuda non compræhenduntur, nisi nominatim dictum sit, Ægidius consil. 17. colum. octaua, Guido Papæ consil. 215. & 218. Alexand. 169. colum. tertia, versic. fortificantur prædicta libro secundo, Socin. iun. 72. numero 50. libro primo, Albertus Brunus consil. 115. nume. ter-
43 tio, Parisius consil. septimo, columna prima, uolum. primo. Item in generali fideicommisso Aluarot. hic numero
44 quarto. Item nec in dispositione Ante. res quæ C. commun. de legat. compræhenduntur feuda. Item nec in ge-
45 nerali statuto, nec in generali renun-ciatione alijsque in casibus, quos post
46 Ias. consil. 152. libro quarto, & consil. 224. libro secundo, quamuis in eo casu particulari contrarium concludat, communem tamen sequitur Io. Petr. Surd. consil. 63. numero 28. qui dicte loquitur Parisius consil. 12. in secundo, & tertio, dubio libro primo, latissimè Tiraquell. de retractat. §. primo, Gloss. tertia, & alios, quos congerit hic Liparulus, cui addo eundem Tiraquell. latissime in tractat. le mort. sais it le vif. part. quarta, declarat. quinta, quæ non repeto, vbi numero 18. ge-
47 neralem tradit regulam, vt in qualibet generali dispositione feuda non compræhendantur absque speciali, & expressa feudorum mentione. authoritate Signoroli consil. 218. Bald. consil. 107. quæstio est Spurius columna prima, libro secundo, & ibi nouissimi Addentes post Ardizzo. Cardin. Alexand. hic, & in capit. primo, supra, de inuestit. de re alie. facta, Dec. consilio 139. Ias. consil. 152. libro quarto, & alij passim Parisius consil. septimo, numero tertio, volum. primo, & consilio 12. numero 62. Soc. Iun. consil. 72. numero 47. libro primo, & consil. 74. in princip. eod. volum. Alexand. consilio 16. columna secunda, libro secundo, Guido Papæ consilio 215. & 218. colum. penulti. versic. ad octauum, Grama. decision. 103. numero 10. Cepha. consil.

consil.29.numero 12. Roland. latissime consilio 29.numero octauo, & sequentibus libro tertio, qui totam ferè materiam paucis perstringit vltra Doctores in l.si finita §.si de vectigalibus ff.de damno infecto.

48 Limitatur notabiliter istius tex. dispositio, vt non procedat, quando ex mente contrahentium per æquipollentia verba enunciata detegi poterit voluisse etiam de re feudali contrahere, eo casu feuda in generali alienatione, & dispositione compræhenduntur, & non procedet istius text.& capitul.primo, infra de Capit. qui Cur. vendi.dispositio Camer.notabiliter in l.Imperialem fol. 71. column. prima, versicul. Idemque putarem,& fol. 59. colum.tertia,versic.13.conclusio post Bald.in §. hoc, quod nos numero 12. versicul. Inuestituram infra de pace constantiæ, qui Odoffredum allegat, est de mente Isern.in capit.primo, supra,qui successi. tenean. numero octauo,ibi sed concedere emptori, probatur in l.mulier §.primo, ad Trebellia. ibi intellecta matris voluntate l.si mater C.de institu.& substit.l. si ita esset, ff.quando dies lega.cedat, est de mente Alber.in l.fin.C.de iurisd.omn. iudic. idem Iser.in capit. primo, colum. secunda,infra de Capit.qui Curi,vendit. sequitur hic Episcopus Nicoteræ Liparulus in eius magna additione ad finem. Conferunt dicta per eundem Camet.in l.Imperialem fol. 53. versi. hinc quoque, & præter eos probatur

49 conclusio,quod expressum aliquid dicitur, quod in oratione tacitè concluditur l.prætor §.primo, iuncta gl.ver. expressum est de oper. noui nunciat. Rursus quemadmodum euidens dicitur id, quod ex coniecturis declaratur l.licet Imperator de leg.primo,l.si quis locuples de manumiss. testamen. notatur in capitul. constitutionem de verb.signific.in sexto, & in l.si vero §. qui pro rei ff.qui satisda.cogan.ita nominatim,& expressim feuda includere dicimur, quando ex coniecturis

50 multiplicatis,ac per æquipollentia verba feuda in contractum deducere contrahentes voluisse colligimus Ludouicus Romanus notabiliter consilio 271. vis rota numero quarto, ita arguit ad probandum cætera regalia fore inclusa per æquipollentia verba ali-

51 quibus tamen regalibus per prius specifice nominatis,& nos infra quæstione xv. latius dicemus.

52 Limitatur secundo conclusio istius tex. vt non procedat in generali restitutione, quæ fit ex causa pacis, in qua veniunt etiam feudalia, etsi non expri mantur Florianus in l.loci §.fina. ff. si seruitus vendan. Bellamera decisione 743.& sequent. Franciscus Bursa. consil.187.proditor Principis numero 34. Afflict.hic numero 55.Iser. in capitu. vnico infra de vassal.decrep.ætat. Loffred.in capit.filij supra, hoc tit. latissime defendit in generali restitutione

53 venire nedum feuda, sed omnia per prius concessa etiam regalia, aliaque indigentia speciali concessione Isern. in capit. primo,quib.mod.feu.constit. pôt. Ioannes Vincentius de Anna alleg.62.& 52. Gram. decision.59. Oldrad.consil.121. plura D.Garsias Ma strillus Iuuenis doctus ad Petrum de Gregorio de concess.feudi par.7.quæstione secunda,litera C.

QVÆSTIO TERTIA.

54 QVÆRO TERTIO vtrum mandatum generale,vel vniuersale ad omnes causas compræhendat etiam causas feudales, de quibus nominatim dictum non fuit? Afflict. hic tenet non compræhendi, & in l. Regni,si quando, numero secundo, testa-

55 tur tamen contrarium fore decisum per Sacrum Concilium, idem tenet Capyc. in inuestit.§. feuda bonorum appellatione vers. mandatum fol. 91. de Anna singul.328. & alleg. 118. latissime, addo alium locum Tiraquelli in tractat. le mort.parte quarta, declarat.quinta,numero 17.Ioannes Baptista Afinius in sua praxi in princip. capitu.sexti, numero 21. Manfuetus in sua praxi, ritu.de procurator.numero 34.Ioannes Cephal.consil.523.numero 28. nouissime Rodulphus Schraderi in tractat.de feudis par.10. sectione 18.numero 118. cum pluribus sequentibus, vbi ad partes exactissime articu

lum

lum disputat, & hanc tuetur senten-
tiam, quæ absque dubio communis
est, & quamuis numero 123. aliquos
adducat pro contraria opinione, id ta-
men non dicunt, sed simpliciter con-
cludunt bonorum appellatione veni-
re feuda, quod uerum esse supra latius
probauimus, de mandato tamen ge-
nerali, quod compræhendat feuda,
non loquuntur Nicolaus Intrigliolus
quæstione 61. relata prius Afflict. &
sequacium sententia pro ea iudica-
tum fore testatur.
56 Validiores rationes, quibus vtun-
tur Afflict. Capyc. Dominus de An-
na, Schraderi, & sequaces sunt, quod
feuda nunquam veniunt in generali
sermone nisi proprio nomine uocen-
tur, ponderando tex. istum ibi, nisi no
minatim. Item generalis Procurator
non agit ea, quæ requirunt speciale
mandatum capit. qui ad agendum de
procur. in sexto. Sed petitio inuestitu
57 ræ, & præstatio iuramenti fidelitatis
requirit speciale mandatum Archi-
dia. in capit. tibi Domino 63. distinct.
Bald. capit. primo, §. fin. per quos fiat
inuest. Iacobi. in ver. qui quidem inue
stiti numero 10. & 11. Ioannes Bapti-
sta Asinius in sua praxi iudiciaria in
præfatio. capit. sexto, numero 21. Af-
flict. capitul. primo, §. sed utrum supra
per quos fiat inuest. & hic numer. 34.
ad 99. Rodulphus Schraderi in tra-
ctat. feudali parte 10. sectio. 10. nume
ro 121. Franciscus Marcus decis. 1215.
par. prima, quam addidit Doctissimus
Dominus Fabius ad eius Genitorem
alleg. 118. numero 10. Ergo Procura-
58 tor generalis non agit causas feuda-
les, quæ sunt arduæ, & graues, & in
59 arduis, & grauibus non sufficit gene-
rale mandatum clement. secunda, de
procura. l. item apud §. hoc edictum
de iure iura. Ioannes Baptista Asinius
capit. sexto, numero 20. Duenna regu
la 123. numero quarto, Schraderi se-
ctio. 18. par. 10. numero 120. Item gra
uia, siue ardua negocia ab omnibus re
gulis iuris communis excepta intelli-
guntur, & in generalibus regulis non
compræhenduntur. Barbatia consilio
46. numero 15. & 16. libro secundo,
Purpurat. ad Ias. in l. secunda, §. si quis
iudicio numero 12. vers. arduis ff. si
quis cautio. capitul. per venerabilem,
ubi Abba. numero 15. 16. 20. qui filij
60 sint legitimi, Item causæ feudales
sunt arduæ ut in consti. prosequentes.
Ergo criminalibus æquiperantur cle-
ment. secunda, de procurat. Bald. in l.
parentes C. de testib. Anchar. consilio
27. & 63. colum. secunda, Hippolitus
in l. diuus pius numero quarto, ff. de
quæstio. Bald. in capit. ueniens el pri-
mo numero septimo, ubi Dec. nume-
ro decimoquinto, de testib. & in capi-
tulo primo, numero 21. de appellat.
cum alijs pluribus per Rodulphum ci
tatis sectio, 18. numero 121. ad 132.
vbi probat æquiperari causis Status,
& in criminalibus requiri speciale mã
61 datum non dubitatur. Bald. in l. reos
numero 30. C. de accusa. Socin. capit.
veniens, numero 39. de accusa. Guido
Papæ quæst. 338. in fine Menoch. tra-
ctat. de arbitr. iudi. libro primo, quæ-
stio. 80. num. 145. argumento, l. tertio,
§. si procurator, ff. quod quisquam iuris
prædictam conclusionem, quinq; mo-
dis ampliat Rodulphus loco citato, nu
mero 124. & sequentibus.
Primo etiam si adsit clausula, vt pro
curator agat illas causas, quæ requi-
62 runt speciale mandatum. Item etiam
63 si adest clausula ratihabitionis. Item
etiã si sit procurator cum libera.
Quarto ampliat etiam procedere, si
in mandato specialiter de causis feuda
libus sit facta mentio, quia requiritur
secundum eum specialissimum man-
datum, vt constituatur quis procura-
tor in tali, vel tali lite feudali, nec suffi-
64 cit generale mandatum in causis feu-
dalibus.
Quinto ampliat etiam procedere
prædictam conclusionem vt causę feu
dales in generali mandato non inclu-
dantur, si adsit clausula quod illa con-
stitutio procuratoris perinde haberi
debeat, atque si de omnibus causis feu
dalibus motis, & mouendis in illo mã
dato expressa specifica, & nominata
mentio facta esset, quæ clausula secun
dum eum nil operatur, & malè dicit.
CÆTERVM quia confutata præ-
dicta principali sententia corruunt
65 quoque ampliationes proinde vtimur

nos

nos authoritate nostræ Rotæ; quæ bis contrariam recepit sententiam, testatur idem Anna in cap. primo, de vassa. decrep. ætat. numero 43. Vnde hodie introducta est consuetudo ita iudicandi per binum actum argumento, l. 3. C. de episco. audien. Isern. supra in proœmio, & minimè sunt mutanda, l. minimè, ff. de legibus quæ decisiones per veras regulas processerunt, Etenim etsi causæ feudales dicantur graues, & arduæ, & in arduis requiratur speciale mandatum, & generalis procurator non potest agere ea, quæ speciale mandatum requirunt, cap. quis ad agendũ de procurat. in 6. vt aduersarij dicunt
66 hoc tamen speciale mandatum per æquipollentia verba explicari, & committi potest, & sufficit mandantem hanc habuisse intentionem ex dictis proximè supra post Camer. ad limitationem huius textus.

Secundo decidendi rationes omnes supra in prima quæstione relatæ cessant in mandato ad lites, ergo cessat istius text. dispositio capit. cum cessante appellatio. antecedens patet, quia ex mandato ad lites feudatarius non
67 amittit nobilitatem, quia non alienat feuda. Item non minuit feuda, neque feudale patrimonium, quamuis distin-
68 ctum per simplex mandatum ad lites Item nec amittit feuda, quando illa includerentur in hoc mandato ad lites, quia non reperitur iure cautum per mandatum ad lites feudatarius feuda perdere, neque assensum requiri directi Domini in hoc mandato, Imò sen-
69 tentia lata sine fraude præiudicat directo Domino, & hoc iure communi feu-
70 dorum vassallus nedum litem prosequi potest constituendo procuratores, sed etiam transigere super feudo absque
71 assensu, cap. si vassallus el tertio, infra hoc titulo, quod vltimum iure Regni est correctum absque assensu Domini per l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ Ioannes Cephalus fusè, consil. 132. num. 92. cui pro consortibus recurrendum, & quod plus est etiam mã-
72 datum ad vendendum feudum non requirit assensum superioris, quia hæc deputatio non est consequens necessarium ad vendendum feudum, l. oratio de sponsal. qui prohibetur vendere, potest ad vendendum procuratorem constituere Bald. in l. prima, C. qui admitti, colum. septima, quia suo Procuratori mandasse intelligitur, vt in venditione adhibeat iuris solemnitates l. missi opinatores, C. de exacto. tributor. Socin. consil. 131. secunda colum. lib. 4. Marinus Frec. limitatione 22. ad l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ, Et sic non obstat text. in cap. quod translationem de offi. legat. qui loqui-
83 tur de reseruatis supremo Principi, & Pontifici, vt non includantur in generali mandato. Quæcunque igitur decidendi ratio a Doctoribus ad hunc tex. atque contex. cap. primo, infra de Cap. qui Cur. vendi. assignata consideratur cessat in mandato ad lites, Ergo cessat etiam legis istius dispositio, dicto cap. cum cessante, decisiones igitur aliàs per Sacrum Consilium latæ verissimè sunt in mandato generali, & vniuersali ad omnes lites, & causas, includi etiam feudales, quicquid prædicti Doctores malè dixerint, quæ authoritate Isern. hic in fine confirmantur, dicentis dispositionem istius text. vti exor-
74 bitantem, & irrationabilem eo loci seruandam esse vbi visus viget, in hoc tamen Isern. contra communem loquitur, & veriorem opinionem secũdum Aluarot. hic colum. secunda, pro nunc ad propositum hoc ponderare satis sit dispositionem istius Capit. tanquã stricti iuris, & odiosam potius, ad simi-
75 lia non esse trahendam, & dum de alienatione tantum loquitur ad mandatum ad lites extendi non debet, in quo diuersa militat decidendi ratio, hanc
76 opinionem expressè tenuit Antonius Gabriel. lib. 6. commun. opinio. titulo de regul. iur. conclusione 12. num. 23. qui dicit, quod procurator generaliter constitutus dicitur etiam quo ad feudalia constitutus, errat tamen allegando Afflict. in Constitut. si quando, qui clarè non firmat hanc veram opinionem, sed hic se remittit, vbi oppositum dixit, confernnt verba Isern. de Capit. qui Cur. vendi. in fine.

Ex quibus soluta sunt contraria præsertim Primum.

77 Quoad secundum dicimus quod in illo

illo casu particulari præstationis iuramenti fidelitatis requiritur speciale mandatum, quia iuratur in animam principalis dict. capitul. qui ad agendum, & eo casu loquuntur Doctor. citati non in cæteris actibus, vbi procurator iurare non tenetur.

78 Nec obstat tertium, quia causę graues per verba æquipollentia voluntatem demonstrantia committi possunt, & quamuis feudales causæ arduæ sint, & criminalibus adæquatæ, non tamen negata est potestas feudatario constituendi procuratores in litibus feudalibus absque assensu Domini, imo concessa, de potestate igitur non disputamus, sed de voluntate, vt tex. iste dicit, & nos supra in prima quæstione probauimus, sed in vniuersali bonorum appellatione, & loquutione feuda sunt inclusa vtsupra proxima quæstione fusè docuimus,

79 Ergo sicut bonorum omnium appellatione includuntur feuda, ita appellatione litium omnium includuntur lites feudales, & consequenter in vniuersali mandato ad omnes causas includuntur feudales, & sic contraria omnia sublata sunt, plures alias quæstiones in materia ista tangit Rodulphus loco citato, cui in occurrentibus casibus recurratis.

80 Colligunt aliqui ex hoc tex. vnum falsum notabile, quod bonorum appellatione non veniant feuda Iason l. gallus §. quidam rectè de liber. & post hu. Afflict. decision. 14. & l. Regni si quis in posterum Gozad. consilio 26. Parisius consil. 12. & nouissimi quidam feudorum ignari hic numero quinto, idem Afflict. in capit. primo, infra de Capit. qui Cur. vendi. numero 16. & malè dicunt, postquam dispositio in voluntate vtsupra diximus firmata est, & bonorum appellatione venire feuda late congerit post alios Tiraquell. in repet. l. si vnquam vers. bona numero 10. C. de reuoc. donat. & in primo retract. Gloss. tertia, numero 12. cui nil addendum Ioannes Cephalus consilio 207. numero 34. alios congerit, & quando vassallus obligauit bona sua feudalia cum assensu, cen

81 setur etiam obligasse feuda titulata post alios probat Doctissimus Marchio de Ponte consil. primo, numero 28. & 29. Speculator titu. de locato, §. nunc aliqua versicu. 157. refert, & sequitur Ias. sibi contrarius in præludijs feudorum numero 45. & in l. tres fratres ff. de pactis, & consil. 207. libr. secundo, Ruin. consil. 25. column. secunda, libro primo, Gloss. notabilis in capit primo, supra per quos fiat inuestit. Io. Antonius Cannet. fol. 22. numero 31. & 32. vltra Iser. de Capit. qui Curi. vendi. nu. tertio, qui clare testatur bonorum appellatione venire feuda. Cotta in vers. emphiteosis non venit Rodulphus Schraderi de feudis par. 10. sect. 18. num. 125.

QVÆSTIO QVARTA.

82 QVÆRO QVARTO vtrum in feudis indefinita æquipolleat vniuersali? Soci. consil. 178. numero sexto, libro secundo, dicit in feudis quorum materia stricta est indefinitam non æquipollere vniuersali ex

83 notatis per Bald. & Aluaro. in capitu. primo, supra de feudi cognitio. Gemini. in capit. quamuis el primo §. primo, de præben. in sexto, Doctores in l. si pluribus ff. de leg. secundo, Bart. & alij in l. secunda, de liber. & posthu.

84 Ioannes Cephalus consil. 276. numero 14. dicit, quod indefinita legis æquipollet vniuersali etiam proprie secus in indefinita hominis Bar. in l. si pluribus de leg. secundo. Item forma le-

85 gis per æquipollens potest impleri, secus in forma hominis Crotus in l. prima, numero 21. ff. de verb. oblig.

Contrarium tamen tenet Isern. in contextu capit. primo, infra de Capit. qui Cur. vend. numero tertio, dicens, quod si quis vendidit Baroniam omnia censetur, quia indefinita æquipol-

86 let vniuersali compræhensiue, ideo, quod expressit, idem Isern. in l. Imperialem column. tertia, infra de prohib. feud. alien. per Feder. per tex. in l. fin. ff. de constitut. Princip. est de mente Bald. in capit. primo, §. apud nos de pactis colum. quarta, alijs medijs comprobat, & sequitur Camer. in l. Imperialem fol. 53. colum. secunda, versic.

T hinc

hinc quoque. hæc enim æquipollen-
tia venit ex interpretatione aliorum
iurium l. si seruitus ff. de seruitut. Vr-
ban. prædio. Quando enim nil expri-
mitur, feuda tunc in generali disposi-
tione non veniunt, neque compræ-
henduntur, vt in hoc tex. & dict. capi-
tul. primo, de Capit. qui Cur. vendit.
sed in expresso hæc tolerantur.

Confirmatur à simili in fideicom-
missis, in quibus stricta fit interpreta-
87 tio, vti odiosis, & tamen indefinita so-
let æquipollere vniuersali secundum
Alexand. consil. 91. ponderatis colum.
secunda, libro primo, & Curt. Iun. cõ
sil. quarto, colum. secunda, præsertim
quando verba in sui significatione
sunt ita generalia, quod sui natura
sunt apta comprehendere etiam feu-
dalia l. de precio de publicia. l. cum le-
ge de testamentis l. prima, §. & gene-
raliter de lega. præstand. Ioannes Ce-
phalus consil. 259. numero 43. & con-
sil. 193. numero 16. Feli. in capitu. in-
nouamus numero 10. versicu. Crede-
rem de tregua, & pace post Calderi-
num, & cæteros, quos allegat, quam
opinionem contra Soci. vos Domini
absque dubio sequamini: alias Ca-
mer. & Capycij concordes doctrinas
coacervat additio ad Isern. de Capit.
qui Cur. vendi. versic. indefinita, No-
uissime Nicolaus Intrigliolus de feu-
dis centur. prima quæst. 20.

QVÆSTIO QVINTA.

88 QVÆRO QVINTO vtrum
in generali bonorum obligatio-
ne feudatarij veniant saltim fructus
feudorum, & maioratus, durante ob-
ligantis vita, Ioannes Lopes in repet.
capit. per vestras §. 38. numero quar-
to, de donat. int. vir. & vxor. disputat
articulum, & tenet affirmatiuam opi-
nionem, quam nos sequimur post Be-
roum quæstione 95. numero quinto,
Hieronimum Gratum consil. 54. nu-
mero 14. qui dum conclusionem ex-
tendit etiam in fructibus durante vi-
89 ta hæredis feudatarij male loquitur,
sequitur Antonius Gabriel libro sex-
to, commun. opin. conclus. 12. nume-
ro 22. Marin. Frecc. libro secundo, de
subfeudis limit. 16. ad l. Regni consti-
tutionem diuæ memoriæ.

Probatur in l. Starius Florus §. Cor
nelio Felici ff. de iure fisci, quem ad
hoc allegat Castrensis in l. filiusfami-
lias §. diui column. penult. de leg. pri-
mo, hinc dicimus fructus exequi pos-
90 se ex decreto Prætoris etiam absque
assensu directi Domini, & mittitur
91 creditor in possessionem durante vita
feudatarij l. fina. §. sin autem C. com-
mun. de lega. Bald. in Auth. ei, qui iu-
rat C. de bonis autor. Iudicis possid.
Andr. Siculus Salic. & alij, quos Lo-
pes allegat loco citato Alexand. & Do
ctor. in l. si finita §. si de vectigalibus
ff. de dam. infec. Cardin. consilio 44.
Confirmatur ex dictis Gloss. in l. pro
hærede §. si quid tamen ff. de acquir.
hæred. versic. maxime futurarum di-
centis quod propter debita Domini
fieri potest missio in operibus subdi-
92 torum, & sic ius inseparabile fit sepa-
rabile propter necessitatem, hinc ibi
Bald. Angel. Alexan. & Aret. dicunt,
quod licet vassallus, vel emphiteuta
habeat iura inseparabilia in feudo,
quia Domino inrequisito non pos-
sunt alienari: Quando tamen vassal-
93 lus non est soluendo, potest commo-
ditas talis feudi creditoribus assigna-
ri, sequitur Marin. Frecc. in secundo
libro limit. 21. ad constit. Regni cla-
rus text. est in l. Codicillis §. instituto
de leg. secundo, ex quo reassumit Iser.
conclusionem in l. Imperialem nume
ro tertio, infra de prohib. feud. alien.
per Feder. quod feudatarius durante
94 ipsius vita potest absque assensu feu-
di fructus vendere, quia dum a solo se
95 parantur, sunt allodiales, non feuda-
les, argumento l. fructus pendentes
de rei vendica. Ergo eo ipso, quod feu
datarius obligat sua bona præsentia,
& futura, includuntur futuri fructus
feudorum, qui non feudales, sed allo-
diales sunt compræhensiue appella-
tione futurorum bonorum allodia-
lium fusius explicat Camer. in dict. l.
Imperialem fol. 18. column. secunda.
96 versic. Tertius casus sicut fructus be-
neficij a solo separati non sunt Eccle-
siastici, Innoc. in capit. verum de foro
compet. Picus in repet. §. Titia cum
nuberet

nuberet column. 84. de leg. secundo, Marin. Frecc. in 21. limit. ad dict. l. Regni Constitutionem diuæ memoriæ numero 64. Quæ conclusio minime procedit, quando generaliter fuerit constitutus vsusfructus omnium bonorum, quia non ueniunt feuda, post-
97 quam ex eo constituitur ius in re, quod non est in simplici, & indefinita obligatione bonorum, seu fructuum vltra Camer. loco proxime citato: concordat Berous quæstione 95. Antonius Gabriel commun. opin. lib. 6. conclus. 12. numero 16.

QVÆSTIO VI.

98 QVÆRO SEXTO, an generaliter vendito, uel concesso feudo, ueniant causæ appellationum? Iacob. Cuiacius libro quarto, titulo 19. ubi text. istum explicat, tenet quod non, nil tamen allegat, et suo more doctè loquitur, refert tamen de
99 cisionem recolendæ memoriæ Inuicti Caroli Quinti, qui Aquitaniam cũ vassallis, & iurisdictione omni, Regi Angliæ concesserat, negauit tamen se de causis appellationum concessisse potestatem, Angel. in l. primo, qui mandatam, ff. de iurisdictione omn. iudic. ex antiquis prædictam firmat conclusionem contra feudatarios, qui bus conceditur iurisdictio in Castris, vt non veniant causæ appellationum nisi specificè in priuilegio dictum sit, sequitur Taurinensis versiculo & cũ mero, & mixto Imperio, columna 3. Oldrad. consilio 161. colum. 3. thema tale est Innocen. in capit. cæterum de iudicijs Iacobin. in l. iudicium soluitur, & in l. Imperium de iurisd. omn. iud. Marin. libro secundo, de subfeudis. auth. 13. numero quinto, Domini de Anna pater, & filius singul. 388. cæteros congerunt, & in Regno hoc iure vtimur.
100 Sunt enim hæc de regalibus, & nõ ueniunt nisi specialiter conceduntur, l. Regni ea, quæ ad decus, & magister iustitiarius est ordinarius iudex om-
101 nium appellationum Regni, ideo Ba-
102 rones semper abstinere debent, quando speciali priuilegio appellationes non conceduntur, vel quando appellationes, & secundæ causæ non sunt de natura, & conditione rei concessæ
103 Author quidam doctissimè iuxta morem prædictam probat conclusionem tit. primo, §. primo, Glos. quinto, nu. 39. & 40. cui nil addendum. Guido Papæ decisi. 510. Ioannes Vincen. de Anna allegat. 52. num. 44. & sequentibus
104 cui non consentio, dum causas appellationum sub mixto Imperio include re voluit, Minad. in Const. in aliquibus versiculo Comitum, nu. 8. & 9.

QVÆSTIO VII.

105 QVÆRO SEPTIMO, vtrũ in generali concessione, vel venditione Castri, vel feudi includatur iurisdictio, Iacob. Cuiacius de feudis libro quarto, titu. 19. eandem formauit quæstionem dicens iurisdictionem nõ sequi alienationem Curtis, nisi nomi-
106 natim dictum sit siue venierit sola, siue cum feudis, nil enim commune habent feuda cum iurisdictione, hæc sunt verba Cuiacij, cuius doctrina, si absque distinctione intelligeretur, falsa esset. Isern. in Contextu de Capit. qui Cur. vendi. infra, nume. 3. format quæstionem in Barone vendente Baroniam, vt dicatur omnia vendidisse, quæ ad eam pertinent, & annexa erãt Castro, tempore concessionis non alias præter expressã argumẽto, l. si quis pro eo, §. si nũmos de fideiussor, l. pluribus de acceptilatio. cum aliis per eũ adductis Author quidam titu. primo, §. primo, Glos. quinta, nume. 45. 46. & 47. latissimè Iacobin. in versiculo de Castro Rubei montis, nume. quarto, Marin. libro secundo, authen. 13. nu. 8. & 9. post Bald. Innocen. Felin. & alios, quos allegat; distinguit iurisdictionem ciuilem, & criminalem, ciuilem venire non dubitatur concesso
107 feudo cum vassallis, & territorio, cui
108 cohæret sicut nebula supra paludem secundum Bald. in cap. primo, colum. secunda, infra de allodijs, & in l. fin. de consti. princip. & iurisdictio cohæret quatuor elementis secundum Bald. consil. 131. libro quinto, Capicius decisio. 27. num. 37. Barto. in l. si quando

do in fine C.de bonis vacantibus Bal. in l.cum multa, C.de bonis quæ liberis, Angel.in l.prima,§. qui mandatã, ff.de bonis quæ liber. Anchar. in cap. preterea de offic.deleg.Gugliel.de Cuneo,& Bald.in l.prima,§.cum vrbem, ff.de offic. præfecti vrbis. Florian. de Sãcto Petro in l. prima,§.primo,ff. de vsufru.pete. Specul.& Io. Andr.tit.de iurisd.omn.iud.§.primo, & est communis opinio,et iurisdictio hæc ciuilis est à territorio inseparabilis Iacobi,
109 in ver.de Castro Rubei montis,num. quarto,est à territorio regulariter inseparabilis, Innocen.in cap. in literis de iure patron.alios congerit, et sequitur
110 Auctor quidam,titu.primo,§. primo, Glos.quinta,num.43.45.& 6t.

Criminalis verò nequaquam concessa censetur, vendito, vel concesso feudo nisi specialiter nominetur præ-
111 sertim in regno, quia est de regalibus dicta l. Regni ea quæ ad decus Isern. infra titu.quæ sunt regal. versic. potestas constituendorum magistratuum. Et in hac secunda specie benè loquitur, & ita intelligendus est Iacobus Cuiacius, vt cæteri Feudistæ loquuntur, sed videndus est idem Bal.in cap. primo,de Capi.qui Cur. vend. nume. quinto,post Oldrad.quod ad partes di
112 sputant articulum concludentes includi merum Imperium in generali concessione Castri facta à Principe,cuius beneficium contra eum largè interpretatur.l. fina. ff. de const. Princi. Item quia merum Imperium videtur
113 adhęrere administrationi quã habet feudatarius ratione territorij, l. fin. C. vbi,et apud quos in integr.resti. postu le.l.quicunque, C.de fundis, limitrophis,lib. 11.Item Princeps concedendo Castrum,et territorium, concede-
114 re videtur vniuersitatem quandam prædiorum intra fines positorum l.pupillus,territorium de verbor. signific.
115 et vniuersitate concessa,omnia etiam incorporalia veniunt, l. Princeps de verbor.signific. Innocen. notabiliter. in capit. ex literis de iurepatron.ideo
116 etiam non transibilia cum vniuersitate transeunt l.quædam de acquirendo rerum dominio. l. in modicis de contrahenda empt. cum alijs per Bal.alle

gatis cuius conclusio in regno absque dubio non procedit,nec venit merum
117 Imperium in feudis de nouo erectis, nisi in specie concedatur, quia est de
118 regal. d. l. Regni ea quæ ad decus, & post tempora Alfonsi primi tan-
119 tum non antea Baronibus concedi cœpit,vide Auctor.quẽdam.§.primo.Gl. quinta,numero 45.48.& 61.& numero 14.versicu. nota tertio Anchar. in cap.accessorium de regulis iuris, in 6.
120 qui probant simpliciter concesso feudo venire omnia ad feudum pertinentia,& quę solita erant cum feudo transire ante concessionem,quo casu si feudum habebat in se merum Imperiũ, venit etiam in hac secunda concessione genericè, & simpliciter facta, secus tamen erit si feudum de nouo à domino erigitur,formatur,atque conceditur, eo casu feudo simpliciter concesso cum territorio non includitur
121 iurisdictio criminalis,nec merum Imperium,quod est de regalibus dicta l. Regni ea quæ ad decus,& dicemus infra,q. 11. vltra adducta latissimè per Auctor. quendam, locis citatis.
122 Aliud etiam notandum verbum ibidem enomuit Cuiacius iurisdictio-
123 nem acquisitam à vassallo: feudo non cedere, sed de per se retineri posse, quia nil commune habet cum feudo, latè probat Auctor quidam,§.primo, Glos.5.numero 44.& num.15.ad 20. post Bal.& alios in cap.primo,§.econtrario supra de inuest. de re aliena facta. & hoc singulare prodesse poterit ad decisionem plurium feudalium quæstionum præsertim in successione feudorum antiquorum, quibus iurisdictiones criminales, vel appellationes de nouo acquisitę sunt,vt nõ vno, eodemq; iure iudicetur successio feu-
124 di,sicut successio iurisdictionis,vel secũdarum causarum etiam in feudum concessarum.

Primum enim regulatur, vt successio in feudis antiquis,in additamento vero applicabuntur regulæ successionis feudi noui, quia de per se vti feudum nouum, distinctum, & separatum retinebitur iurisdictio crimina-
125 lis,vel primarum,seu secundarum appellationum, sic in similibus casibus

dicitur

dicitur enim augmentum extrinse-
cum, & alterius naturæ, & qualitatis.
Ergo feudo non cedit, §. è contrario
supra de inuest. de re alien. facta An-
char. in cap. accessorium, columna 32.
de regulis iuris in 6. Ruin. consil. 14.
libro primo, Alexan. consilio 76. libro
secundo, Paris de puteo cap. 182. nu-
mero secundo, dixi infra quæstio. 16.
in fine Bal. notabiliter in cap. primo,
§. econtrario de inuestitu. de re aliena
facta Capicius decisione 27. nume-
ro 36.

QVÆSTIO VIII.

QVÆRO OCTAVO feu-
datarius vendit, vel obligat bo-
na sua reseruato Regis assen-
127 su, & Rex præstat assensum, an etiam
feudum vendidisse videatur? Afflict.
hic numero 28. versicu. sed iuxta hoc
quæro, tenet, quòd sic, sed errat, eius-
128 que argumentum contra ipsum retor
quetur, inquit Afflict. feuda ea ratio-
ne in generali loquutione non ve-
niunt, quia sine assensu domini aliena
ri nequeunt, nũc directi domini adest
assensus, Ergo cessante ratione cessat
legis istius prohibitio l. adigere, §.
quamuis de iure patron. cap. cum ces-
sante de appellatio. l. cum talis, §. fal-
sam de conditio. & demonstrat. hinc
Bal. in l. si quis seruo, C. de furtis dicit
generale dictum restringi per ratio-
nem expressam subsequentem, vel ta
citè inhærentem.
129 Confirmatur conclusio secundum
Afflict. quia in petitione hæreditatis
venit etiam feudum Bartol. in l. si pa-
130 troni, ff. ad Trebel. Andr. in cap. 1. in-
fra an agnatus probatur in l. quædam
ff. de acquirendo rerum dominio.
Item tex. in l. fi. C. de edic. diui Adria.
131 generaliter loquitur, & tamen habet
locum in feudis, vt in capit. primo, su-
pra hoc eodem titulo, nos latissimè
probauimus. Ergo sub ista contra-
ctus forma feuda censentur inclusa.
Maior propositio argumenti Af-
flict. falsa est, dum ea ratione putauit
feuda non includi in generali vendi-
tione, quia domini non adest assen-
sus, & sic ne feudatarius in pœnam in-
cidat, nosque supra exactissimè in pri-
ma quæstione probauimus dispositio
nem istius tex. in voluntate, non in po
testate feudatarij fundatam esse ex
verbis claris tex. ibi, nisi nominatim
dictum sit, & contex. cap. primi, infra
de capi. qui cur. vend. Ergo postquam
decidendi ratio non fundatur in con-
sensu, vel dissensu domini, sed in vas-
salli voluntate, & in generali loquu-
tione, feuda non comprehenduntur
per hunc tex. cum simil. pernecesse di
cere cogimur contra Afflict. in propo
sita facti specie feuda non includi, il-
lorum enim specifica fieri debet men
tio. Nec similiter obstat confirma-
tio, feudum includi in petitione hære-
132 ditatis, quia iudicium petitionis hære
ditatis est vniuersale non generale, &
in vniuersali loquutione bene feuda
includuntur, vt nos quoque supra pro
bauimus quæstione secunda, & ma-
gna est differentia inter generalem,
133 & vniuersalem loquutionem, vt ibi-
dem probauimus, similiter tex. in l. fi-
nal. C. de edic. diui Adria. alia ratione
fundatur non in generali loquutione
vt ex eius lectura liquet, & nos in suo
proprio loco supra citato fusius dis-
seruimus: conferunt etiam dicenda in
sequenti quæstione.

QVÆSTIO NONA.

134 QVÆRO NONO. An in
generali alienatione, vel dispo-
sitione includantur feuda sui natura
alienabilia, vel quia assensus directi
domini præcesserat, vel eorum natura
in hoc est per primam concessionem
alterata, vt absque assensu alienari pos
sint, vel quia de generali illius Prouin-
ciæ consuetudine alienantur, vt in
Francia, seu quouis alio modo? Ioan-
nes Faber instituta rubrica de rerum
diuisione in fine affirmatiuam tuetur
sententiam, vt includantur, idem di-
cit Bal. hic post princip. & in cap. pri-
mo, infra de Capit. qui Cur. vendi.
Cast. in. consilio 8. numero 19. Ioan-
nes Aloysius Doctor Siculus in extra
uaganti Siciliæ, volentes, quem refert
Ioannes Antonius Cãnetius ibidem,
folio 21. in princip. in cap. incip. Colli

gitur etiam ex hac lege, ibi prędictam
135 disputat quæstionem,& pro prædicta opin. numero quarto, allegat Isern. in capit. primo, infra de Capit. qui Cur. vendi. qui contrarium tenet deceptus Cannetius propter corruptum Codicem, numero primo, circa finem ibi, quia vasalli venduntur in generalitate ibi addenda est negatiua idest non venduntur in generalitate vt bene ibidem aduertit Liparul. & numero tertio, circa finem idem Iser. expressè
136 dicit bonorum appellatione feuda cõtineri, sed venditis bonis quia vendens allodium,& feuda habebat, non videtur vendere feuda, quę nobilitant l. qui peculij cum simil. ff. de peculio. Vnde Isern. contrariam tenet absque dubio sententiam, & pro opinione Ioannis Fabri conferunt dicta per Afflictum in præcedenti quæstione relata.

Mouetur Ioannes Faber argumento, l. quædam, ff. de acquirendo rerum dominio. & l. in modicis, ff. de act. empt. cum simil. quæ iura probant fundos dotales, aliasque res, quarum commercium non habemus transire cum vniuersitate.

Secundo tenendo rationem decidendi primam supra in prima quæstione relatam, quod feuda non includantur in generali alienatione ad eui tandum pœnam caducitatis, quam plures amplexi sunt, quos ibi retulimus cessat hoc casu, quando feuda sunt alienabilia, Ergo cessat istius tex. & cap. primi, infra de Capit. qui Cur. vend. dispositio. l. adigere. §. quãuis de iure patron. capit. cum cessante de appellat.

137 Tertio donans omnia bona laico non videtur donare decimam, quæ non acquiritur per translationem secus si Ecclesiæ, cui acquiri potest. Innocen. & alij in capit. ex literis de iure
138 patron. Ergo inclusio, & exclusio ex habilitate, vel inhabilitate rei in contractum deductæ dependet,& in dubio vendere videtur ius, quod habet, l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. cum simil. Iser. tamen, & Cannetius in locis proximè citatis tenent contrarium, & ad partes Cannetius defendit articulum. pro hac opinione text. iste est clarus cum cap. primo, infra de Capit. qui Cur. vend. quæ iura simpliciter, & generaliter decernunt non includi feuda, nisi specialiter includantur in venditione,& in his iurib. nulla est expressa ratio, cur noluerit feuda includere nisi nominatim de his actum esse probetur,& absurdum est argumentari à correcta ratione in l. non expressa, & fingere hanc esse rationem,& nunc correptam, quam legislator non expressit,& sic cessat conclusio glo. in l. prima, ff. de legit. agna. tutela, tanto magis, quia in prima quęstione supra vera decidendi ratio istorum iurium tam detecta, & fusius probata fuit, reiecta,& confutata prędicta decidendi ratione.

Dico etiam tertio illud assumptum non esse perpetuo verum, quòd correcta ratione legis censetur ipsa lex cor-
139 recta, nam procedit correctio, quando manifeste apparet, quod ipsa ratio disponit de lege, non quando è contra lex disponit de ratione, quo casu secum do sufficit authoritas, & potestas legem condentis, esto quod ratio cesset Bald. in cap. primo, §. qui decidenti supra qui feud. dare possu. Corneus consil. 236. colum. secunda, libro tertio, Curt. in l. posthumo, numero 42. C. de bonor. possess. contrata. Ergo dato,& non concesso, quod decidendi ratio istius tex. sit illa prima quam prædicti Doctores assignant, non tamen cessat lex, sed sufficit authoritas istius Consuetudinis, latè Ioan. Anto. Cannet. loco citato numero decimo, & sequent. & quando plures sunt decidendi rationes vna cessante aliæ remanent §. affinitate Institutã de nuptijs Dec. consi. 208. tanto magis quia prima falsa est vt supra latius probauimus. quæstio. prima.

Tex. in l. quædam de acquiren. rerum dominio cum similibus non obstat, loquuntur enim, quando vniuersaliter verba proferuntur non quando generaliter, & nos latius, supra quæst. secunda, probauimus in vniuersali bonorum alienatione, venire feuda, quæ iura illam veram nostram confirmant sententiam, quã ibi proba-

probauimus. Nec obstat authoritas
Ioannis Fabri, qui in casu suo benè lo-
140 quitur, attenta Franciæ generali con-
suetudine de qua ipse testatur vbi feu-
da per omnia sunt allodialibus adęqua
141 ta ipse fidem facit in Auth. ingressi C.
de Sac. San. Eccles. & §. item seruiana
colum. nona, de actio. ita vt sine supe-
rioris assensu donantur, legantur, pi-
gnori dantur atque venduntur Guido
Papæ quæstione 297. & 59. Gugliel. in
capitu. Raynutius vers. & vxorem no-
mine Adelasiam numero 182. & vers.
duas habens filias numero 67. & se-
quentibus Cardin. Zabarella consilio
64. in fine Author. quidam §. primo;
Gloss. quinta, numero 63. Cassaneus
fusè alios allegat consilio octauo, nu-
mero 17. & sequent. ergo si in omni-
bus est mutata feudorum ibidem na-
tura, & allodialibus adæquata, meri-
to in generali bonorum contractu feu
da includuntur, sed ibi illa consuetu-
do cessat, etsi in aliquibus feudi natu-
rata sit alterata, in reliquis remanet re-
gularis forma capit. primo, infra de feu
do non habe. propr. feu. nat. ibi Iser. &
feudistæ Præpositus, & Bald. in pro-
hęmi. feud. colum. septima, versicu. ta-
men quandoque Curtius de feudis
p. . . quæstione sexta, Natta consilio
467. numero 22. libro secundo; imo e-
tiam si Dominus vassallum a seruitio
142 liberat, non tamen feudum esse desi-
nit, quia seruitium non est de essentia,
143 sed fidelitas Bald. in l. prima, quæstio-
ne 16. de rer. diuis. Rolan. consil. secun
do, numero 135. Siluan. consil. 42. nu-
mero quinto, Ludouic. Molina de pri-
mogenit. libro primo, capit. 13. nume-
ro 51. & consequēter in prædicta facti
specie proposita non includuntur in
generali bonorum dispositione.
144 Nec obstat tertium, quia etsi feu-
dum sit deducibile in contractum per
præcedentem assensum, & sic adest
potestas feudatarij illud vendendi, vel
hipothecandi stante assensu, vel forma
primæ inuestituræ, quæ hoc conce-
dit. Cessat tamen voluntas feuda-
tarij deducendi illud in contractum
per prædicta verba, nisi specifice de
feudis actum sit, lex ista præsumit, feu
datarium de feudo non sensisse, vt hic
Iser. & infra de Capit. qui Cur. vendi.
& supra nos late diximus, & text. iste
in voluntate, non in potestate funda-
tur, vt verba clarà sonant ibi, nisi, &
nos in prima quæstione, supra dixi-
mus, & in quolibet humano actu vo-
145 luntas non minus, quam potestas con
currere copulatiue debent à quibus re
gulantur.

Ad text. in l. qui tabernas respondet
Iser. qui de ipsius materia tractat in ca
pit. primo, infra de Capit. qui Cur. ven
dit. cuius dicta non repeto, ex quibus
vera opinio Isern. & Cannet. protecta
remanet.

QVÆSTIO X.

146 QVÆRO DECIMO vtrum
concesso Castro cum iurisdictio-
ne, includatur etiam territorium cum
iurisdictione ad territorium? Bald. in
capitu. primo, infra de Capit. qui Curi.
vendi. numero sexto, vsque ad 12. post
Oldrad. consiliò 121. & 252. Exactissi-
me ad partes disputat articulum, vn-
decim arguens medijs pro affirmatiua
quod territorium, & iurisdictio ad il-
lud includatur: alijs, Item sex argu-
mentis probat cōtrariam opinionem,
vt per eum, cui nil addendum præter
Doctor. posterioris ætatis, quos colli-
gere labori, non ingenio imputatur.
Videndus tamen est idem Bald. in l. fi.
numero tertio, versic. Item nota, quod
si Princeps ff. de consti. princip. Lucas
de Penna in l. prima, C. de priuil. Sco-
lar. libro 12. dicens concesso Castro vi-
147 deri concessum merum Imperium, &
omnia, quæ erant penes Regem, quæ
sunt talia, quæ per subditum possunt
possideri, illa vero, quæ Principis per-
sonæ cohærent, non videntur conces-
sa. Idem Lucas in l. 1. C. de veter. Si-
gismundus Loffred. late consil. 24. nu-
mero 12. & sequentibus Iacobi. de Sā
cto Georgio in vers. de Castro Rubei
montis numero sexto, post Aluarot. in
dict. capitul. primo, de Capit. qui Cur.
vend. Alber. in l. fin. C. de iurisd. omni.
148 Iud. & alios, & concesso Castro cum
iurisdictione non veniunt regalia quæ
Rex non esset de facili concessurus se-
cundum Iacobi. & alios, addo tamen
theori-

theoricam Rodulphi Schraderi in tra-
ctat.de feudis par.tertia, capit.quarto,
numero 22.qui omnes congerit, & af-
firmatiuam, atque veram opinionem
sequitur, quod territorium includatur
149 in concessione Castri simpliciter fa-
cta, & articulum ad partes disputat us
que ad numerum 33.loquendo de ter-
ritorio, & iurisdictione per prius Ca-
stro annexa tempore concessionis non
de iurisdictione, & territorio separatò
per prius, & distincto. Author quidam
titu.primo, §. primo, Gloss.quinta, nu-
mero 47. optime dicit, atque fundat
150 concesso Castro transire territorium,
& iurisdictionem quando sunt de per
tinentijs Castri, & fusius numero 61.
Acheran. Alberic. & alios congerit Al
ciat.in l.pupillus §.territorium nume-
ro 53.de uerb.signific. Couar. commu
nem dicit pract.quæstion. capitul.pri-
mo, numer. 10.in materia plura D.Mi
nadois decis. 18.

QVÆSTIO XI.

151 QVÆRO VNDECIMO
cum Bald. hic, vtrum concesso
Castro contineantur vassalli, arguit
primo, quod non, quia Castrum sunt
habitationes, & muri, homo autem est
152 creatura nobilissima leg. iustissime de
ędil.edic.soluit Bald. attendendam es-
se, atque inspiciendam conditionem
dantis, & recipientis l. plenum §.equi-
tij de usu, & habita.l item in legato §.
parui de leg. secundo, sed quid in du-
bio Bal. se remittit ad dicta per ipsum
in capit.primo, infra de Capi.qui Cur.
uendi.ubi numero quarto, post dispu-
tationem ad partes similis quæstionis
concludit, quod si verba concessionis
patiuntur, uassalli sunt inclusi: sicut,
& iurisdictio ad Castrum, secus si ex
aliquibus coniecturis detegi posset cõ
cedentem Castrum solum absque ho-
minibus, & iurisdictione concedere
uoluisse eo casu non includuntur ca-
pit. si Ciuitas de sententia excommu.
in sexto, l. nam quod liquide §. cuique
Romæ de penu lega. idem in dubio.
153 Item non procederet conclusio, quan
do concedenti pertinerent homines
non uti Baroni, & Domino, sed iure
priuati, eo casu in dubio non censen-
tur inclusi Gloss.in l.inter publicia. ff.
de uerb.signifi. uassalli enim sunt pars
154 non totum. Vnde non uidetur con-
cessum, quod est separatum corpore,
155 & significatione, argumento etiam l.
qui tabernas de contrah. empt. quam
allegat, & sequitur hic Aluaro. nume-
ro tertio, Martin. Lauden. Præposit. &
alij Iacobi. de Sancto Georg. in uers.
de Castro Rubei montis numero no-
no. Rodulphus Schraderi in tracta.de
feudis par. tertia, capit.quarto, nume-
ro 44. & 21. Rom. consilio 454. Paris.
consilio 20. numero 54. libro primo,
idem Bald.consil.97.proponitur quod
Domini libro tertio, idem è contra di-
cunt Bald. & Doctor. quod facta con-
cessione hominum, & uassallorum ali-
cuius Castri non includuntur habita-
156 tiones, & fortalitium, quia uassalli sũt
pars, & non totum, Ergo non ueniunt
ea, quæ sunt separata corpore, & signi-
ficatione Afflict. de Capit. qui Curi.
uendi.numero quarto, & sequentibus
distinguit uassallos angarios, & ascri-
ptitios a burgensibus: primi ueniunt
157 uendito Castro absque dubio: secundi
procedunt cum prædicta theorica, &
idem Afflict.ibi tertio notabili nume-
ro 26.

Limitate vos, ut prædicta non pro-
cedant, quandó esset concessum feu-
dum simpliciter, nulla facta specifica-
tione corporum, bonorum, uel introi-
tuum, quia omnia ad feudum pertinẽ
tia includuntur, maxime si dictum es-
158 set cum iuribus, & pertinentijs suis.
Iser.infra de Capit.qui Cur.uendi.ubi
Afflict. numero octauo, Author. qui-
dam latissime §. primo, Gloss.quinta,
numero 14. cui recurrendum latius
159 Dominus Ioannes Vincentius de An
na alleg.52.& 29.Petr.de Greg.in tra-
ctat.de concessione feudi par.septima,
quęstione prima, & ibi Dominus Don
Garsias amicus meus in doctis addi-
tionibus ultra eius ætatem, Doctissi-
mus Marchio Murconi Regens de
160 Ponte consilio 63. numero 25. & se-
quent. Rodulphus Schraderi de feu-
dis par.tertia, capit.quarto, num.quin-
to, & part.10. sectio.3.numero 150. &
161 sequent. Natta consil. 45. numero 4.

feudum

feudum enim est uniuersitas facti, &
omnia corpora includit. alias daretur
membrorum diuisio, & feudi dismem
bratio, ac separatio quod est absurdum
162 iure communi, & absurdissimum in
Regno ubi Proreges assentire ne-
queunt cum sit unus ex casibus inclu-
sis in Pragmatica nouem Capitum,
nominata. Item concesso Castro, seu
163 fortalitio includuntur arma, & belli-
ca instrumenta ibi existentia l. si quan
do C. de bonis uacantibus argumento
l. item si fundi §. fin. de usufruct. l. sed
etsi quis §. proprietatis ff. loca. Bal. in l.
fin. de constit. princip. numero tertio,
Rodulphus Schraderi in tract. de feu-
dis part. tertia, capit. quarto, nume. 42.
Author quidam §. primo, Gloss. quin-
ta, numero 61. & numero 15. circa fin.
ampliat prædicta procedere etiam in
bonis allodialibus emptis, & quæsitis
164 post concessionem feudi ueluti in ui-
neis, pratis, & hortis quæsitis ab extra,
& retentis atque possessis una cum feu
do, & ipsi unitis, adeo quod ex pluri-
bus partibus unus fundus factus est
165 cum destinatione Patrisfamilias fun-
dus dilatetur, constituatur, & limite-
tur l. quod in rerum §. si quis post, & l.
plane §. fina. de leg. primo, l. prædijs §.
Titio de leg. secundo, l. si quis duas §. si
quis partem uersicu. plane si diuisit ff.
commun. prædior. cum alijs ibi addu-
ctis Alexand. consil. 171. accuratè per-
spectis libro quinto, ubi in uersic. non
obstat igitur primum subdit, quod in
dubio sola Patris destinatione uel a-
166 dictione, & detractione augetur, uel
minuitur fundus dict. §. si quis post, ni
si appareret additum, uel detractum
commodioris culturæ causa Author.
quidam, numero 15. in fine, & 16. re-
quirit aliquem actum facti, per quem
appareat, quod fundus nouiter acqui-
situs unitur ueteri iure perpetuæ ac-
cessionis, & pertinentiæ, ex quo colli-
gitur animus eundem fundum consti
tuendi l. seie §. titatie ff. de fundo in-
struc. & instrum. lega. Raphael. in leg.
serui electione §. fin. de leg. primo, Ale
xand. consil. 169. uiso themate colum.
tertia, uolum. quinto, Socin. in l. pri-
ma, de reb. dub. in primo, & quarto ca-
su colum. secunda, & tertia, & Author
quidam loco citato numero 20. sub-
dit, quod hæc accessio dicitur discreta
post Bald. in leg. prima, quæstione 6.
167 de rerum diuis. & non sequitur in om
nibus naturam feudi, nisi Domini as-
sensus intercesserit Ioann. Vincen. de
Anna allegat. 29. & 52. alias limitatio
nes addit Affli. in cap. primo, de Capi.
qui Cur. vendi. colum. 1.

QVÆSTIO XII.

168 QVÆRO DVODECIMO.
Vtrum in concessione in feudū
castri, generali, vel etiam vniuersali fa
cta a summo Pontifice alicui Baroni,
vel feudatario includantur spiritua-
lia? Innocen. in cap. ex literis de iure
patron. determinat, quod non, quem
ibi communiter sequuntur Iacob. de
sancto Georg. in ver. de castro Rubei
montis, numero 19. notatur 16. quæst.
septima, piæ mentis Altaro. hic colū.
secunda. versic. videmus quoque Do-
ctor. in l. montis de contrahen. empt.
Abb. in cap. cum Bertoldus de re iudi
ca. Rota decis. 10. in titu. de iure patro.
in nouis.

QVÆSTIO XIII.

QVÆRO DECIMOTERTIO
169 an ius patronatus Ecclesiæ, inclu
datur in generali concessione Castri?
Indubitata est conclusio, quod sic, &
vera probatur in capit. in sæculum, &
cap. ex literis de iure patron. transit ete
nim patronatus Ecclesiæ cum vniuer-
sitate in quemlibet, argumento l. quæ
170 dam, ff. de acquir. rerum domin, Glos.
notabil. in leg. si operarum, ff. de ope-
ris libert. quæ subdit quod singulari
171 titulo transit in Ecclesiam aliam ex
persona priuati, & tunc illa Ecclesia
habet præsentationem, vt priuatus In
nocen. in dicto cap. in sæculum Abb.
in cap. querelam de simonia Aluar. hic
colum. secunda vers. opponitur ab ex-
tra, & numero secundo, Domi. in cap.
vnico de iure patro. in sexto feudum
est vniuersitas facti secundum Iser. &
feudistas omnes, Ergo cum hac vni-
172 uersitate transit ius patronatus in quē
libet feudatarium. idem in iure sepul-
chri,

chri, quod à Laicis possidetur, secus ta
men est in iure decimarum, & de alijs
173 iuribus merè spiritualibus, quæ cum
vniuersitate non transeunt Francisc.
de Aluarot. consil. 121. numero 33. in
ter consilia feudalia.

Qvæstio XIIII.

QVÆRO XIIII. vtrum con-
174 cesso castro, vel comitatu per Re
gem, vel alium superiorem non reco-
gnoscentem cum omni Imperio me-
ro, & mixto, & omni iure quod habet
concedens, nullo reseruato, includan-
tur regalia, aliaque reseruata in signũ
supremæ potestatis? Author quidam,
format quęstionem titu. primo, §. pri-
mo, Glos. quinta, num. 53. & conclu-
dit nõ comprehẽdi nisi specificè, & ex
expresse concedantur, ca. vnico, & ibi
Doctores infra quę sunt regal. Roma.
consil. 271. vis tota, numero primo, ca.
quod translationem de offi. delegat. l.
prima, & ibi Doctor. ff. de officio eius,
175 cui mandata est iurisdict. quæ probãt
specialem requiri cõcessionem, & enu
merationem regalium, Bertach. de Ga
bel. prima, part. quæst. 13. Ioan. Vinc.
Anna allegat. 29. num. 16. & 17. Petr.
de Greg. de conces. feudi par. 7. quæst.
tertia, quicquid dixerit Rodulph.
Schrad. de feud. par. decima, sectio 3.
nume. 157. post aliquos per eum alle-
gatos.

Prima tamen pars conclusionis pro
batur per Alber. in dicta l. prima, in fi.
de offic. eius, & in l. fina. in fi. C. de iu-
risdict. omn. iud. Lucas in l. prima, co-
lum. septima, versic. vel dicas plenius
de priuileg. Scholar. & in l. prima, col.
secunda, versic. vel pone Rex, de vete-
ra. lib. 12. Calcan. consi. 102. duplicem
assignat Author quidam, post alias ra-
tiones.
176 Prima, quia hæc regalia sunt de iuri-
bus Coronæ, & illi annexa, & insepa-
rabilia, & consequenter non sunt in
commercio, l. Iulianus §. constat de le
177 gat. primo, l. fina. ff. vt in possess. legar.
hinc aliam facit consequentiam, quod
non sunt alienabilia etiam per ipsum
Principem ex certa scientia, vel motu
proprio, allegat Isern. & alios qui hoc
178 distinctè non fatentur, & quando dì-
cerẽt, errarent, Non enim sunt hæc il-
la regalia inseparabilia, & inalienabi-
179 lia à Corona veluti cudere monetas, le
ges condere, creare tabelliones, & ma
gistratus: alienare directa dominia feu
dorum, atque concedere non retento
directo dominio, & alia similia, in qui
bus loquitur text. in cap. intellecto de
iureiur. Bal. in prooemio feudor. col. 8.
versic. expedita, & in procem. C. colũ.
3. ibi,

Tertio per modum expropriatio-
nis, tunc dicitur homicida suæ digni-
tatis Bald. in cap. licet causam, colum.
tertia, de probat. Author quidam, §. pri
mo, Glos. quinta, num. 49. in fi. Paris.
de sindic. titu. de excessibus Baron. co-
lum. prima, Lucas in l. prima, column.
octaua, versic. hæc faciunt, C. de priui.
Schol. qui dicit, quod merè regalia vt
cudere monetas, & alia prædicta nun
quam veniunt etiam generaliter con-
cessis regalibus, quia affixa sunt ossi-
180 bus Principis, à cuius potestate ne-
queunt separari, & quæ sunt ista sexde
cim enumerat Bald. in l. Imperium,
prima lectura, colum. tertia, & in l. re-
scripta, C. de precib. Impera. offer. Pet.
de Gregor. in hoc non malè loquitur,
de concessione feudi par. septima, quæ
stio. quinta, & alios cumulat. & Ca-
mer. benè distinguit in cap. Imperia-
lem, fol. 71. colum. prima, & secunda.
Sed concedere ius cognoscendi de
crimine falsæ monetæ, & alia rega-
lia enumerata in capitulo vnico in-
fra, quæ sunt regal. quæ quotidiè
conceduntur, & specificè concedi pos
sunt Iser. & Doctor. ibi concludunt,
sub quauis tamen generalissima quan
tumuis ampla concessione non inclu-
181 duntur, & ita decisum testatur, & fu-
sius probat Dominus Præsid. de Fran
chis decisio. 275. & alias me patroci-
nante pro Illustrissimo Principe Bisi-
niani fuit ad eius Officiales remissus
Carolus Ciellus de Terra Carboni, in
quisitus de crimine falsæ monetæ vi-
gore priuilegiorum suorum, in qui-
bus in specie conceditur facultas co-
gnoscendi de falsa moneta de crimi-
ne hæresis, & lęsæ Maiestatis præter
quam in primo capite, & quotidie pro

pacifica

pacifica possessione priuilegiorum am
plissimorum, in qua Princeps reperi
tur; nos in Tribunalibus vacamus, ne
in aliquo preiudicium fiat: decisio fuit
in anno, si rectè recordor 1595. pe-
nes Barresium Actuarium criminum
M.C.V. per S.C. confirmata, sic veris
sima, & recepta in tribunalibus est
conclusio, quod regalia in concessio-
ne quantumuis generali, & larga non
includuntur, nisi specificè, & expres-
sè concedantur Menoch. de presump.
libro tertio, præsumpt. 98. nume. 35.
Paris. consilio 8. numero 7. & consilio
182 nono, numero 11. ex quibus detegi-
tur error Pauli Castrensis, consilio 63.
quòd dicti reditus post princip. volu-
mine primo, versicu. secundum patet,
qui dicebat in vniuersali concessione
castri cum territorio includi merum
Imperium, quod est de regalibus, In
eundem errorem incidit Ias. consi. 45.
in secundo dubio, libro primo, quo lo
co consuluit in generali concessione
includi regalia motus nonnem colora-
tis fundamentis, quem legitime repre
hendit Auctor quidam, titulo primo,
§. primo, Glos. 5. numero 60. quibus
ex prædictis colligitur responsio, nec
confutatio ad vnumquodq; ipsorum
est necessaria.
183 Vnum tamen verbum dicam ad
eius quintum argumentum, quòd pu
tauit esse demonstratiuum, quia ius
184 patronatus transit cum vniuersitate
specialiter tamen, & de per se concedi
non potest: natura verò regalium est
contraria, quia cum vniuersitate non
includuntur, nisi specificè concedan-
tur, Doctor. in cap. vnico quæ sunt re-
gal. & in Regno est tex. in constit. ea,
quæ ad decus vnde corruit Ias. argu-
mentum, & mala est argumentatio à
185 iure patronatus ad regalia, quorum di
uersa est natura, immo contraria, post
quam illa cum vniuersitate non tran-
seunt, cuius oppositum est in iure pa-
tronatus, vt Aluaro, quoq; in alio pro-
posito hic aduertit, columna secunda,
post Iser. cap. cum seculum, & cap. ex
literis de iure patro. l. si operarum, ff.
de operis libert. vbi glos. notabilis, l.
quædam de acquiren. rerum domin.
186 ex quibus detectus quoque erit error
iup

Petri de Gregor. in tract. de concessio.
feudi nouissimè impresso, par. 7. quæ-
stione 2.

QVÆSTIO XV.

187 QVÆRO XV. Vtrum con-
cesso castro, vel feudo cum me-
ro, mixtoque Imperio, & alijs quibus
dam Regalibus specificè nominatis,
adiecta clausula, & quæcunque alia
quocunque nomine censeantur, inclu
dantur, cætera regalia specificè non
nominata?

Dico, quod omnia alia similia, æqua
lia, vel minora (non dicam maiora)
sunt inclusa cap. sedes de rescriptis c.
qui ad agendum de procur. in sexto, l.
sed & siquis, §. quæsitu, ff. si quis caut.
cum ibi notatis: in his non est maior
ratio probibita in vno casu de regali-
bus concesso, quam in alijs similibus,
vel minoribus, ergo censentur inclu-
sa in prædicta concessionis forma l. 1.
§. de fonte, de iniust. testamen. l. tertia
post princip. l. illud ad l. Aquiliam, l.
finali, §. cui dulcia, ff. de vino tritico,
& oleo legat. Clement. non potest de
procurat. trib. alijs medijs prædictam
probat conclusionem Roman. consi-
lio 271. vis tota post Castren. consilio
63. quòd dicti redditus falis in fine,
versic. Sextum, & vltimum, libro pri
mo, Auctor quidam, titu. 1. §. primo,
Glos. 5. numero 60. Quibus addo De
cian. consilio 175. numero 39. volu-
mine secundo, Menoch. de præsump.
libro 3. præsumptio. 98. numero 73.
Boer. quæstione 50. sub numero 60.
Valasc. in l. Imperium post Iacobi. &
alios de iurisdict. omn. iudic. Nicol. In
triglio. de feud. centur. 2. articu. 8. nu-
mero 12. Auctor quidam. loco citato,
qui dum conclusionem procedere di-
cit in concessione temporali, quæ non
188 inducit alienationem localiter loqui-
tur in Gallia, vbi regalia non nisi fi-
lijs Regum conceduntur non cæteris
Baronibus, in Italia tamen, Germa-
nia, alijsque locis, in quibus Regalia
concedi solent, regulariter prædicta
conclusio simplex erit intelligenda,
& non restringenda, quia in du-
189 bio Rex perpetuo concessisse intel-
ligitur

ligitur, Bald. in l. finali, ff. de con-
stitu.princip. Andr.Barba.in cap.cum
dilecti de donatio. & dum Iaſ. conſil.
45.in ſecundo dub.libro primo, con-
cluſionem ampliare voluit, vt in præ-
190 dicta forma generalis conceſſionis ca-
ſtri includantur regalia etiam ſi ali-
qua ſpecifice non fuerunt conceſſa,
malè loquitur, vt in præcedenti quæ-
191 ſtio. tetigimus, & quæ ſunt regalia ma
iora, & oſſibus Principis affixa, & in-
conceſſibilia tetigimus ſupra præce-
192 denti quæſt. 14. & regalia conceſſa Ba-
roni apud eum non ſunt regalia Iſern.
in verſic. angariæ, quæ ſunt regal. Ioã.
Vinc. Anna in Conſti. diuæ memoriæ
numero 14. & quid importet clauſu-
193 la cum regalijs latè Infrigliolus centu.
ſecunda. de feud. artic. 82. vltra Docto
res in cap. primo, quæ ſunt regal.

Qvæstio XVI.

QVÆRO XVI. vtrum in ge
nerali conceſſione caſtri, feudi,
194 vel ſtatus cum iure reintegrandi com
præhendatur facultas rçędificandi ca
ſalia, terras, vel ciuitates deſtructas,
& inhabitatas abſque alio aſſenſu ſu-
perioris Domini, & idem dubitatur
in quolibet Barone habẽte in eius ter
ritorio antiqua ædificia inhabitata, Pa
normitan. in cap. Piſanis in fi. numero
15. de reſtitut. ſpolia. concludit quod
ſic, quando non fit in alterius iniuriã,
ſed in augmentum patrimonij Baro-
nis iſtius, & honoris ſui, cap. conſtituit
de Iudæis vbi Anchar. poſt Abb. & a-
lios dicit hæc verba.
195 Nota primo quod facilius concedi-
tur refectio quam de nouo conſtru-
ctio. Vndè conſtitutio legalis in pa-
trimonio, quæ prohibet noua caſtra
fundari non extenditur ad refectionẽ
Caſtrorum facit l. prima, §. ſi quis ędi-
ficium, & ibi Bart. & Iaſ. de oper. nou.
196 nunci. ſubdit Anchar. quod quando ſi
nagoga funditus eſt deſtructa non po
terit reconſtrui, l. inter ſtipulantem, §.
ſacram de uerbor. obligat. & ibi Iaſ. &
Barto. idem in l. de pupillo, §. ſiquis ri-
uos de oper. nou. nuntia. In l. prima, §.
ſiquis ędificium eod. tit. Gloſ. in capi.
tertio, de iure patron. Rodulph. Scra-
deri in tractat. de feud. par. ſecunda, c.
tertio, num. 44. & 45. l. repeti §: rei mu
tatione quib. mod. vſusfr. amitta, ubi
text. fatetur vſumfructum eſſe extin-
ctum deſtructa domo etiam in area
197 contigua Gloſ. in capit. tertio, de iure
patro. idem Panor. in dicto cap. conſu
luit in eandem inclinat ſententiam, vt
refectio Sinagogæ fieri poſſit, dummo
do non ſit funditus, & totaliter deſtru
cta, tunc aſſenſus Pontificis requiritur
Bald. in l ſi ut proponis, la ſecunda, C.
de nupt. dicit, quod conſtitutio Eccle-
ſiaſtica dictans nullum fortalitium fie
ri abſque Pontificis conſenſu, quod-
dam fortalitium fuit funditus per re-
198 bellionem deſtructum, Rebellis recõ
ciliatus, uel eius filij non poſſunt illud
reficere abſque conſenſu Pontificis,
& ibi eſt pinguis addicio Innocent. in
cap. Piſanis in fi. ſimpliciter dicit reę-
dificationem fieri non poſſe abſque aſ
ſenſu, quem ſimpliciter refert, & ſe-
quitur Iacobi. in uerſiculo de caſtro
Rubei Montis, numero ſecundo, in
tract. de feudis Fely. latè in capit. cum
acceſſiſſent in gloſ. fin. numero 33. &
34. plura congerit, & concludit licitã
eſſe refectionem caſtri a feudatario, &
rehabitationem, ac etiam Sinagogæ,
& Monaſterij cum duabus tamen li-
mitationibus.

Prima dummodo ædificia non ſint
funditus deſtructa, uel aliàs materia
penitus abolita.

Secunda dummodo non fiat ad ę-
mulationem & iniuriam alterius, &
hæc eſt communis opinio, de veritate
tamen nunc nil dico labore defeſſus ſa
tis ſit locos tetigiſſe, quando caſus acci
derit cogitandum erit. In Regno ha-
bemus conſtit. incip. caſtra munitio-
199 nes cum l. ſequenti, ex quibus reaſſu-
mitur concluſio, quod licitum eſt Ba-
roni ędificare, & reficere caſtra noua,
& diruta, atque caſalia, & ciuitates in
ſuo territorio non in territorio dema-
nij Regis, dummodo non ad ęmulatio
nem, & cum tribus alijs limitationi-
bus ibi notatis per Afflict. in quarto
notab. poſt Iſern. in princip. uerſiculo
intellige quod hic exprimitur, quibus
addo Gugliel. Pern. feudiſtam exi-
mium in primo notab. feudor. nu. 81.

qui

qui plura congerit.
200 Item utrum in generali concessione
castri ueniant balistæ, bombardæ, tor
201 menta bellica, & similia, Item bo-
ues, equi, oues, aliaque animalia ibi
existentia, atque alia mobilia in feu-
do reperta, & ad castrum destinata
202 pro perpetua illius utilitate, Item
Siluæ, Olineta, uineæ, Item an ue-
niant uectigalia, Item concesso ca-
stro cum territorio, quid compræ-
henditur, & alia his similia nouissi-
me post Afflic. infra de Capi. qui Cur.
vend. & alios discutit Rodulph. Schra
deri in tractar. de feud. part. tertia, cap.
quarto, cui in pluribus dissentimus,
sed non repeto, quia non necessaria, &
extra materiam huius text. pro cuius
complemento siquæ huic rudi Com-
mentario desunt adeatis Author. quē-
dam titul. primo, §. primo, Gloss. quin-
ta, Loffr. consil. 24. Cuiacius libr. quar-
to, titul. 19. Oldrad. consil. 121. Ioan-
nes Vincentius de Anna alleg. 29. &
52. Tiraquell. in primo, tertia. §. primo,
gloss. tertia, vltra Doctor. alios in eo-
rum proprijs locis congestos. Patis de
Put. de reintegr. feudor. capit. 182. nu-
203 mero secundo, dicit iurisdictionem
de nouo emptam in Castro antiquo,
eo deuoluto non includi iurisdictio-
nem à feudo separabilem, in qua feu-
datarius habet hæredes successibiles al
legat Bald. Innocent. & alios. Confe-
runt dicta supra, quæstione septima, in
fine; & Castrum dirutum reędifica-
tum in alio loco an succedat loco pri-
mi Castri Iacobinus in tract. de homa
gijs numero 40.
204 Si vassallus hoc capitulo continet ter
tium dictum secundum Isern. de vas-
sallo alienante feudum, ignorante ta-
men probabiliter feudum esse illud
non perdit, sed ab emptore sibi non
Domino restituitur, tenetur tamen
emptori ignoranti ad interesse h. d. cō-
cordat tex. in capit. vnico infra de con-
trouer. inter Dominum, & emptorem
feudi, qui hoc dicit secundum vlti-
mum; & verum intellectum Oberti
de Orto vltimo loco relatum, vbi glo.
Iser. & Doctor. inter cætera vnum no-
tabile dicunt, constitutiones omnes
prohibentes feudorum alienationes,
vt tex. in l. Imperialem, & l. Imperialis
infra de prohib. feud. alien. per Feder.
205 & per Lothar. & l. Regni constit. diuæ
memoriæ cum similib. intelligendas
esse de feudatarijs scientibus feuda es-
se illa, quæ alienant, non tamen de
ignorantibus, credentibusque res pro-
prias esse, neminique subditas illas,
quas alienant. Cum modificatione ta-
206 men intelligitur hæc conclusio nisi
sit crassa, & supina ignorantia inquit
Iser. ibi, facti enim ignorantia regula-
207 riter excusabilis est, non iuris l. regula
ff. de iur. & fac. ignor.
Aliud notabile sumitur ex hoc tex.
cum contextu infra de controuer. in-
ter Domin. & emptor. quod feudata-
rius eo ipso quod scientiam habuerit
208 feudum esse rem venditam, potest cō
tra proprium factum venire, & vtili
rei vēdicatione feudum recuperare so
luto precio emptori argumento etiam
tex. in l. quemadmodum C. de agrico-
lis, & censi. l. post mortem de adoptio.
cum simil. In Regno tamen pinguius
prouisum fuit feudatarijs feuda alie-
nantibus, etiam scientibus, vt iure pro
prio alienationes absque assensu factas
reuocare valeant ex l. Regni constitu-
tionem diuæ memoriæ, & quæ statuta
209 sunt in venditione intelliguntur de
omni alienatione per quam dominiū
quantum in se est transfertur l. prima;
C. de fundo dotali. venditionis enim
210 appellatione omnis alienatio contine-
tur l. statu liberi a cęteris §. fin. ff. de sta
tu lib. capit. nulli de reb. Eccles. non a-
lien. & in auth. de non alienandis, aut
permutandis §. alienationis Isern. in
contextu de controuer. int. domin. &
empt. numero 2.
Vassallus feudum supra in capitul.
Vassallus si feudum hoc eod. tit. statue
rat Obertus de Orto, quod sciens feu-
datarius negando feudum, vel ipsius
conditionem punitur feudi priuatio-
ne, ignorans vero nequaquam puni-
tur, vt supra proxime statutum fuit. in
text. in hoc an text. explanatur aliud a-
xioma quando vassallus dubius fuerit,
211 quomodo a Domino interrogatus re-
sponsum afferre debeat, & dicitur,
quod dubitanter respondere debet, pe
tendo tempus ad deliberandum l. qui

interrogatus ff.de interro. actio, & sic dolus semper punitur capit. primo, §. si fuerit interr. infra de lege Corradi ibi, habemus context. etiam clarum. Multa dixi in dict.capitul. Vassallus si feudum §. eod. quæ essent hic repetenda.

SVMMARIVM.

1 *Subinfeudatio hoc iure feudorum bona fide permittitur, tribus tamen concurrentibus qualitatibus.*

2 *Militia peperit feuda.*

3 *Subinfeudatio mulieri, surdo, fatuo, clerico, vel aliter imperfecto fieri non debet nisi ex certa domini scientia.*

4 *Subfeudatarius illius debet esse qualitatis cuius erat primus inuestitus.*

5 *Vassallus subinfeudare non potest sub alia forma tradita in prima inuestitura.*

6 *Subinfeudatio non potest feudi naturam alterare. & num.23.*

7 *Subinfeudatio sub eisdem legibus fieri debet in quibus formata est prima inuestitura.*

8 *Dominus cogitur subinfeudatum legitimè in vassallum absque eius assensu recipere.*

9 *Subinfeudatio de iure communi feudorum habet legis assensum, & superioris non acquirit. & nu.14.*

10 *Ecclesiarum feudum subinfeudari potest.*

11 *Lex Imperialem de prohib.alien.per Feder. non prohibet subinfeudationem.*

12 *Refutatio in proxime successurum absque hominis assensu omni iure permittitur etiam regni.nu.20.*

13 *Constitutio constitutionem diuæ memoriæ non corrigit cap.primo, de alienat. feud. pater.*

15 *Refutatio est præuentio successionis.*

16 *Refutans cedit loco, eiusque personam de medio tollit, quæ successionem impediebat.*

17 *Refutatio secundum alios dicitur resolutio iuris dantis.*

18 *Refutationis vocabulum magistrale est.*

19 *Refutato feudo non succeditur amplius refutanti, sed refutatario.*

21 *Subinfeudatio de iure constitutionum Regni prohibita reperitur.*

22 *Subinfeudationis tres sunt essentiales qualitates.*

QVÆSTIO PRIMA.

23 *Subinfeudatio, & refutatio non pura, & simplex, & conformis primæ inuestituræ sed conditionata, & pactionata absque Regis assensu an valeat, vel breuius quæritur.*

24 *Refutatio, vel subinfeudatio an valeat, cætera pacta corruant.*

25 *Refutatio, & subinfeudatio absque assensu in eo, in quo consuetudo, vel primæ inuestituræ tenor exceditur, corruit.*

26 *Refutatio pactionata, vel cum reseruatione vsusfructus in vita refutantis, an valeat.*

28 *Ioannes Franciscus de Pontefeudista magnus Regens, & Marchio.*

29 *Iser. opinio in hoc articulo.*

30 *Pacta contra naturam actus, vel contra substantiam, an vitient actum, vel vitientur.*

31 *Vtile per inutile an vitietur in feudis. & nume. 50.59. & 65.*

32 *Emphiteosis solita concedi pro masculis, si conceditur etiam pro fœminis, an vitietur in sexu permisso.*

33 *Decisio Sacri Consilij.*

34 *Infeudatio facta per Episcopum absque assensu Apostolico alterans prædictas concessiones an valeat.*

35 *Forma substantialis alteratio quid operatur, Item quid in accidentibus.*

36 *Pacta omnia inter feudatarium, & proximè successurum, an valeant sine assensu.*

37 *Refutatio pura, & simplex in proximè successurum valet absque assensu.*

38 *Leges feudales de refutatione loquentes in Regno correctæ non reperiuntur.*

39 *Camer. error emendatur.*

40 *Assensus cum reseruatione vsusfructus à Prorege præstari non potest.*

41 *Quæstio supra formata etiam in Regno de iure communi feudorum terminanda erit.*

42 *Loffredi, & Camer. error corripitur.*

43 *Refutationes in Regno Siciliæ vltra fratrum, an fieri possint.*

44 *Feuda refutata retinent naturam antiquorum feudorum.*

45 *Releuium debetur de feudis refutatis secundum*

cundum gratiam editam in anno 1558.
46 *Actus non debet operari vltra agentium intentionem.*
47 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, quo modo procedat.*
48 *Vsusfructus est pars integralis feudi.*
49 *Refutatio retento vsufructu inducit feudi dimisionem.*
51 *Legatum an corruat per adiectionem in ualidam.*
52 *Conditio apposita contra substantiam actus vitiat contractum.*
53 *Proregis impotentia in praestandis assensibus.*
54 *Feudum domino apertum absque onere retinetur.*
55 *Donatio facta à feudatario domino: non resoluitur in vim refutationis.*
56 *Qualitas feudo adiecta alterat, mutatque feudum in qualitate illa.*
57 *Qualitate submota non est amplius illud feudum.*
58 *Fictiones duae non concurrunt in eodem actu in feudis.*
60 *Pacta reijciuntur firma remanente refutatione quae legis habet assensum secundum Iser. opinionem, & veram.*
61 *Verba illa Iser. (caetera pacta non valent) quo modo intelliguntur.*
62 *Camerarius feudista peritissimus.*
63 *Pacta etiam separata à refutatione informantur ab vnica refutantis voluntate, & indiuiduo contractu.*
64 *Venditio allodij, & feudi coniunctim facta absque assensu valet quoad allodium.*
66 *Legatum domus detractis marmoribus, an valeat.*
67 *Conditio impossibilis reijcitur in vltimis voluntatibus, & quid in contractibus.*
68 *Conditio impossibilis quae dicitur.*
69 *Deformitas vrbium vitanda.*
70 *Actus in parte, cui lex assentit, valet, vbi resistit, corruit.*
71 *Lex prima, §. fin. cum seq. ff. de reb. eor. declaratur.*
72 *Actus si non valet, vt agitur, valet vt valere potest, quando de contrahentium praeiudicio agitur non tertij.*
73 *Intellectus vltimus in dubio etiam in feudis receptus censetur.*
74 *Regula glos. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebellianum procedit etiam in feudis contra Camer.*
75 *Venditio rei spiritualis, & profanae, valet quoad profanam.*
76 *Testamentum quoad allodium valet, & respectu feudi corruit.*
77 *Venditio feudi cum pacto de retrouendendo valet quoad venditionem, quae habet assensum, & corruit pactum.*
78 *Emphyteusis concessa solita ad tertiam generationem, si cōcedatur ad quartam, valet saltem in gradu permisso.*
79 *Argumentum non valet à nullitate pacti ad nullitatem contractus.*
80 *Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, & separabilibus. & nu. 96.*
81 *Refutationis natura debet esse pura simplex, & non pactionata.*
82 *Accidens adesse, & abesse potest praeter subiecti corruptionem.*
83 *Voluntas, & potestas regulant humanos actus.*
84 *Auerroes Philosophus magnus.*
85 *Feudalis contractus duplicem habilitatem requirit, contrahentium, & rerum in contractibus deductarum.*
86 *Lex aequipollens aliquando fauet, & obligationi resistit. & nu. 8.*
87 *Actus non operatur vltra agentium intentionem & quo modo.*
88 *Lex pediculus, ff. de receptis arbitris declaratur.*
89 *Vsusfructus reseruatio intelligitur de vsufructu facti vt actus valeat.*
90 *Ingressus Monasterij cum reseruatione vsusfructus an valeat.*
91 *Donatio in ea parte, quae à lege non informatur inualida est.*
92 *Legitima debetur demptis oneribus, modificationibus, & pactis quibuscumque etiam si legatum acceptatum sit.*
93 *Venditio cui lex assistit, valet, corrupta donatione cui lex resistit in eodem contractu celebrata.*
93 *Institutio haeredum cum assensu in feudalibus valet, dempta substitutione, quae caret assensu.*
94 *Gesta secundum leges valēt, & corruunt pacta adiecta contra legem.*
95 *Inaestimata rei Ecclesiae deducibilis in cōtractum non annullatur per pactum Ecclesiae damnosum.*
97 *Lex quarta, ff. de seruitutibus declaratur.*
98 *Feuda sunt indeducibilia in contractu absque assensu.*

99 *Feuda regulariter indiuidua sunt, ubi ius Francorum viget.*
100 *Fructus sine vsu esse non potest.*
101 *Qualitas separabilis reijcitur ex contractu, cæteris firmis manentibus.*
102 *Locatio ad longum tempus transfert ius in re.*
103 *Alienatio feudi cum reseruatione, an sit omnino prohibita per Pragmaticam in Regno.*
104 *Refutatio feudi proximè successuro habet assensum legis.*
105 *Contractus celebratus cum domino feudi non resoluitur in refutatione, sed remanet in terminis contractus.*
106 *Refutatio sub aliquibus conditionibus, & non aliter, nec alio modo, an valeat.*
107 *Venditio feudi facta primogenito, vel agnato proxime successuro absque assensu hominis, vtrum valeat, & an vassalli burgenses hoc modo vendiri ad demanium admittantur.*
108 *Venditio proximè successuro resoluitur in vim refutationis.*
109 *Alienatio non dicitur dare ei, qui etiam absque alienatione succederet.*
110 *Feudo dato proximè successuro, siue per titulum venditionis donationis, vel refutationis, ac alio modo substantia acquisitionis non variatur, & refutatio dicitur.*
111 *Alienatio non dicitur inter coniunctas personas, sed debiti solutio.*
112 *Demanium non petitur à vassallis in alienatione primogenito facta.*
113 *Dotis contractus celebratus cum immediatè successura ualet absque assensu hominis.*
114 *Refutatio dicitur quocunque modo feudum proximè successuro alienatur, & quacunque specie.*

CAP. BENEFICIVM à vassallo.

FEVDVM in subfeudum absque fraude, &
1 sine hominis assensu dari potest, hoc dicit, diximus absque fraude, quia si contractus habet nomen libelli, & realiter interuenit pecunia, non ualet

cap.primo, infra de alien.feu. pater.
Item militi dari debet, si feudata-
2 rius miles erat, & sic pari, uel maiori,
quia militia peperit feuda non clerico
3 non Pagano, nec mulieri, neque fatuo
uel aliter imperfecto, cap.primo, infra
de muto, surdo, uel aliter imperfe. capit.primo, de feudo fęmi. cum similibus
quibus tamen initio Dominus rectè
feudum daret, cap.primo, de clerico,
qui inuest. accepit, & supra nos diximus
in cap. qui clericus hoc tit. Iacob. Cuiacius, libro quarto, de feudis titu. 22.
4 interest Domini talem habere feudatarium, cuius qualitatis erat primus inuestitus.
Tertia similiter essentialis concurrere debet qualitas pro validitate infeudationis, quia uassallus non debet
5 alijs pactionibus, uel conditionibus
alteri subinfeudare, quam sibi collatum fuit, nec feudi naturam alterare,
mutare, uel deteriorem facere contra
6 fidem cap. primi, §. præterea ubi glo.
de capitulis Corrad. cap. primo, qualiter olim pote. feu. alien. Isern. hic ibi,
& eadem lege, qua erat apud eum, qui
7 bus conditionibus obseruatis cogi-
8 gitur Dominus absque alio eius assen
su uelit, nolit subfeudatarium recipero cap. primo, §. similiter de lege Corradi. concurrit in hac subinfeudatione, ita formiter facta legis assensus, &
9 alius hominis, idest directi Domini
non requiritur, dicto §. similiter, & ca. primo. qualiter olim poter. feud. alien. cap. primo, §. rursus supra. de controuer. inuest. cap. ex transmissa, ubi Panor. de foro comper. Et ubique per Feudistas Beluis. in cap. primo, supra qui feud. dar. poss. & communis est opinio procedens nedum in profanis, sed in Ecclesiasticis quoque feudis teste
10 Ioanne Ferrario montano in collectaneis ad usus feudorum libro secundo, cap. quarto, post alios, De tertio tamē essentiali requisito inferius latè uerba faciemus. Quæ iura per legem Fede-
11 rici Imperialem de prohib. alien. nequaquam correcta fuere, imò approbata potius, §. callidis eadem lege, & ibi per Docto. glos. notab. in rubr. infra de alien. feud. pater. ad partes disputat, & concludit, quam hic Isern. in

fine

fine. vt benè Lipar. aduertit allegare
uoluit, ultra quod in illa lege in gene-
re prohibita est alienatio, ac in l. Impe
rialis de prohib. alien. per Lothar. &
in iuribus supra citatis specificè est
permissa subinfeudatio, & consequen
ter correctio non præsumitur argum.
l. sanctio legum de pœnis, nouas leges
per antiquas interpretari non conue-
nit ad correctionem præcipuè uitan-
dam, §. tribus Authent. quibus modis
12 naturales effic. sui: in refutatione simi-
lem doctrinam nobis reliquit Camer.
in l. Imperialem fol. 30. colum. quarta,
lit. Q, ut iura omnia de refutatione
in proximè successurum Agnatum lo
quentia absque alio hominis assensu
correcta non dicantur per leges Fe-
derici, & Lotharij, & fuit originalis
Isern. in l. Regni Constitutionem, di-
uæ memoriæ qui dixit per illam con-
13 stitutionem non corrigi capit. primū,
de alien. feud. pater. Sequitur Io. An-
ton. Cannet. in cap. uolentes, fol. mihi
159. num. 22. Sit itaque firma conclu-
sio ex prædictis de iure communi feu-
dorum permissam esse subinfeudatio-
14 nem cum prædictis qualitatibus, ac
etiam refutationem in proximè succes-
surum absque hominis assensu, sed suf
ficere assensum legis, cap. primo, §. etsi
libellum infra de alien. feud. pater. §.
sed & res supra per quos fiat inuest. &
ibi per Isern. & in l. Regni consti-
tutionem diuæ memoriæ verbo iure
proprio, uersic. nunquid hæc constitu
tio Loffred. consil. tertio. Camer. in l.
Imperialem fol. 32. Lanar. consil. 73.
numero tertio, Dominus Regens
de Ponte consil. 12. & cæteri feudistæ
15 omnes. Dicitur enim præuentio succes
sionis secundum Loffred. hic uersicu.
quod si tutius circa finè Marin. Frecc.
16 limit. 17. ad constit. Regni, & refutans
loco cedit eiusque personam de medio
tollit, quæ successionem impediebat
secundum Camer. fol. 25. colum. secū-
da, uersic. non obstat textum argumē-
tum post Bald. consil. 30. libro secun-
17 do, & refutatio secundum alios dici
tur resolutio iuris dantis; & ea ra-
tione feudalia iura contractum hunc
inter feudatarium, & proximè suc-
cessurum refutationem uocant ma-
18 gistraliter, quia sicut hæreditas re-
futata transit in proximiores de gra-
du in gradum per successorium edi-
ctum, nec amplius refutans consi-
deratur ff. & C. de successor. edicto, ita
feudum proximiori refutatum taliter
transfertur in eundem, quod non con
sideratur amplius persona refutantis;
19 nec amplius in feudo refutato succe-
ditur refutanti, sed ei cui facta est refu
tatio capit. primo, infra de alien. feudi
pater. Blasc. Lanza in eius consi. manu
scripto in causa feudi de lingua grossa
fol. mihi quinto Cannet. in capitu. vo-
lentes fol. 84. & 85. Quæ iura de refu-
tatione loquentia per ll. Regni non
20 sunt correcta Isern. teste in dict. l. Re-
gni constitutionem versicul. iure pro-
prio, vbi testatur per illam legem non
corrigi cap. primum, §. etsi libellum de
aliena. feud. pater. & §. sed & res supra
per quos fiat inuestit. quia nemo est ex
agnatis, qui conqueri possit, nec doctri
na illa contradictorem habet teste Cā
netio in extrauag. volentes, fol. 84. nu-
mero secundo, §. & quæres est dictum
Nicolaus Intrigliolus feudista medio-
cris doctrinæ centur. secunda, articulo
quinto, numero 403. idem Canne. fol.
161. numero 36. & hoc iure in Regno
vtimur Isern. teste, & post eum Camer.
fol. 31. colum. prima, & secunda, & a-
21 lij passim, subinfeudatio tamen in Re-
gno est prohibita absque directi Domi
ni assensu per dictam constitutionem
diuæ memoriæ, quo iure nos utimur
Isern. ibid. teste in vers. iure proprio.

His præmissis pro generali mate-
riæ, & terminorum cognitione non re
cedendo a materia, nec quæstiones ex-
tra proprios locos disputando, sed theo
ricam Isern. hic, & cæterorum supra
præmissam explicando, discutiamus
22 funditus tertiam essentialem subin-
feudationis qualitatem supra narra-
tam, in qua firmauimus vassallum nō
posse alio modo, ac sub diuersis pactis,
cōditionibusque subinfeudare, quam
a principio sibi feudum collatum fuit,
in cuius explicatione, vnica theorica
tres veniunt tractandæ vtilissimæ, ac
frequentissimæ quæstiones præsuppo-
23 sito casu, quod feudatarius subinfeu-
dando formam a principio sibi tradi-

tam in feudo, mutauit, excessit, vel al-
terauit, vt si feudum erat concessum
pro se, & masculis subconcessit etiam
pro fœminis, vel si erat vsque ad ter-
tiam generationem subinfeudauit vs-
que ad quartam, & sic de singulis, quid
iuris erit? vel si feudatarius refutauit
feudum proximo, & immediato suc-
cessori hæredi non pure, & simpliciter
vt lex requirit, & assentit, sed cum ali-
quibus pactis, & conditionibus in qui
bus directi Domini requirebatur as-
sensus, & non adest, quid iuris erit de
viribus refutationis istius? sit itaque
generalis quæstionis titulus ambas
comprehendens difficultates vnica
theorica explicandas propter doctri-
næ vnitatem, & connexitatem.

Qvæstio Prima.

23 VTRVM refutatio, vel subin-
feudatio non pura, & simplex, &
conformis primæ inuestituræ, sed con-
ditionata, & pactionata, absque Re-
gis, vel alterius directi Domini assen-
su valeat? Articulus iste a Francisco
Curtio iuniore in secunda parte sui
tractatus feudalis quæstione sexta, re-
cte in duas diuiditur quæstiones.

Prima est, vtrum valeat subinfeu-
datio, vel refutatio in eo, in quo exce-
ditur consuetudo, vel inuestitura.

Secunda erit difficultas, posito quod
non valeat in quantum exceditur con
suetudo nunquid saltim valeat vsque
ad eam partem, cui lex assentit, & con
suetudo se extendit, vel in totum vi-
24 tietur, vel breuius quæramus, vtrum
refutatio, vel infeudatio valeat, cætera
pacta corruant?

Primam difficultatem paucis per-
stringam resolutiue loquendo subin-
25 feudationem, vel refutationem nul-
lius esse momenti in eo, in quo con-
suetudo, vel primæ inuestituræ forma,
atque tenor exceditur, Iacob. Beluis.
ita concludit in capit. primo, column.
tertia, versicu. quæritur si consuetudo
supra de his, qui feud. dar. poss. post di-
sputationem ad partes, quem sequun-
tur ibidem Nicolaus de Neapoli Al-
uar. Marti. Laudens. Præposit. & alii:
fuse congerit Curt. loco citato qui præ-
dictam veram conclusionem pluribus
probat medijs, cui nil addendum, ibi-
dem recurratis, ne præter vtilitatem
membranas impleamus, conferunt au
thoritates, & iura in sequenti difficul-
tate concernandæ.

Circa secundum articulum tres in
eo Principes fuerunt Doctor. senten-
26 tiæ Loffr. consil. tertio, & nono, fuit in
illa opinione, vt refutatio in proxime
succellurum pactionata, vel cum reser
uatione vsusfructus in vita refutan-
tis, in totum corruat, nulliusque sit ro-
boris, pro qua opinione latissime pu-
gnauit Camer. in l. Imperialem folio
32. colum. secunda, versicul. ex quibus
alia quoque infra de prohi. feud. alien.
per Feder. sequuntur feudistæ sequen-
tis ætatis Dominus Io. Anton. Lanar.
consilio 73. numero tertio, Illustr. ssi-
27 mus Marchio Ioannes Franciscus de
Ponte consil. 12. per totum, & consil.
28 69. numero 17. D. Ioan. Vincent. An-
na alleg. 35. fuitque in Tribunalibus
frequentius recepta sententia: perter-
riti iudices, causarumque patroni Ca-
merarij auctoritate, quæ vere magna
est, sed non talis, vt Isern. vel rationem
vincat.

Secunda, & antiqua fuit opinio Iser.
in capitul. primo, §. etsi libellum infra
29 de alien. feudi pater. & in l. Regni con
stitutionem diuæ memoriæ uerb. iu-
re proprio colum. tertia, versicul. nun-
quid hæc constitutio, & alijs in locis
infra citandis dicentis, quod refuta-
tio, quæ fit agnato proxime successuro
ualet cætera pacta non, per leg. Regni
constitutionem diuæ memoriæ, quam
passim feudistæ vsque ad Loffredi æta
tem sequuti fuerunt Bald. in capitulo
primo, numero 10. versic. sed pones de
his qui feud. dare poss. allegat l. si Ti-
tio, & ei de leg. secundo, & præter cæ-
teros addo aliam notabilem Baldi do-
ctrinam in l. si pater in secundo com-
mento ff. de adoptio. vbi plura nota-
biliter distinguit capita, quando pacta
30 sunt præter naturam accidentalem a-
ctus, & vitiantur, & non uitiant a-
ctum, vel contra naturam essentia-
lem, siue substantialem actus, & sub-
distinguit, ut per eum omnino uiden-
dum, Card. in capit. secundo, extra de
feud.

feud. Fulgos. consi. 220. Beluis. in capi-
tul. primo, supra de his, qui feud. dar.
poss. & in §. similiter de lege Corrad.
Aluarot. Nicolaus de Neapol. & alij,
quos allegat, & sequitur Curt. in se-
cunda part. tractat. feudal. quæstione
sexta, per totam, & versicul. Secunda
principalis, qui concludunt valere in-
feudationem in eo, in quo lex assentit
in superfluo corruere, & de communi
testatur Curt. sequitur Blasc. Lanza
Siculus in extrauaganti, Volentes, &
in causa feudi Caldabilocțæ, cuius con
silium est decimum manu scriptum in
libro meo, & testatur quoque Cannet.
fol. 159. qui eandem sequitur senten-
tiam in extrauagant. volentes uersicu.
& correlarie numero 36. fol. 161. Ma-
rin. Frecc. in prima author. quæstione
31 16. numero tertio, tenet utile per inu-
tile non uitiari in feudis allegat Gloss.
in capit. querelam de simonia allegat
tex. in capitul. primo, infra de allodijs,
qui notabilis est in hoc, sequitur Fran
ciscus Bursat. consil. 40. numero 33. &
35. libro primo, qui de magis commu-
ni quoque testatur, & in articulo illo
32 emphiteosis solitæ concedi pro mascu
lis, si concedatur etiam pro fœminis
non uitiatur concessio in sexu permis-
so Ias. Dec. & alij in Auth. qui rem C.
de Sac. San. Eccles. Roma. in l. prima,
§. si stipulanti numero 38. de uerb. ob-
lig. ubi alij quoque. Author quidam §.
41. numero 45. & ita iudicatum fuisse
33 per Sacrum Concilium in Ecclesia
Sancti Martini testatur Dominus La-
nar. consil. 47. numero quinto, quæ de-
cisio satis confert ad hanc roborãdam
sententiam, quibus in principali arti-
culo addo notabile consilium Calder.
11. sub Rubric. de feudis, qui loquitur
in concessione feudi per Episcopum
34 facta absque assensu Apostolico præ-
ter primeuas concessiones, & hæc su-
bijcit decisiua uerba, est sciendum
35 quod interdum mutatur forma sub-
stantialis actus, interdum seruata for-
ma substantiali, qualitatis, uel acciden
tis fit alteratio, uel additio.

Primo casu non ualet, quod agitur
12. quæstione secunda, sine exceptio-
ne prima, quæstione prima, detrahe de
Baptismo capitul. primo, cum simil. &

tunc habet locum quod factum præ-
ter formam uitiat, ex quo de substan-
tialibus aliquid est omissum, de ele-
ctio. si cui libro sexto. Sed quando ac-
cidentalia amittuntur, uel seruata for-
ma substantiali aliquid additur, dum-
modo illud non sit contra substãtiam
actus non uitiatur de consecra. distin.
quarta, capitul. si non sacrificatur, &
quod ibi notatur, & capit. de doctrina
ead. distinct. hæc, & alia subdit Calde-
rin. eandem quoque opinionem tene-
bat doctus feudista Horatius Marche
sius Regius Consiliarius, & ante eum
Liparul. ad Iser. in §. profecto infra de
lege Corradi in uers. alien. feu. qui no-
tabilem doctrinam Ioannis Croti al-
legat in l. prima, §. sed si mihi numero
13. & 14. ff. de uerb. oblig. eandem se-
quitur opinionem. Francis. de Amicis
post hæc scripta impressus sub titul. de
his qui feud. dat. poss. fol. 250. versicul.
sed post decisionem, qui allegat consi.
Alexand. 213. numero 19. libro sexto,
conferunt cæteræ auctoritates infra
allegandæ in argumentis pro hac opi-
nio. formandis: nouissimi quoque im-
pressi post hæc scripta in capit. primo,
de alien. feud. pater. numero 16. hanc
opin. approbant, sed per ueros feuda-
les terminos non loquuntur.

Tertia Princeps fuit sententia Bal.
consilio 330. libro tertio, & aliorum,
quos allegat, & sequitur Ioannes Vin-
centius Anna singul. 569. & alleg. 97.
numero quinto, & sexto, & eius filius
consil. post hæc scripta impres. 41. (in
qua causa fusius ego scripsi) dicẽtium,
36 quod omne pactum factum inter feu-
datarium, & hæredem proxime succes
surum ualet per capit. primum, de eo,
qui finem ferunt agna. Quæ sententia
si uera esset, cessaret disputatio inter
primam, atque secundam Doctorum
sectam supra relatam, quia tamen a
Camer. fol. 31. colum. secunda, & a Sa-
cro Concilio reiecta fuit teste Domi-
no de Franch. decision. 71. numer. 17.
ad pugnam igitur primæ, & secundæ
opinionis deuenire oportet, & pro o-
pin. Bald. & sequac. conferunt dicenda
in sequenti quæstione.

Principio præsupponendum unum
censeo, quod omnes Doctor. cuiuscun

37 que fectæ fupra relati concordant in validitate puræ,& fimplicis refutationis factæ in proximè fucceffurum per dictũ §.etfi libellũ infra de alien.feud. pater,cap.primo,§.fed & res fupra per
38 quos fiat inneft.quæ iura per leges Regni non funt correcta,vt Iern.cæterique fupra relati teftantur.

Item aliud aduertatis vos Domini
39 Regnicoli feudiftæ,nè in errorem cũ Camer.incidatis fol.32. lit. G. in cap. Imperialem,qui dixit in Regno parũ effe laborandum per pragmaticam, quam vulgus nuncupat, nouem Capitum fub tit. de feudis numero tertio
40 quæ prohibet præftari affenfus in alienationibus feudorum cum referuatione vfusfructus à Proregibus, fed Sereniffimum Regem effe adeundum pro affenfu obtinendo,& hoc ftatuit fanctio illa, nec vlterius progreditur, vt Camer. afferit tales alienationes non valere,& dato,quod ita ftatueret, non ideo indè alia fequitur conclufio,quod in Regno eft ftatutum, vt vtrumque corruat quando referuatus eft vfusfructus,hoc enim text.ille non dicit, fed ftatuit eo cafu adeundum effe Regem pro affenfu.Nos tamen difputamus de validitate actus vfque ad terminos illos,in quibus lex affentit,in quibus terminis hominis affenfus non requiritur,& dubitamus,vtrum cætera pacta
41 vitient actum,cui lex affentit, vel vitientur, & fic etiam hodie remanet hęc quæftio per pragmaticas indecifa, itaque per cæteras feudales regulas etiam in Regno terminanda erit.

Item aliud obferuetis contra Ca-
42 mer.eod.loco lit.H.dicentem in Regno Siciliæ indiftinctè poffe fieri refu
43 tationes per capitulum eorum fraudibus,quod allegabat Loffred. errando quoque confilio tertio,numero 42.eft etenim capitulum illud in Regno Siciliæ vltra farum fub Rubr.de iure Releuii,fol.60.in volumine capitulorum illius Regni,& hac de re non loquitur illud tantum ftatuit,quod in refutationibus cum referuatione vfusfructus debeantur releuia tempore, quo cum proprietate confolidabuntur,quæ res ad Siculos potius pertinet,admonere tamen vos volui videns aliquando aliquos Regni Peritos viuentes quoque in hoc errore,& illud cap.allegat Cannet.fol.161.numero 36.in fin. errauit quoque Lipar. ad Iern.in §.& fi libellum de alien.feudi pater.in uerficulo, alia pacta non,dicens in anno 1556.in Regno fuiffe per Capitulũ.ftatutum, vt valeant refutationes factæ filijs in matrimonijs contrahendis cũ referuatione vfusfructus,quod cap. non reperitur, fed in gratijs conceffis in anno
44 1558.cap.quinto,& fexto,ftatuitur, vt talia feuda donata cenfeantur fub natura antiqui feudi non noui.

45 Item quod in affenfibus præftandis apponatur claufula, vt releuium debeatur tempore mortis donantis, & decretatio præfupponit effe expedien dos Regios affenfus, quo cafu ceffat præfens difputatio, quando affenfus adeft hominis, & fic Liparulus ideo deceptus putat illud capit. Siciliæ effe ftatutum in Regno.

Loffredi, & Camer. fententia fubfcriptis potiffimis medijs fummatim reaffumptis protegitur.

Primo per l.quartã,ff. de feruitutibus fecundum vnum intellec.

46 Secundo,tenendo contrariam opinionem actus operaretur vltra agentium intentionem, & refutans effet feudo, & vfusfructu in vita priuatus confequens falfum,l.non omnis, & l. fi ego ff.fi cert.petat.l.prima,de præcario,ergo & antecedens.

Tertio,incredibile eft, nedum inuerifimile refutantem id cogitaffe,ergò durum eft incogitatum periuri.L. folutum §. folutum ff. de pignoribus l.qui cum tutoribus, de tranfactio.

47 Quarto,quod potuit pater fcilicet fimpliciter refutare noluit,quod voluit,nequiuit,l.multum intereft C. fi quis alteri,vel fibi.

Quinto licentia refutandi in agnatum à lege data fimpliciter, & ftrictè eft intelligenda,ergo refutare, & poffeffionem, & vfumfructum detinere negatur.

48 Sexto, vfusfructus eft pars integralis feudi fecundum Socin: Imol. & alios in l.qui vfumfructum de verbor. obligat.fed refutando dominium retento vfufructu,in refutantis vita ef-

fet

ſet feudum diuidere, poſtquam feudũ totum ex vſufructu, & dominio ſit, conſequens eſt falſum, quia feuda per l. Imperialem ſunt indiuidua, ergo & antecedens ita cum verborum copia arguit Loffred conſil. 3. nu. 13.

Septimo, allegant, §. ex emphyteoſi Authent. de non alien. ibi neque quod aliter ſit robur habere permittimus. Vnde arguitur nullitas totius cõtractus.

Octauo in indiuiduis vtile per inu-
50 tile vitiatur l. ſecunda, §. & hatum de verbor. obligat. vbi Docto. Barto. in l. Grecè §. illud de fideiuſſor. feuda ſunt huiuſmodi d. l. Imperialem, ergo, &c.

51 Nono Loffred. 28. arguit ex doctrina Barto. in l. ſi peculium, §. ſi verò de peculio legato dicentis, quod ſi adiectio aliqua inualida, & vitioſa ſit ad diminuendum legatum, non vitiatur ipſa, ſed vitiat legatum, ſed reſeruatio vſusfructus eſt in diminutionem refutationis, ergo etiam refutatio corruit.

Decimo, numero 29. argumentatur de ca. fin. de condi. appoſitis, quod conditio appoſita cõtra ſubſtantiam,
52 actus vitiat contractum, & non vitiatur, ſed reſeruatio eſt huiuſmodi, ergo &c. minorem tamen non probat, confirmatur de l. ſi quis quos de legat. ſecundo, & l. ſi ſponſus §. ſi maritus, de donatio. inter vir. & vxor. Item facit, l. non codicillum, C. de teſtam. de qua pluries argumentatur Camer.

Vndecimo, locatio permiſſa ad modicum tempus ſi fiat ad longum, in totum corruit clemen. prima, §. ſi quis autem de reb. Eccleſ. non alien. Ergo &c. quæ roborantur ex opinione illorum, qui tenebant conceſſionem factam vltra tertiam generationem permiſſam, vitiari etiam in tertia, aliqui in Auth. qui rem C. de ſac. ſan. eccleſ.

Duodecimo Loffred. arguit ab impotentia Proregis ad impotentiam feu
53 datariorum argumento dictæ Pragmaticę 3. ſub tit. de feudis vbi in Quinto Cap. denegatur Proregibus poteſtas aſſentiendi in ſimilibus contractibus, ergo multo fortius ſubditis denegari debet, & hæc in ſumma ſunt argumẽta, quæ ex longæuo Loffredi conſilio 3. & 9. reaſſumuntur.

Confirmantur 13. per Camer. obſeruationem doctrinæ Ioannis Rai-
54 naldi dicentis, quod feudum Domino apertum ab eo ſine onere detinetur c. primo, §. etſi clientulus in fine de alie. feu. pater. & tamen ſi vaſſallus donat. feudum Domino, quod poteſt, cap. pri
55 mo, extra de feudis l. ex qua perſona de regul. iur. tunc Dominus tenetur ad onera, nec reſoluitur in tum refutationis, quia noluit refutare, ſed alienare, ergò ita dicendum eſt in caſu iſto.

56 Confirmatur quia qualitas feudo addita alterat, mutatque feudum in qualitate illa, cap. primo, de feudo non ha-
57 be. propr. feu. natur. & qualitate ſubmota non eſt amplius illud feudum Doctor. in cap. primo, infra de vaſ. decrep. ætat. & dicto cap. vnico de feu. nõ hab. propr. feu. natur. ergo. &c.

Tandem ſecundum Cannet. folio 160. num. 34. fingere oporteret donatarium conſequutum integrum feudum ex refutatione, & quod ipſe con-
58 ceſſerit perceptionem fructuum refutanti, quæ fictiones duę ex eodem fonte ortum habentes circa idem concurrere nequeunt l. prima, C. de dot. promiſ. maximè quia verba contractus, & mens donantis repugnare videntur, Ergo, &c. & ſecundum vnum ſenſum allegatur capit. profectò infra de lege Corradi, & aliqua alia allegari poſſent adducta per Author. quendam. §. 51. ſecundum nouam impreſſionem quæſtio. decima, numero 40. & ſequent. vbi latè materiam tractat, quando vti
59 le per inutile vitiatur cum diſtinctione plurium concluſionum.

Cæterum Iſern. aliorumq. ſentẽtia, quæ Curtio teſte abſq; dubio cõis eſt, quam nos quoque ſequimur tanquam veriorem (etſi aliquando contrarium ſit iudicatum) habet pro ſe authoritates, & rationes maiores numero, & Doctorum qualitate.

Primo habet expreſſa verba Iſern. quæ cauillari nequeunt, in l. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ verſicu. iure proprio, columna tertia, cuius hęc ſunt verba, in quantum refutatur agnato valebit ſine conſenſu domini alia pacta non per conſtitutionem iſtã eadem formalia verba repetit in §. etſi

libel-

libellum post princip. numero quinto,
in fin. ibi in quantum refutatur agna-
to valebit sine consensu domini alia
pacta non per constitutionem illam
constitutionem diuæ memoriæ, om-
nia ergo pacta secundum Isern. etiam
conditionalia in refutatione apposita
60 reijciuntur sola refutatione firma ma
nente, quæ legis habet assensum, & ho
minis non indiget.

Hæc Iser. verba Loffredum non mi
nus, quàm Camer. in torculari posue-
runt. Dicit primo Loffredus esse in-
telligenda de alijs contractibus qui si-
ne assensu non valent arguendo ab ab
surdo, quia aliàs sequeretur operatio
vltra agentium intentionem l. non
omnis, si certum petatur, qui sensus
vti diuinans ab eodem Camer. Loffre
di sequace reijcitur potuisset enim di-
cere Isern. cæteri contractus non va-
lent, sicut dixit, cætera pacta non va-
lent. Camer. tamen, fol. 31. in princip.
61 & post eum dominus Regens de Pon
te consilio 12. numero 12. putauit illa
verba cętera pacta non esse supplenda,
idest existentia tanquam separata, &
extranea ab ipsa refutatione, & tunc
valeat refutatio, & pacta non, Camer.
62 tamen feudista peritissimus in eodem
verborum contextu sibi ipsi aduersa-
tur. non ne in principio illius colum-
næ Loffredi rationem approbauit, di-
centis, quod operaretur vltra intentio
nem, & cogitationem agentium, Si
enim reijciuntur alia pacta, quæ infor
mantur cohærentia eiusdem contra-
ctus, l. petens, C. de pactis vbi Bald. &
63 Doctor. quamuis existant secundum
Camer. tanquam separata à refutatio-
ne, adhuc tamen vires sumunt, ab vni
ca, & indiuidua refutantis voluntate,
& ab vnica stipulationis forma, dicta
l. petens, argumentum ergo Loffredi
per Camer. approbatum eiusdem Ca-
mer. destruxit sensum, & ideo clara
verba Iser. cauillari nequeunt.

Rursus eiusdem Isern. est expressa
authoritas in capit. primo, de allodijs,
qui tex. idem probat commentatus ab
Iser. sub titu. de pace iuramento firm.
64 numero 48. § ad hoc, qui allodium, di-
cit Iser. quòd vendito allodio, & iuris-
dictione, absque assensu Imperatoris
venditio valida est, quo ad allodium,
& adiectio, siue venditio iurisdictio-
nis corruit sine assensu, quia utile per
inutile inquit Iser. non uitiatur, l. pri-
ma, §. penult. de verborum oblig. qui
Iser. locus est aureus in hoc: idem Iser.
in l. Imperialem, §. præterea Ducatus,
columna tertia, infra de prohib. feud.
alien. per Feder. columna tertia, versi.
Item ponitur, dicit, quod si duobus
vassallis fuit concessum feudum, quili
bet habebit eius dimidiam, vel quia
viuebatur iure Longobardorum, ideo
poterant in partes equales diuidere si-
ne assensu, sed diuiserunt in partes in-
æquales, valet diuisio inquit Isern. vs-
que ad partem equalem, & in eo, quod
exceditur vitiatur, quia vtile per inuti
le non vitiatur, vnde controuertere
65 Isern. mentem in hoc articulo uanum
erit, cuius conclusio iuribus quoque,
& rationibus vltra authoritates supra
allegatas comprobatur.

Primo per tex. in l. cętera, §. si duo-
bus vbi Albet. Paul. & alij de legat. 2.
ex quo notatur unicam esse uolunta-
tem testatoris legandi domum dedu-
66 ctis marmoribus, & tamen domorum
legatum valet, & quoad marmorum
detractionem corruit, & diuiditur, &
ex hoc tex. cum simil. infra adducen-
dis respondetur ad argumentum uo-
luntatis indiuiduæ.

Duplicem responsionem accommo
dare huic argumento conatus fuit
Loffred.

Prima quod procedit in vltimis uo-
luntatibus, & secus est in contractib.
Differentiæ ratio est, quia in vltimis
voluntatibus reijcitur, Conditio im-
67 possibilis, vt actus valeat, in contracti-
bus conditio uitiat, & non uitiatur.
Et ideo plenius vltimæ uoluntates,
quam contractus interpretantur.

Quæ responsio falsa est, etenim etsi
tex. ille in legato loquatur non tamen
impossibilem habet conditionem,
immo facilem, & possibilem, & ideo
non hac ratione reijcitur, probatur in
§. si impossibilis, Institu. de inutilibus
stipulatio. & l. non solum de actioni-
68 bus, & obligationibus. vbi impossibi-
lis conditio declaratur illa, cui natura
repugnat, quominus existat, vt si digi-
to

to Cœlum tetigero dare spondes, &c.
sed deducere marmores de domo le-
gata, pro hæreditariæ domus instru-
ctione naturæ non repugnat, imo quo
tidie id fieri cernimus. Ergo non ideo
reijcitur illa conditio, quia impossibi-
lis; & consequenter falsa est responsio
Loffredi.

Secundam assignat responsionem
Loffred. dict. consil. tertio, vt procedat
ratione vitandæ deformitatis vrbium,
quæ menibus ornantur, nam si ab ędi-
bus euellerentur, turpiores fierent, &
ideo adiectio illa corruit, quæ respon-
69 sio eodem laborat morbo, quamuis e-
nim ratio finalis illius Senatus fuerit
ad euitandam deformitatem vrbium
dict. l. cætera in principio de leg. secun
do, l. senatus de contrah. empt. l. secun-
da, C. de ædific. priua. quando tamen
de vna domo ad aliam transferuntur,
& a Ciuitate non exeunt, nil refert,
nec publicè interest, sed id fieri lici-
tum est, tex. est clarus in dict. l. secun-
da, C. de ædifi. priua. versicu. cæterum
hoc disposuerat testator in dicto §. si
duobus si quidem deduxit marmores
a domo legata pro ornanda hæredita-
ria domo, & in hoc nullum adest pu-
blicum interesse, postquam a Ciuitate
non exeunt dict. l. secunda, de ædifi-
cijs priuatis. Cogimur itaque fateri
quod etsi ratio finalis illius senatus
fuerit ad euitandam turpitudinem vr-
bium: impulsiua tamen, & decisiua ra
tio illius §. si duobus est, quia in legato
ędium lex assentit, in qualitate vero a-
diecta detractionis marmorum regu-
70 lariter resistit, ideo qualitas illa reijci-
tur, firmo remanente legato; & quam-
uis marmorum detractio corruat, va-
let tamen legatum, eodem iure in casu
isto reiecta vsus fructus retentione, a-
lijsque pactis refutatio valet, firmaque
remanet.

71 Secundo principaliter probatur cō
clusio in l. prima, §. fin. cum sequen. de
reb. cor. vbi emptio valet, & obligatio
reijcitur. Nec dicat Loffred. numero
20. & 21. quod ibi interuenerunt duo
actus, vnus venditionis, & alter obli-
gationis quia verba l. sequentis repu-
gnant ibi, & ab initio obligationis ad-
hæsit, & communiter Doctor. intelli-
gunt illum text. pactum obligationis
esse appositum in eodem contractu,
quos cumulat Cur. consil. 146. & 147.
Frecc. in prima author. quæstione 16,
Pinell. in l. prima, 13. part. numero 52.
C. de bonis mater. Dominus de Fran.
ch. decision. 105. numero octauo, qui
alios congerunt idem Frecc. in prima
author. quæstione 41. colum. prima, in
materia dict. §. fina. plura congerit ad
probandum separationem fieri vnius
contractus, adeo quod vnum teneat
quod est legitimum, aliud corruat, quę
ad terminos istius quæstionis applica-
ri possunt.

72 Tertio quod agitur, si non valet, vt
agitur, valet, vt valere potest, quando
de contrahentium tantum præiudicio
tractatur non tertij l. si quis ante vbi
notatur de acquir. possess. Camer. folio
31. lit. Q. in l. Imperialem: sed Domini
nil interest filium habere feudata-
rium, vel patrem, Ergo, &c.

73 Quarto est tex. clarus in capitu. pri-
mo, §. profecto infra de lege Corra. se-
cundum vltimum intellectum, qui in
dubio teneri debet l. qui filium §. Sabi
nus vbi Gloss. ff. ad Trebellia. quæ re-
gula etiam in iure communi feudo-
rum probatur, in capit. primo, in fine
de alien. feu. vbi vltima opinio præua-
let, & hunc vltimum sensum esse te-
nendum in dicto §. profecto testatur
Paris. de Puteo in eius compendio ad
Iser. in dict. §. profecto, & ibi Liparul.
in vers. alienatio feudi post Ioannem
Crot. quem allegat in l. prima, §. sed si
mihi numero 13. & 14. & late articu-
lum quoque tractat. ff. de verb. oblig.
Frecc. in prima author. quæstione 16,
numero tertio, & ideo nedum iure Ro
mano, sed feudorum quoque ultima
sententia relata præualet. Anna in Ru
bric. de vassal. decrepit. ætatis numero
374. Nec dicat Camer. fol. 31. column.
quarta, lit. S. Obertum hunc seruasse
morem vt reprobatas opiniones sem-
per vltimo referat, allegando text. in
capit. primo, supra de eo, qui sibi, & hæ
redibus suis masculis, & fœmin. quia
text. ille referr simpliciter opiniones,
sed pro prima judicatū fuisse testatur,
etsi postmodum alias referat senten-
tias, id procedit propter solitum Iure-

consultorũ morem plura V. de Franchis decisio.221.numero 10. vnde tex. ille contra Camer. retorquetur, ideo enim primam sententiam in principio relatam expressè approbauit, quia si eam non approbasset in dubio esset vltima tenenda, cui dubio obuiare voluit Obertus: ergo regulariter oppositum seruatur argumento leg. cum prætor de Iudicijs, Nos vero loquimur, quando simpliciter plures referuntur opiniones, & neutra approbatur in dubio pro vltima est iudicandum, dicto §. profectò contra Camer. & Marc. Anton. Floccarum eius sequacem, latissimè in hac propositione insurgit Ioann. Anton. Cannet. in extrauag. Siciliæ, si aliquem in cap. incipiente, sed non sic facilè dissoluitur, folio 221.222.& sequen. vbi exactè probat regulam a Glos. traditam in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. etiam in iure feudorum seruandam esse,
74 quem nos indubitanter cõtra Camer. sequimur nouiter ponderando duo iura. cap. siquis inuestierit supra de feudo dato in vicem l. commisso. & capit. primi, infra de clerico qui inuestit. facit. in cap. siquis inuestierit duas retulit opiniones circa validitatem inuestituræ de feudo alieno factæ, neutram approbando, at in cap. primo, de clerico qui inuest. facit expressè approbatur illa opinio vltimo loco alias relata in cap. si quis inuestierit. ergo indubitata est conclusio, quod vltima opinio etiam in feudis relata, censetur approbata.

Quinto Marinus Freccia auth. tr. 1. quæstio. 16. qui nostram, & communem sequitur sententiam allegat dictũ cap. primũ, infra de Allodijs, & ibi Iser. & Glos. in capitu. quærelam vbi Abb. Ioan. de Anan. & cæteri de simo-
75 nia dicentes vendita re spirituali vnà cum profana, venditio valet quoad profanam, & corruit quoad spiritualia, & Glos. in l. Regni vt de successio-
76 nibus dicit valere testamentum quoad Burgensatica licet corruat quoad feudalia, Confirmatur quia venditio feudi cum pacto de retrouendendo absque assensu valet, si in venditione
77 adest assensus secundum communem Doctor. sententiam, vt congerit Frec. d. q. 16. author. r.

Sexto Curtius argumentatur, quia res emphyteotica concedi solita vsque ad tertiam generationem, si conceda-
78 tur ad quartam valet saltim in gradu præmisso secundum communem in Authent. qui rem, & Authent. si quas Ruin. C. de sacrosanc. eccles. Alexan. Aret. Ioan. Crot. & alij in l. prima, §. si stipulanti de verborum oblig. idem Crot. in l. prima, §. sed si mihi, numero 13. & 14. de verborum oblig. & pro hac opin. in Sacro Concilio alias fuisse iudicatum testatur dominus Ioã. Ant. Lanar. consil. 47. numero quinto, post Auctor. quẽdam, §. 41. numero 45. & Socin. in l. prima, §. sed si mihi de verborum obligat. dicit, quod à nullitate
79 pacti ad nullitatem contractus argumentari non potest, & confirmatur per tex. in §. neque in Authen. de non alien. cum alijs per Curt. allegans.

Septimo vtile per inutile non vitiatur in indiuiduis, l. prima, §. sed si mihi de verborum obligat. & huic proposi-
80 tioni etiam Loffred. & Camer. se subscribunt. Sed nos sumus in diuiduis, ergo refutatio valet, cætera pacta corruunt. Minor probatur, illa sunt diuidua, quorum vnum sine alio esse potest secundum Doctor. in dicto §. sed si mihi, & patet ad sensum, sed refutatio potest esse sine reseruatione vsusfructus, & alijs pactis, immo illa est
81 vera sua, & regularis natura, vt sit pura simplex, & non pactionata dicto §. etsi libellum cap. primo, infra de alie. feud. pater. ergo &c. præterea non ne pacta hæc per accidens apponi solent, sed accidens illius est natura, vt pos-
82 sit adesse, & abesse præter subiecti corruptionem secundum vtriusque Philosophiæ Peritos, ergo &c. Et accidentia hæc non faciunt contractum conditionalem, sed cadunt remanente substantia.

Nec dicat Camer. quod contractus saltim est indiuiduus in intentione, & operaretur actus vltra intentionem agentium l. pedius, §. primo, de receptis arbitris, quia in omnibus humanis actibus voluntas, & potestas consi-
83 derari debet secundum Boer. libro 4. de

consolatione philosophiæ Iser. in cap. primo, §. donare, numero 8. circa medium supra qualiter olim poterat feu. alien. tex. in l. nolle, & ibi Ciuilistæ, ff. de acquiren. hæred. vbi Bal. vnico verbo dixit omnia, quod vbi non assistit iuris potentia, voluntas est inanis, & vacua, & ita summat illum text. clem. quia contingit, §. vt autem de religios. domibus Dec. in l. pacta nouissima, nu
84 mero quinto, C. de pactis, & ante eos Magnus Auerroes, libro nono, Metaphisices Socin. iun. consilio 72. numero 13. & Doctor. in cap. cum super Ab batia de offic. deleg. per illum tex. Bal. in cap. ex parte de constitu. Afflict. decisio. 305. numero 7. & in feudalibus
85 actibus præcipue duplex habilitatis genus considerari solet, contrahentium scilicet, & rerum in contractibus deductarum. Quando enim contrahentes non sunt habiles ad se obligandum, quia pupilli, sunt tamen habiles ad acquirendum l. prima, §. fin. de rebus eorum. ideo eodem contra-
86 ctu acquirunt, & se non obligant, & tamen indiuidua est voluntas, Ratio est, quia lex acquisitioni fauet, obligationi resistit, ideo contractus partim valet, partim corruit, & tamen est indiuiduus ratione voluntatis, idem in cap. primo, de allodis, & in dicta l. cætera, §. si duobus de legat. primo, & l. si vir §. si vir vxori de donat. inter vir. & vxor. & in capitul. sic quidam decima quæstio. prima, quæ iura notabilia sunt pro hac vera, & communi opinione. Quando ergo Camer. dicit, quod in intentione est contractus indiui-
87 duus & vltra agentium intentionem non debet operari, procedit concurrēte habilitate contrahentium, & rerum in contractibus deductarum, quę sine superioris assensu possunt obligari, at in casu, de quo agitur, ideo valet refutatio, quia lex ei assentit: in cæ-
88 teris vero pactis resistit, ergo in eo, in quo lex assensum præstat, concurrit habilitas feudi in contractu deducti, & in eo tantum contrahentium intentio operatur, & actus ualet, in cæteris nequaquam, & hoc modo respondetur ad plura argumenta pro contraria parte formata. & text. in l. pedius pro-

89 cedit ratione inhabilitatis arbitri, qui sententiam dicere nequit, & partes nō dederunt potestatem in solidum decidendi, ideo alter arbiter ex defectu potestatis sententiam dicere nequit.

Octauo, ut actus ualeat potius quam pereat lex intelligit reseruationem vsusfructus, ut intelligatur de usufructu facti potius quam iuris in ingre-
90 diente Monasterium cum reseruatione usufructus bonorum suorum, quę est eidem prohibita, Bald. & Angel. in l. prima, de condi. Instit. Bart. in Auth. ingressi C. de sac. sau Eccles.

Ergo quando fieret refutatio cum reseruatione usufructus ita intelligeretur, & de fructib. Feudatarius in uita absque assensu disponere potest, l. codicillis, §. instituto de legat. secundo Isern. in l. Imperialem in princip. infra de prohib. alien. per Feder. & in articulo utrum ingressus monasterij cū reseruatione usufructus ualeat Rom. laté in l. prima, §. si stipulanti num. 18. & sequen. de uerbor. obligatio.

Nono probatur in l. sancimus C. de donatio. Nec Camer. fol. 32. lit. O, dicat, quod in eo text. lex non annullat donationem ultra Quincentos solidos factam, sed lex feudalis annullat actum sine assensu. quia in eo text. benè lex annullat actum, & donationem ultra quantitatem a iure permissam firmo remanente in præmissa, aliam quantitatem pro non adiecta, & non scripta, nec intellecta haberi uoluit Imperator: ergo actum annullat in eo in quo a lege non infirmatur, & tamē
91 in eo text. unica erat donationis forma & donantis indiuidua intentio, & a lege diuiditur deinde, & sic Camer. responsio fol. 33. lit. E. ad prædicta applicari non potest.

Item à legitima omnia onera tol-
92 luntur, omnia pacta, & modificationes, etiam si legatum acceptatum esset Doctores in l. si quando, C. de inof fic. testam.

Decimo probatur conclusio in l. prima, §. usufructus ff. si ususfrc. pet. cap. primo, & secundo, decimá quæstio. prima, l. tertia, §. fin. cum sequen. de liber. & posthum. quæ in contractibus loquuntur & in l. siue generalis, ff. de iu-

re dot.cum sequent.ibi, & utilius est dicere id, quod superfluum est tantum modo infirmari, & ibi unica erat forma, & stipulantis uoluntas, & sic corruit generalis Camer.responsio fol.33 lit-E.facit l.placuit, & lex pecuniæ de usur.& l.si quis eum de condit. & demonstat.& text.notabilis in l.sed si sibi ff.de stipul.seruor.

Tandem allego aureum text. in l. sed si vir.§.si uir uxori, il secundo, de donat.inter uirum & uxor.ubi in continenti uenditur res uero precio, & do
92 natur precium, dicitur, quod non totus actus corruit, sed illa sola pactio irrita est, cui lex resistit, quem tex. si uidissent Loffred.& Camer. eorum sententiam reformaturos esse, credo prout uos Domini iudices, cæterique causarum patroni a prædicta uera, & communi opinione recedere non debetis, etsi cum Camer. aliquando sit iudicatum, ueritas tamen omnia uincere debet, in cæteris uide Bald.in dicta l. si pater secundo commento ff. de adoptio.Calder.dicto consilio 11.sub titu. de feudis.

Vndecimo, Roboratur conclusio ex notabiliter congestis per Marin.de subfeud.libro secundo, author.prima, quæstion. 36. formantem quæstionem in feudataria, quæ præuio Re
93 gis assensu distribuit omnia eius feudalia bona inter filios, addendo huic legitimæ distributioni reciprocam substitutionem in eodem actu, in quo assensus non aderat, fuit dubitatum, utrum totus actus corruat, uel substitutio reciproca tantum cui assensus deficiebat, uitietur, arguit Doctus ille feudista pro utraque opinione, cõcludens tandem pro ualitate actus reiecta substitutione inutili, allegat, ca. primũ, infra de allodijs Glos. in capit. querelam de simonia ubi Abb. & Anan. ac Bald.in capit. primo, columna tertia, supra de his qui feu.dar. posl. & in capit. primo, §.similiter infra de le
94 ge Corradi dicens illud, quod est factum contra legem esse nullum, gesta vero secundum legem esse valida, quem commendat, sequiturque Iason. notabiliter consil.55. omissis præfatiq nibus num. sexto, ad nonum, libr.pri-

mo, & consil. præcedenti incip. Circa primum dubium numero 15. & 16. vbi optime probat inuestituram per Ecclesiam factam de re Ecclesiæ deducibili in inuestituram, non annullari per pactum ibidem appositum Eccle-
95 siæ damnosum, sed pactum duntaxat vitiari, allegat tex.in §.neque illud Auth. de non aliena. ubi si fiat concessio in emphiteosim ab Ecclesia, deinde apponatur pactum de iure prohibitum, illud tantum uitiabitur, sed non contractus, & per illum text.ita tenet Bald.in Auth. si quas ruinas prima colum.C.de Sac.San. Eccles. Fulgos. & Castren.in Auth.qui rem C.eod. Imo la in capit.fin.de feudis, ea ratione moti, quia in separabilibus utile per inuti
96 le non uitiatur l. sancimus cum simil. supra adductis C.de donatio. alia plura congerit Ias. locis citatis, quæ non repeto, & consil.147. præsens colum. quarta, uersic. septimo, libro secundo, quem Franc.Becius ad Ias. allegat Alexand.consil.38. consideratis ad finem libro secundo, allegat tandem Marin. Frecc. Tiraquell. de retractat. qui de communi testatur sententia.

97 Contraria ex prædictis sunt soluta sigillatim tamen resoluuntur tex. in l. quarta, de seruitutib. sicut dupliciter summatur, ita duplicem habet intellectum, & secundo modo summatur, & intelligitur, vt conditio apposita in seruitutem reijciatur firma remanente seruitute constituta, & secundum hũc sensum communem, verbum illud occurreretur, exponitur, idest succurreretur, seruitutem uendicanti contra placitum, idest reiectionem illius Placiti, siue pacti appositi in illa seruitute, & ita tex. ille secundum hunc intellectum retorquetur contra Loffr. postquam conditio reijcitur, firma remanente refutatione.

Ad secundum tertium, & quartum patet responsum ex dictis in septimo argumento, & contraria procederent, quando omnia extrema in contractu deducta essent habilia, tam scilicet contrahentes, quam res in contractu deductæ, feuda uero in translatio
98 ne dominij, & hipothecæ sunt inhabilia, & in contractum indeducibilia absque

absque assensu directi Domini l. Imperialem, & l. Imperialis infra de prohibit. alien. per Lothar. & Feder. & l. Regni constitutionem diuæ memoriæ, ergo in eis agentium intentio absque Domini consensu nil operari potest, in eo uero, in quo lex, uel Princeps assentit suum contrahentium intentio effectum habere debet, prout est simplex, & pura refutatio dict. §. etsi libellum cum alijs supra adductis.

Quintum, & sextum procederent, quando nos teneremus refutationem pactionatam in totum validam, Nos vero cum communi opinione putamus pacta omnia refutationem alterantia esse reijcienda.

Ad septimum respondet Curt. dict. quæstione sexta, numero 12. verba illa neque, quod aliter fit non referri ad totam emphiteosim, sed tantum ad partem prohibitam quam annullat, & sic tex. pro nobis retorquetur.

Ad octauum dico, feuda de per se regulariter indiuidua esse ea præsertim,
99 in quibus ius francorum uiget ex l. Regni, vt de successionibus quamuis de iure communi feudorum in successione exceptis titulatis diuidantur capit. omnes filij supra eodem ubi diximus, & l. Imperialem infra de prohib. feud. alien. per Feder. retentio tamen vsusfructus possessionis, aliaque pacta sunt diuidua, & a refutatione separabilia, & per accidens refutationi adijci solent vt supra probaui, utilis igitur refutatio per inutilia pacta non uitiatur.

Ad nonum non obstat, quia Bar. eo loco opponit de tex. in l. per seruum §. primo, de usu, & habitatio. in quo non mirum, si adiectio vitiat legatum, quia potentior erat legato, fuit enim legatus fructus dempto usu quæ ademptio
100 uitiat, quia fructus sine usu esse non potest, refutatio potest, ac debet esse non pactionata, sed pura, Ergo, &c.

Ad decimum nos negamus minorem, quam Loffred. non probauit, neque probari potest, & text. in l. si quis quos procedit ex defectu rei in legato deductæ, quę omnino manumitti non poterat, qd in feudo non procedit, quia sine assensu hominis refutari potest, text. in §. si maritus retorquetur, dicitur ibi, quod facta acceptilatione Titio ipse liberatur, mulier nequaquam, quia ei lex resistit, vna ergo qua
101 litas, quæ ex contractu reijci potest, reijcitur, firmo eo, quo ad cætera manente.

Ad vndecimum subtiliter respondet Curt. par. secunda, quæstione sexta, numero 13. post Aretin. ut ideo in modico non ualeat locatio, quia non affert tantum utilitatis pars respectu partis, quantum totum respectu totius, nam locatio ad longum tempus
102 transfert ius in re l. prima, de superficiebus. ubi Bart. l. prima, ff. si ager uectigalis, secus in locatione ad modicum tempus l. non solent, ff. locati, & ideo quia non est verisimile, quod accipiens, accepisset ad modicum tempus, & fuerit contentus modica locatione, quæ non transfert ius in re, quia per longam tractabat de quętendo ius in re, & per consequens deficit consensus etiam in modica, & nimirum si non valet.

Ad duodecimū. dico, quod in pragmatica edita in anno 1531. in quinto
103 capit. non prohibetur alienatio reseruato vsufructu, imò illa permittitur id tamen denegatur, vt Prorex assentire nequeat, sed solus Rex cuius assensus hoc casu non est necessarius, stante assensu legis dicto §. etsi libellum, & §. sed etiam res, ergo Pragmatica illa non obstat imò pro nobis retorquetur.

Ad decimumtertium responsio est clara, quia iura permittunt refutationem inter feudatarium, & hæredem
104 proximè successurum, & huic refutationi lex assentit non refutationi factę Domino, siuè contractu cum eo cele-
105 brato, qui non resoluitur in vim refutationis, sed remanet in puris terminis illius contractus celebrati, & Dominus tenetur ad onera. Confirmatio procedit, quando in illa qualitate est impertatus assensus ab homine, eo casu illa qualitas alterat feudum, eiusque naturam, & procedit capi. primo, infra de feud. non habente propriam feudi naturam, nos tamen in pactis huiusmodi, & qualitatibus caremus as-

sensu legis, & hominis, ergo illę reijciuntur.

Vltimum argumentum procederet, quando nos teneremus validitatem etiam pactorum in contractibus istis adiectorum, quod nos negamus, ergo vnica fictio sufficit, text. in l. non codicillum, C. de testamentis non obstat quia in testatore illo concurrit volūtas, & potestas testandi, & codicillādi, & ex institutione elicitur, eius voluntas testandi tantum, & consequenter ex defectu voluntatis non valet actus, vt codicillus, quia testator codicillum facere noluit, hic sumus in defectu potestatis. Ad §. profecto infra de lege Corradi satis exacte supra responsum.

Ex quibus Isern. & commun. opinio à Came . & Loffre. morsibus pro tecta remanet.

106 Sed quid si refutasset sub pactis prędictis, & non aliter, nec alio modo? dixi alias In allegationibus pro Domino Marchione Gruttularum.

107 QVÆRO SECVNDO. vtrum venditio feudi facta primogenito, vel alteri agnato proximè successuro absq; assēsu hois valeat, & an vassalli Burgenses venditi hoc modo ad demanium admittantur? Isern. pluribus in locis decidit venditionem validam,
108 & resolui in uim refutationis, quia nō intelligitur alienatio hæc, allegat. l. pater, §. quindecim de legat. tertio, Isern. in §. sed etiam res in principio supra per quos fiat inuest. vbi addentes vers. est. alios locos congerunt idem Isern. in §. fratri vero in fine supra de alien. feud. qui notabiliter dicit, quod non
109 est alienatio dare illi, qui etiam sine alienatione succederet, & in hoc actu magis persona, quam titulus attenditur Bald. in l. exequutorem, colum. sexta, versic. pone duo sunt statuta C. de except. rei iudic. Vnde feudo dato proximè successuro, siue per titulum venditionis, vel donationis, siue refutatio
110 nis substantia acquisitionis non variatur, & si modus varietur contractus, & leges ad substantiam respiciunt, §. §. etsi libellum infrà de alien. feud. pa
111 ter. & in coniunctis personis non alienatio dicitur, sed potius debiti solutio Lucas in l. vnica C. de impone. lucrati descrip. libro decimo, colum. prima, &
112 secunda, ex quibus alias vniuersitas Molæ legitimè non fuit admissa ad demanium per venditionem factam primogenito pro certo precio per Regiam Cameram Summariæ. in hoc nō malè loquitur Francisc. de Amicis de his qui feu. dare poss. fol. 249. columna secunda, numero nono, & fol. 250. in principio, Alexan. consil. quinto, num. tertio, libro quinto, Alber. Brun. consilio 43. colum. fin. Author quidam. titu. primo, §. numero quarto, etsi in fine variare videatur, & eam reprę hendit Tiraquell. de retrac. §. 31. Glos. vnica, nume. quadragesimoseptimo, Iser. in capi. 1. de eo, qui finem fecit Agna. conferunt dicta in præcedenti quæstione in tertia opin. & in contractu
113 doris celebrato cum immediate successura absque assensu directi domini, sed legis tantum, vt valeat testatur dominus Regens de Ponte, consilio 21. numero 44. quem allegat, & sequitur Nicol. Intrigl. in tracta. de feud. centuria secunda, articulo quinto, numero 403. Eandem opinionem tenuit Blasc. Lanza Siculus in consil. manu scripto edito in causa feudi de lingua grossa, fol. mihi quinto, versicu. stante igitur ista refutatione, vbi dicit, quòd quocunque modo feudum alienatur
114 in proximè successurum, & ex quacunque specie alienationis dicitur refutatio dicto §. etsi libellum de alien. feud. pater. & §. sed & res per quos fiat inuestit. Dominus Ioannes Vincentius de Anna plura allegat, & ibi addentes singul. 569.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus potest agere, & conueniri, atque transigere super feudo in domini præiudicium. & nu. 8.*

2 *Pecunia perueniens ex feudo non est feudalis regulariter.*

3 *Res empta ex pretio feudi non est feudalis, nisi expressè id actum sit.*

4 *Res qualibet libera in dubio præsumitur.*

5 *Pecunia, quæ transactionis nomine percipitur*

pitur loco feudi non succedit.

6 Feudum super pecunia formari non potest, sed super immobilibus, & annuis introitibus iurisdictionibus, caeterisque inter immobilia computatis.

7 Feudum formari potest, quando certum super certo constituitur.

8 Feudatarius agit, & excipit pro feudo, & acta, & sententia nocent domino, quando sincere, & bona fide fiunt.

9 Sententia lata cum feudatario prodest, & nocet domino dummodo bona fide fiat.

10 Fraus non praesumitur nisi probetur.

QVAESTIO PRIMA.

11 Transactio, & compromissum de iure communi feudorum absque assensu, utrum simpliciter permittantur, vel tex. iste cum concordantibus per leges Imperialem, §. fin. infra de prohib. feu. alie. per Feder. & Lothar. correcti remaneat.

12 Compromissum est transactio quaedam, & e contra.

13 Transactio compromissa, & arbitria absque assensu in Regno prohibita sunt.

14 Tres Principes Doctorum sententiae in hoc articulo.

15 Assensus in Regno sufficit in compromisso tantum, nec alius requiritur in laudo.

16 Praxis assentiendi super compromissis rerum feudalium in Regno.

17 Laudum utrum valeat saltim in vassalli praeiudicium.

18 Arbiter iure feudorum reputatur legitimus iudex, cognitor, atque decisor in casu suo.

19 Emphyteota an compromittere possit absque assensu directi domini.

20 Compromittendo alienare non dicimur.

21 Dominium feudi transfertur per iudicis sententiam.

22 Compromissa, atque liberationes ab haerede de facta ante restitutam haereditatem an valeant.

23 Alienatio prohibita per contractum censetur quoque prohibita per iudicium prorogatum.

24 Alienare prohibitus non potest rem in iudicium deducere.

25 Quasi contrahitur in iudiciis.

26 Transactio contractus formalis est.

27 Alienare prohibitus non potest actum facere per quem alienatio sequi potest, nec praescriptionem pati.

28 Praescriptio alienatio est.

29 Clericus absque licentia episcopi compromittere non potest.

30 Compromissum, & transactio regulariter prohibentur in rebus alienari prohibitis.

31 Transactio, & compromissum in bonis maioratus an fieri possit.

32 Transactio est actus voluntarius.

33 Transactio est species emptionis, & venditionis.

34 Arbiter per noua iura feudalia non est electus iudex in controuersiis feudalibus. & num. 35.

36 Ratio diversa militat cum iudicibus, vel arbitris.

37 Arbitratores absque assensu domini in feudis non eliguntur.

38 Transactio, & compromissum celebratum cum directo domino feudi non eget alio assensu.

39 Contractus factus cum directo domino feudi non eget alio assensu.

40 Assensus in forma Cancellariae non requiritur, quando cum Serenissimo Rege Domino nostro vel eius Prorege contrahitur.

QVAESTIO SECVNDA.

41 Sententia lata cum feudatario, quae domino praeiudicat, an etiam ita, & caeteris successoribus agnatis non citatis in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, vel maioratu.

42 Doctorum altercatio maxima in hoc articulo.

43 Hispania praxis in proposita quaestione.

44 Sententia lata cum Episcopo, vel oeconomo (cui lex patrimonii pauperibus relicti distributionem defert) valet, & successoribus praeiudicat.

45 Sententia lata cum Praelato in regimine beneficii constituto valet, & successori nocet, & prodest.

45 Praelatus successor haeredi comparatur, etsi a praedecessore causam non habeat, & quid in beneficio resignato. nu. 47.

48 Sententia lata cum administratore, syndico, & altero qui universitati, & rebus praeest an ius faciat adversus successorem.

49 Sententia lata cum Regibus, aliisque tem-

poralibus Principibus successoribus nocent.

50 *Sententia lata cum hærede ius facit aduersus legatarios, & fideicommissarios etiam non citatos in causa inofficiosi.*

51 *Sententia lata cum tutore pupillo nocet.*

52 *Sententia lata cum hærede in causa falsitatis testamenti præiudicat legatarijs, & fideicommissarijs non citatis.*

53 *Iudicium redditur in mutuum.*

54 *Hæres grauatus restituere hæreditatem est persona legitima agendi, & excipiendi, & nu. 77.*

55 *Fideicommissarius vniuersalis est persona legitima agendi, & excipiendi, & numero 77.*

56 *Acta facta cum feudatario defuncto nocent, & prosunt successori etiam in feudo ex pacto.*

57 *Sententia lata cum domino respectu vtilis dominij nocet subfeudatario.*

58 *Dominium subalternum non datur in feudis, sed ius quoddam ad instar seruitutis.*

59 *Feudatarius diligenter, purè, & absque collusione, & fraude litem agere debet.*

60 *Successores feudi possunt appellare, & prosequi appellationem feudatarij mortui.*

61 *Assistentia agnatorum ad euitandum collusiones, & fraudes super re feudali permittitur.*

62 *Fraus præsumitur, quando vassallus domino denuntiare potuit, & non denuntiauit.*

Quæstio Tertia.

63 *Transactio absque assensu directi domini facta cum feudatario in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, vel cum possessore maioratus, vtrum cæteris agnatis noceat in maioratu, vel feudo succedentibus.*

64 *Fraudes omnes prohibitæ sunt.*

65 *Transactio, & sententia pari passu non ambulant.*

66 *Transactio est actus voluntarius.*

67 *Transactio vtrum noceat domino quando non venit ad feudum ex persona vassalli, & idem in agnatis.*

68 *Alienare dicitur, qui rem penes possessorem dimittit, secus est transigendo.*

69 *Liti cedens non dicitur alienare.*

70 *Redimere vexationem vnicuique licet.*

71 *Transactio facta scientibus agnatis, an illis noceat.*

72 *Ludouicus Molina notatur.*

73 *Lex Imperialem de prohib. alien. per Feder. an corrigat tex. istum.*

74 *Seruitus feudo debita absque assensu, vtrum remitti possit.*

75 *Emphyteota an transigere possit super re emphyteotica absque assensu.*

76 *Transactio super re Ecclesiæ, vel ab Ecclesia petita quando valeat absque assensu Apostolico.*

78 *Transactio super feudis est omnino prohibita.*

79 *Transactio super feudis facta cum assensu directi domini nocet etiam agnatis in feudo ex pacto, quando sincere, & bona fide, & absque collusione fit.*

80 *Principis potestas non est coarctanda, vt non extendatur ad terminandas lites super suis rebus feudalibus.*

CAP. SI VASSALlus de beneficio suo.

1 VASSALLVS potest agere, & conueniri, atque transigere super feudo, etiam in Domini directi præiudicium, hoc dicit, concordat tex. in capit. vnico infra de controuersia inter vassallum, & alium de beneficio capit. primo, §. si inter infra de lege Corradi cap. vnicum supra de inuestitura in maritum facta capitu. primo, §. rei autem beneficium supra de inuestit. de re alie. facta, in figuratione casus, & dubitandi rationibus non insisto videre Aluaro. Afflict. & alios hic. Vtilia duntaxat, ac in Palatij frequentia dubia discutiamus omissa diuisione tex. in tres partes.

2 Noto primo ex tex. ibi, nec quod accepit transactionis nomine feudum erit, quod pecunia perueniens ex feudo non est feudalis, sed allodialis regulariter, nec res ex precio feudi emptæ feu-
3 dales sunt nisi expressè id actum sit idem Iser. in capit. vnico versi. & plaustrorum in fine infra, quæ sunt regal. late hic numero nono, versic. Item dicit hoc Capitulum, ad partes disputat ar-

arguendo primo precium succedere lo
co feudi vice permutati dominij l. Im-
perator §. fina. de leg. secundo, assignat
tandem decidendi rationem numero
10. his verbis. Dic tamen quod ideo di
xit hic, quod id, quod feudatarius liti-
gans agendo, vel defendendo recipit,
transactionis nomine, non erit feu-
dum, quia ille, qui ded t, non dedit, vt
in feudum haberet, nec is recepit tali-
ter scilicet, vt in feudum haberet, &
4 sic libera tradita est, quod presumitur,
vt quælibet res sit libera l. altius C. de
seruit. hæc Isern. & est conclusio apud
feudistas incontrouersa, & in Tribu-
nalibus recepta nouissimi decisio. 64.
numero tertio, & decision. 75. numero
quinto, & sexto, Aretin. consil. 14. co-
lum. prima, in fi. dicit hunc tex. esse cla
rum, & notabilem ad hoc Afflict. in
constit. Baiuli locorum tertio notabili,
Bald. hic allegat l. controuersia ff. de
transactio. ad hoc, quod pecunia, quæ
5 transactionis nomine percipitur loco
feudi, non succedit, quia quid extrin-
secum percipitur, secus si aliquid in-
trinsecum, vt pars ipsius feudi, quo ca-
su non dicitur nouo titulo requiri l. si
pro fundo C. de transact. hæc Baldus,
Author quidam §. 30. questione 43. nu
mero 165. Ludou. Molina de iure pri-
mogenituræ libro quarto, capit. quar-
to, numero 28. qui plures congerit,
Loffred. consilio 11. numero 10. alios
congerunt Domini de Anna pater, &
filius singul. 204. Doctor. in capit. pri-
mo, de feudo non habente propriam
6 feudi naturam, vbi Bald. dicit in pecu-
nia feudum non consistere, sed in re-
bus soli, vel solo cohærentibus, ac in
annuis introitibus aliisvè, quæ inter
immobilia computantur capitul. pri-
mo, supra de feudi cognitione, & in
hoc articulo, in quibus rebus feudum
regulariter consistere possit, dicamus
cum Isern. in capit. sciendum supra de
feudi cognitione, & in capitul. primo,
numero tertio, supra de feudo Mar-
chiæ, quod super annuis introitibus
certis ac super iurisdictionibus, & eo-
rum fructibus, & vt vnico verbo om-
7 nia includantur, quando certum super
certo constituitur, tunc feudum super
eo constitui, atque formari potest, ad

hæc videte Paridem de Puteo de rein-
tegr. feud. capit. 309. fuit originalis do-
ctrina Iacobi Ardizzoni. titul. quæ res
possint in feudum dari, & de feudo Ca
meræ, & Cauenæ capit. 24.
8 Noto secundo feudatarium legiti-
mam esse personam agendi, & exci-
piendi pro feudo, & acta hæc, & sen-
tentia prosunt, nocentque Domino
9 scienti, & ignoranti, ac præsenti, vel
absenti, dummodo sincerè, & absque
fraude fiat, secundum Iser. Aluarot. &
alios Bald. consil. 495. libro quarto, &
ibi Marcus Antonius Rouescalensis
in additionibus nouissimis post Gloss.
hic, quæ allegat tex. in capit. rei autem
supra de inuestit. de re alie. facta. Quæ
10 fraus non præsumitur, nisi probetur
l. quoties §. qui dolo de probat. Imo
pro re iudicata præsumitur propter iu
dicij authoritatem l. res iudicata ff. de
re iudic. Iser. & cæteri hic, quando ta-
men vassallus potuit Domino litem
denunciare, & siluit fraus presumitur,
& hæc præsumptio tollit aliam leuio-
rem l. fi. ff. de eo, qui metus causa, text.
particularis in leg. creditor hipothecas
C. de distractio. pignor. quem Bal. hic
commendat, cæterique post eum, Iser.
tamen dicebat, quod necesse est, vt Do
minus veniat ex persona vassalli ad
hoc vt iudicium eo ignaro factum sibi
præiudicet, cuius dictum latius in se-
cunda quæstione infra discutiemus.

Oppositiones plures a Doctoribus
obijciuntur contra regulam huius tex.
& illa est præcipua de l. sæpe de re iu-
dic. & toto titul. C. res inter alios acta.
Cuius timore Bald. hic dicebat, quod
vassallus Domino denunciauit, vel fe-
cit, quod potuit, vt Dominus sciret, &
ideo acta cum feudatario facta Domi-
no nocent, quæ solutio vera est in se
textui tamen diuinat, inde Iser. Alua
rot. cæterique sequaces tres distinguūt
casus diuersos pro contrarij solutione,
quos non repeto, ad eos me remitto,
qui exactissime loquuntur.

QVÆSTIO PRIMA.

11 QVÆRO PRIMO vtrum
de iure communi feudorum per
missa sit transactio, atque compromis-
sum

sum super re feudali absque directi Do
mini assensu. Et consequenter dubi-
tatur, an tex. iste cum concordantibus
supra adductis corrigatur per l. Impe-
rialem §. fin. infra de prohib. feu. alien.
per Feder. & l. Imperialis de prohibit.
alien. per Lothar. Ardua vtique est dif
ficultas ista Curtio Iuniore teste in lo
co infra citando, præsertim propter
grauissimorum Iureconsultorum pro
vtraque parte auctoritates, adeo vt vix,
quæ magis communis sit, iudicari pos-
sit, alij affirmatiuam tuentes opinio-
nem pro validitate compromissi, &
transactionis. Cæteri uero negatiuam,
Aliqui vero pauci mediam viam se-
quentes dixerunt, vassallum in sui præ
iudicium posse transigere, & compro-
mittere non in præiudicium Domini.

Articulus iste promiscuè in com-
promisso, & transactione tractatur,
cum vtrunque eisdem rationibus tra-
ctari soleat. Compromissumque sit
12 transactio quædam, & è contra, pro-
pter æquiparationem Authe. vt diffe-
rentes Iudices §. primo colla. 9. & Au-
th. si vero contigerit C. de Iudicibus,
& ubique scribentes Alexand. consil.
22, numero tertio, libro primo, & 119.
numero tertio, libro secundo, Tiraqu.
de legib. conubial. Gloss. quinta, nume
ro 204. & 205. Alciat. in l. cum te nu-
mero quarto, C. de transact. Ludouic.
Molin. de primogenit. libro quarto, ca
pit. nono, numero primo, Peregrin. de
fideicommis. artic. 52. Quæ difficultas
in Regno isto non procedit, quia le-
gem habemus expressam constitutio-
13 nem diuæ memoriæ prohibentē tran-
sactiones arbitria, atque compromissa
super feudis absque Domini nostri Re
gis assensu. Propterea titulus quæstio-
nis formatur de iure communi feudo-
rum, vt inde non Regnicolis dunta-
xat, sed cæteris Europæ feudistis emo
lumentum aliquod afferamus.

Quod tex. iste cum similib. non sint
correcti per l. Imperialem, & conse-
quenter compromissa, atque transa-
ctiones de iure communi feudorum
fieri posse originaliter dicebat Iacob.
Ardiz. feudorum pater sub tit. de suc-
14 cessione feudi sub rubricella, si conten
tio est inter vassallum column. quarta,
& quinta, vbi simpliciter testatur, iur-
gantium controuersias super feudis
per pares Curiæ, vel per Arbitros esse
terminandas allegando hunc text. &
capitu. vnicum de controuers. int. vas-
sall. & alium de beneficio infra, & ca-
pitu. si inter pares infra de lege Corra-
di: non tamen aperit, si iura hæc per l.
Imperialem sunt correcta, eandem o-
pinionem secuti videtur Gloss. Iacobi
Columbini in dict. l. Imperialem §. fi-
nal. Iacob. Aluaro. late, & Cardin. Ale
xandrin. in dict. capit. si inter pares de
lege Corradi. Iacob. Beluis. & Nicol.
de Neap. in capit. primo, de inuestit. in
maritum facta, & ibi Bald. qui Pileum
in sua summa allegat, sequitur Iaco-
bin. in verbo, & cum pacto de non a-
lienan, colum. tertia, versic. Sed an vas
sallus possit compromittere. ...
Curt. Iun. in quarta par. tract. feudal.
versic. octauo principaliter quæro nu-
mero 98. & numero 96. Lipar. ad Iser.
in dict. capit. si inter pares de lege Cor
radi in vers. hodie putamus, & hic nu-
mero 10. vers. distinguendum, idem
Aluaro. & Card. hic, & hanc esse com-
munem testantur Curt. Iun. & Lipar.
in locis citatis Thom. de Marin. de Ge
neribus, & qualitate feudorum tit. se-
cundo, numero 26. qui nec Iser. intel-
lexit, dum eum pro hac opinione alle-
gat Zasius de feudis part. 9. nume. 26.
Paris. consil. 23 numero 221. libro pri
mo, Author quidam ad Alexand. con-
silio primo, numero 44. libro quinto,
Nicol. Intrigliol. de feudis centur. se-
cunda, artic. quinto, numero 145. late,
qui de communi testatur.

Secunda Princeps fuit sententia
Hostiensis in summa de Arbitris, §. de
qua re possit compromitti numero se-
ptimo, versicul. Sed nunquid vassallus
dicentis feudatarium in sui præiudi-
cium, non Domini, posse compromit-
tere, & transigere super re feudali,
quem sequitur Speculator in titulo de
arbitro, & arbitratore §. restat nume-
ro sexto, versic. sed nunquid vassallus,
quæ sententia fulcitur argumento de-
cretalis cum tempore extra de arbi-
tris, & capit. cum dilectus de eo, quod
metus causa capit. cum dilecta §. quia
vero de confirm. vtil. vel inutil. capit.
cum

cum dilectus in fine de donatio. subdunt, quod posset Dominus hoc prohibere l. vnica ff. si quis ius dicenti non obtemper. sequitur Federic. Schench in dict. capit. si inter pares numero tertio, de lege Corradi.

Tertia originalis fuit opinio communis Aurigę Iser. in d. c. si inter pares col. tertia, infra de lege Corradi, vbi discusso prius articulo per argumenta ad partes post numerum sextum, subdit hæc verba, hodie putamus non cõpromitti de feudis, quia hoc casu, quãdo inter duos est controuersia, de eo datur cognitio certis personis puta Dominis infra l. Imperialem in fine, nec reperitur ibi aliquid de athitro, Quæ quidem lex tanquam posterior corrigit præcedentes, vt istam, & similes, maximè propter rationem ipsius legis in principio, vt nulla alienatio valeat sine consensu Domini, hæc Isern. sequitur Ias. in l. fin. quæst. 9. C. de iure emphyt. & consil. 168. nume. 13. libro quarto, consil. primo, num. 44. colum. fina. libro quinto, & in l. sæpe, nume. 131. de re iudic. Bald. consi. 121. incip. a capite inuocantes, num. 10. versicul. Secundo alia principali ratione libro tertio. Hostien. se correxit hanc veram sequendo Isern. teste in dicto cap. si inter pares post numerum sextum. Dec. consil. 445. in casu ad me transmisso, num. 24. & sequent. Anton. de Butr. in cap. cum tempore, nume. 13. post Ioan. Andr. & Hostien. de arbitris, & post eos Imola, & Abbas vltimo notabil. & hanc sententiam magis communem esse suo tempore testatur Socin. iun. consil. 77. nume. 77. & sequent. libro primo, Afflict. hic nu. 44. & in l. Imperialem, §. præterea si inter duos Martin. Lauden. in tractat. de Principib. concl. 261. Dux, vel Comes, Socin. Sen. consil. 87. nume. 10. libro tertio, & de magis communi testatur quoque & sequitur Iul. Clar. in §. feudum, quæstio. 39. Rolan. a Valle latissimè hanc tuetur sententiam consil. 22. Illustris Domine libro quarto, Crot. consil. 114. numero quinto, Ioã. Bapt. Vincemala consil. num. 134. inter consilia feudalia Alipran. consilio 19. inter cons. status Montis Ferrati, & ibidem Simon consil. 23. colum. 2. testatur quoque Rolan. hanc esse communem: errauit tamen in intellectu Afflict. decisio. 285. qui de iure Regni loquitur, dicentis in compromisso tan
15 tum debere Regis interuenire assensum, & non in laudo, hodie tamen impetrari solet assensus cum clausula,
16 vt antè prælationem laudi ostendatur vni ex Dominis Regentibus Regiam Cancellariam, & ita pluries practicatum vidi etiam in quibusdam feudalibus altercationibus, in quibus ego Arbiter fui. hanc praxim recenset quoque Loffred. in l. Imperialem, colum. 3. versicu. compromissum in patafrasi, vbi pro hac opin. quoque inclinare videtur. eandem Isern. sententiam approbant Signorol. consil. decimo, num. 3. Gozad. coosil. 4. colum. penul. Calcan. consil. 50. colum. secunda, & 3. Areti. consi. 14. colum. prima, Alexan. consi. 30. colum. vlt. libro primo, quos refert & sequitur Iacob. Menoch. consil. secundo, num. 239. Ludoui. Roma. in l. prima, §. & post operis in fi. ff. de oper. noui nuntia. & ibi Alexan. nume. 24. Lanfran. de Orano in tract. de Arbitr. par. quarta, in fi. numero 11. versicu. idem dicendum est de vasallo. Lapus allegatio. 502. in princip. & ibi Quintilianus Mandos. in versiculo vasallus in bonis maioratui subiectis, vt super eis nec transigi, neque compromitti possit censuerunt Gregor. in l. 10. titu. 26. par. quarta, in Glos. magna, colum. quinta, Ant. Gomet. in l. 40. tauri nu. 86. Pinel. in l. prima, C. de bon. mater. part. 3. num. 46. propè finem, & num. 50. versiculo, Octaua limitatio, omnium latissimè doctissimus Molina de primogen. libro quarto, cap. 9. qui nu. 11. hanc communem esse sententiam testatur, & in forensib. controuersijs receptam. Ruin. consil. 129. num. quarto, libro quinto, & hanc crebriorem esse sententiam testatur idem Menoch. consil. primo, num. 267. quam sententiam tanquam veriorem, & magis cõmunem nos quoque sequimur post Tiraquel. in tractat. de legib. connubial. glos. quinta num. 204. quæst. 19. qui testatur hanc opinionem verissimam esso quicquid Speculator, & Aluar. cum

sequa-

sequacibus dixerint, sequitur Beretti, consil. 134. nume. 11. 12. & 13. Marc. Ant. Peregrin. in tractat. de fideicom. artic. 51. num. 81. & 87. & artic. 40. nu. 120. Barnaba Comazzanus decisio. 66. num. secundo, Iacob. Mandellus, consil. 64. num. septimo, & hanc opinionem veriorem, & magis communem, atque in iudicando, & consulendo sequendam esse dicit Rodulph. Scraderi in tract. de feud. part. decima sect. prima, num. 166. & 168. Cephali consil. 153. nume. 78. Guid. Pancirol. consil. 118. nume. 28. à Roseutale de feudis cap. 9. conclu. 22. vbi in additione lit. F. testatur hanc esse magis communem. Franciscus de Caldas in commentario l. si curatorē habens verbo prohibetis. nu. 114. C. de in integrum restitut. minorum.

Prima opinio Iacobi de Ardiz. & sequac. subscriptis potissimis medijs fulcitur.

Primo habet pro se text. istum cum cap. vnico infra de contro. inter vass. & alium de benefi. & cap. si inter pares infra de lege Corradi, in quibus statuitur vassallus de feudo posse transigere & compromittere sincerè, atque bona fide, & non in fraudem Domini subdit text. in dicto cap. vnico de controuer. int. vas. & ali. de benef. quod si feudum deinde Domino aperiatur, post huiusmodi transactionem celebratam, vel laudum latum, tale erit, ac si Domino causam agente indicatum fuisset, & ideo ab eo ratum haberi

17 oportet, & ex hoc text. confunditur sententia Hostien. & Specul. supra relata, qui dicebant in præiudicium vassalli dumtaxat non Domini valere laudum, atque transactionem, text. autem prædictus dicit etiam in præiudicium Domini, ergo minus iuridica fuit prædicta distinctio merito confutanda, atque reijcienda erit, nec de ea amplius loquendum.

Secundo principaliter roboratur, quia iura prædicta expressè per l. Imperialem in fine non sunt correcta, ergo remanent incorrecta, argumēto l. præcipimus C. de appellatio. præsertim, quia Glos. ibi dicit iura hæc esse potius diuersa, quàm aduersa, præterea Arbi-

18 ter hoc iure consuetudinario feudorū fuit reputatus legitimus cognitor, iudex, atque decisor in casu suo. Ergo ita obseruari debet.

Tertio feudatarius potest agere, &

conueniri coram competenti iudice, vt hic dicitur cum alijs concordibus, & hoc non est correctum, Ergo nec etiam correctum esse dici potest aliud caput, ut agere, & conueniri possit coram arbitro, postquam arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum l. prima, ff. de arbitris l. cum antea C. eod.

Quarto, Bald. in l. fina. C. communia de legat. dixit emphyteotam posse compromittere in arbitrum absque

19 assensu directi Domini, motus quia compromittendo non dicitur alienare

20 etiam posito, quod arbiter adiudicet rem emphyteoticam aduersario, quia secundum eum per sententiam arbitri non transfertur dominium cap. Raynaldus de testam.

Tuentes tamen aduersam partem dicunt hoc Bald. fundamentum esse falsum, quia per sententiam iudicis

21 transfertur dominium l. Pomponius, §. si iussu de acquiren. possess. l. ex hoc iure de iusti. & iure. & vbique per Doctores, ita etiam per sententiam, siue laudum arbitri, postquam arbitria sūt redacta ad instar iudiciorum l. prima, ff. de arbitris, præsertim quia hodie ex sententia arbitri oritur actio, sicut ex sententia iudicis l. cum antea C. de arbitris cum ibi notatis, & ita expressè tenet Ias. qui in emphyteota loquitur, vt non valeat compromittere absque Domini directi consensu in dicta l. fi. q. 9. C. de iure emphyt.

22 Quinto pro hac opin. allegari possent iura disponentia liberationes factas ab hærede ante restitutam hæreditatem valere l. ante restitutam ff. de solutio. Item compromissa l. cum hæreditas, la prima, ff. ad Trebellia. l. prima, C. de pactis, cap. Raynaldus de testam. cum cęteris congestis per Ludo. Molin. lib. quarto, de primogenit. cap. 6. colum. prima, & secunda, quibus ipse quoque num. 12. & sequen. congrua affert responsa, quæ non repeto.

Sententia Iser. & sequac. vltra duas rationes per eum adductas, ac supra

per

per formalia eius verba relatas confir
matur secundum Bald. dicto consilio
121. libro 3. num. 10. quia feudum si-
cut non potest alienari per contractū
23 dicta l. Imperialem, ita neque per iudi
cium prorogatum, alias faciliter lites
fingi possent, & feuda per indirectum
alienari contra dictā l. Imperialem §.
callidis, & huiusmodi calliditates diffi
ciliter deteguntur, ut Iser. hic testatur
hoc est absurdum l. cum hi §. si cum
lex de transact. Ergo & antecedens.
24 Tertio, qui non potest alienare, non
potest rem in iudicium deducere l. ait
prætor, ubi Barto. ff. de iure deliber. &
ita argumentatur hic Isern. feudata-
rius non potest alenare dicta l. Impe-
rialem de prohib. alien. per Federic. &
per Lothar. l. Imperialis, Ergò non po
test rem hoc modo in iudicium dedu-
25 cere, ratio est, quia in iudiciis quasi con
trahitur l. 3. §. idem scribit de peculio.
Ergo prohibitus alienare per con-
tractum censetur etiam prohibitus
per quasi contractum, & hæc in com-
26 promisso procedunt multò magis in
transactione, qui contractus formalis
est, præsertim, quando per eam feu-
dum ad alias manus transfertur, & q
27 non pōt alienare immediatè, nec actu
facere potest, per quem alienatio sequi
possit, glos. in l. Item quia, ff. de pactis,
Bart. in l. codicillis, §. matre de legat. 2.
notatur in l. si ita quis, §. ea lege de ver
borum obligat. Sed ex compromisso,
& transactione posset sequi alienatio,
cap. cum tempore de arbitris. Ergo
qui nō potest alienare, nec etiam com
promittere, & transigere potest, De-
cius hoc modo vltra alios argumenta-
tur, consilio 445. numero 26. qui non
potest alienare, nec etiam pati potest,
vt præscriptio sequatur in alterius præ
28 iudicium, quia præscriptio alienatio
est, l. alienationis actus de verborum
significat. Aluaro. in cap. 1. §. hoc que-
que, colum. fin. de successio. feudi, De-
cius post Castrens. consilio 155. Cleri-
29 cus etiam sine licentia Episcopi com-
promittere non potest, capit. peruenit
de arbitris, & de rebus illis de quibus
non potest fieri alienatio, nec etiam
compromissum sequi potest, probat
tex. in capit. cum tempore de arbitris,
per quem ita concludūt ibi Butr. Abb.
& cæteri Canonistæ Rolan. latè dicto
consilio 22. libro quarto. Rursus alie-
natio feudorum est prohibita, quomo
dolibet etiam per callidas machinatio
nes, quibus Federicus obuiare voluit
dicta l. Imperialem, §. callidis, ergo cē-
setur prohibitum omne id, per quod
perueniri posset ad alienationem l. ora
tio de sponsal. & sic compromissa, &
transactiones quib. mediantibus feu-
da fraudulenter alienari possent.
30 Quarto hoc est regulare, quod de
bonis alienari prohibitis compromit-
ti, atque transigi rectè non potest, l. nō
solum, C. de prædijs minorum dict. ca
pitu. cum tempore de arbitris, & ibi
communiter scribentes. feuda sunt hu
iusmodi strictè alienari prohibita per
l. Imperialem, Ergo super eis transi-
gi atque compromitti non potest. ita
argumentatur Capic. decisio. 93. Pi-
nel. de bon. mater. parte tertia, nume-
ro 44. Afflict. decis. 138. numero secun
do, Ludou. Molina de iure primogen.
libro quarto, capit. nono, numero 8. &
31 per totum, vbi exactissimè disputat ar
ticulum in bonis maioratus, an com-
promitti, atque transigi possit, plura
hine inde cumulans, quæ consulto præ
termitto, ne bis idem superfluo repeta
tur quod esset sæpius loqui. nouissimè
Peregr. de fideicommis. articu. 52. per
totum.
Quinto possessor rei restitutioni su
biectæ successoribus ex actu uolunta-
rio nocumentum afferre nequit l. pe-
to, §. fratre de leg. 2. cum simil. Com-
32 promissum, & transactio sunt actus
voluntarij l. si dictum §. si compromi-
sero ibi, nulla enim necessitate cogen-
te id feci. ff. de euictio. Ergo feudata-
rius neque compromittere, nec transi-
gere potest. hæc, & aliqua alia media si
milia videre poteritis apud Molinam
d. cap. 9. Et nouissimè Rodulph. Schra
deri, parte 10. sectio. prima, nume. 166.
& sequen.
33 Sexto transactio est species emptio
nis, & venditionis l. cum ea, C. de tran
sactio. ibi dum dicit veluti emptorem,
quæ lex loquitur tam quando feudum
relaxatur, quàm dum retinetur, utro-
que casu mutatur causa possessionis, &
feudum

feudum retineri videtur ex causa transactionis, Emptio, & venditio est expressè prohibita, & quodlibet commercium per d.l. Imperialem, Ergo etiam transactio prohibita videtur, est argumentum Afflict. hic numero 45. & consequenter per dict. l. Imperialem, consuetudines hæ correctæ videntur maximè quia lex Corradi prohibet omnem alienationem non obstante præscriptione capitu. primi, de capitulis Corradi. Isern. hic, numero 10.

Non obstant iura in primo argumento allegata, quia uere per l. Imperialem, §. præterea. si inter duos infra de prohib. alien. per Feder. sunt correcta. expresè dicitur in eo text. quod si oritur cōtrouersia de feudo inter duos vassallos, domini est cognitio, si vero inter vassallum, & dominum per pares curiæ terminetur, & inter hos iudices non reperitur arbiter, Ergo iura antiqua sunt expressè correcta, & hic

34 est intellectus Iser. in dicto capit. si inter duos infra de lege Corradi ibi hodie putamus, & communis cæterorum feudistarum supra congestorum.

Vel secundo respondetur iura prædicta esse intelligenda, quando feudū remanet pen es vassallum soluta aduersario vendicanti aliqua pecuniæ quantitate, quo casu domino, nec agnatis præiudicium infertur, merito transactio, & compromissum permittitur, hic fuit intellectus Bal. Paris. Iul. Clar. & aliorum quos refert Molina d. ca. 9. numero 18. & Soci. consil. 87. numero 10. libro tertio, prima tamen solutio verior est Afflict. teste hic num. 44.

35 Ad secundum etiam est responsum, & confirmatio, nec etiam obstat, postquam & si feudales consuetudines approbauerint arbitri iudicium, Federicus tamen in l. Imperialem, quæ noua: est causas ad se, eiusque Officiales auocauit certos illos iudices in feudalibus controuersijs destinando.

36 Ad tertium minus obstat, quia etsi arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, diuersa tamen militat ratio coram iudicibus, vel Curiæ paribus quā coram arbitris, postquam fraudes plures coram arbitris excogitari possunt fingendo lites, illasque transigendo, & compromittendo, & laudando, Clausis oculis feuda alienando, quæ cessant quando lites coram iudicibus ordinarijs, vel a Dominis feudorum destinatis agitantur, qui propter eorum auctoritates, vel Domini interesse non ita faciliter corrumpuntur argumento ll. si suspecta de inoffi. testament. L. si perlusorio ff. de appellationibus cum cæteris hic per Isern. congestis columna quinta.

37 Ex prædictis quoque resoluta remanet alia difficultas, & omnes similes, quia multo minus compromissa fieri possunt in arbitratores absque directi Domini assensu, cui sententiæ nedum Isern. & sequaces se subscribunt, sed plurimi quoque pro prima opinione relati, quos sigillatim referre non expedit, quia articulus me iudice indubitabilis est.

38 Limitatur principalis conclusio supra firmata, vt non procedat, quando transactio, vel compromissum fieret inter feudatarium, & directum Dominum feudi, eo casu alius assensus non requiritur, & hoc casu licitum est vassallo mutare sibi causam possessionis l. non solum ff. de vsucapit. l. cum nemo C. de acquir. poss. Afflict. hic numero 46. qui aliam rationem non assignat, uera tamen ratio est, quia quili-

39 ber contractus celebratus cum eo, qui assensum præstare tenebatur, non eget alio assensu, & hoc iure utimur, quando cum Illustrissimo Protege Regni

40 contrahitur, alius assensus in forma Cancellariæ non est necessarius Camer. in l. Imperialem fol. 12. lit. P.

QVÆSTIO SECVNDA.

41 QVÆRO SECVNDO vtrum sententia lata cum feudatario, sicut Domino præiudicat in cæteris successoribus agnatis non citatis in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, vel maioratu? Iser. hic colum. tertia, in fin. versic. sed nunquid hæc sententia præiudicet agnatis alijs sicut præiudicat domino, disputat ad partes articulum. Concludens tandem agnatis non citatis, & ignorantibus litem agitari, nullum

lum fieri præiudicium quæ opinio a pluribus recipitur, & a totidem, & forte numero maioribus impugnatur: adeoquod antiquis, atque nouissimis omnibus computatis, vere quæ magis communis sit, iudicari non potest. Siquidem affirmatiua, & negatiua habet intra plurima, authoritates, atque rationes pro se, nos tamen relatis pro vtraque opinione Doctoribus, atque aliquibus demonstratiuis medijs: nostram sententiam in medium referre contenti erimus, nec aliter articulum ad partes discutere, postquam Ludouicus Molina, Marcus Antonius Peregrinus, Octauius Cacheranus, Couar. pluresque alij infra citandi adeo doctè, & fusè pro vtraque parte dixerunt, vt nobis aliqua pauca duntaxat addere apertam viam reliquerint.

42 Hæc opinionem in beneficium agnatorum sequuntur Dec. consil. 445. numero 29. & sequent. qui communem dicit Socin. Iun. consilio 181. numero 93. libro secundo, Aym. Crauet. consi. 197. numero septimo, libro primo, Bal. consil. 250. viso isto processu post princip. libro quarto, Paul. Castrens. consilio 119. videtur dicendum in secundo dubio libro secundo, Andr. Tiraquell. de legib. connub. Gloss. quinta, numero 207. Marin. Frecc. in nona differentia feudi ex pacto, & prouidentia ab hæreditarijs Octau. Cacher. fusè decision. Pedem. 157. vbi ita per senatum iudicatum fore, testatur Ioannes Vincent. de Anna relatis hinc inde Doctoribus cuius sententiæ ipse fuerit, non aperit singul. 470. Isern. sequuntur Aluarot. Præposit. & Afflict. hic Curt. de feud. par. septima, quæstione nona, Fedyn. in capitul. fina. numero quinto, de maior. & obedient. Ias. de feudis part. nona, & in l. sæpe versicu. quid autem de agnatis, de re iudicata Alexand. in l. filiusfamilias §. diui numero nono, vbi locus est cæterorum Ciuilistarum familiaris de leg. primo, Loffred. consilio 10. Ioannes Cephalus consilio 133. numero 82. & 83. Capic. decis. 20. numero 23. Rodulph. Schraderi, tandem in tractatu de feudis, parte 8. capit. 6. numero quarto, qui hanc sententiam veriorem, & communiorem esse dicit, Paris. consilio quinto, numero 36. & 37. libro primo, Intrigl. de feudis centuria prima, artic. 51. numero 111. qui centuria secunda, re fusius perpensa corrigit se artic. 5. numero 140. & sequen. idem sentit Dominus Ioannes Thomas Minadous, consilio 10. numero 35. post Franc. Balb. in tracta. de præscriptionib. 4. par. q. 9. Dominus Fabius de Anna posteà impres. consil. 18.

Contraria vero opinio, quod sententia lata cum feudatario in feudo ex pacto antiquo noceat omnibus agnatis futuris in infinitum, ignorantibus, & non citatis, nec etiam per generale proclama, vel edictum certioratis, sicut domino nocet, vt in tex. isto, recepta fuit per Oldrad. consil. 94. numero 18. versic. ex omnibus igitur, quem sequuntur Boer. decis. 255. columna penult. versicu. & ideo sententia prædicta Tiraquel. de iure primogen. quæstio. 35. num. 17. Anchar. in capit. licet num. 17. de voto. Alexan. in l. sæpè, numero 110. versic. sed Angel. ff. de re iudic. & consi. 123. num. 5. lib. primo, & 86. visis dubitationibus, column. 2. in princ. versic. pro hoc facit, & consilio 156. stantibus his, numero secundo, & tertio, libro secundo, Ias. in l. si quis nec causam, numero 7. versicu. facit, quod egregiè vult Bart. ff. si certum petatur. & in l. nec quicquam, §. vbi decretum, numero 34. de offic. proconf. Socin. in l. Gallus, §. & quid si tantum numero 30. ff. de liberis, & posthumis Iacobin. in ver. & dicti vassalli, numero 33. Curtium. consilio 23. numero 8. Alciat. notabiliter respon. 492. numero 53. dicit hanc conclusionem esse regulam, & ab ea non recedēdum, Marzar. de fideicommis. quæstio. 72. Cephal. sibi contrarius consilio 228. numero 22. libro secundo, Tiraquell. in tract. res inter alios acta, columna prima, Suarez. allegat. 29. numero tertio, Pinel. de bon. matern. l. prima, parte tertia, numero 48. Couar. practicar. quæstio. capit. 13. Ludou. Molina exactissimè, libro 4. de primogen. capit. 8. Ferdin. Vasq. de successionum creatione, libro primo, §. sexto, num. 28. Rolan. consil. 92. num. 18. & 19. libro quarto,

& hanc veriorem, & magis receptam
esse testatur Arius Pinel. vbi supra idē
quoque Anton. de Padil. in l. vnum ex
familia, §. si de Falcidia, numero 14.
versic. verum contraria opinio, & con
trariam opinionem esse damnandam
vt litibus finis imponatur, testatur
Gregor. Lopes, l. 20. titu. 22. partita ter
43 tia, verbo pero cosas, columna secun-
da, versic. non tamen ista res, & in Hi-
spania ita seruari testatur Didac. de Si
monias, de primogen. Hispaniæ, libro
quarto, cap. 23. nouissimè Marc. Anto.
Peregri. in tract. de fideicommiss. arti-
culo vltimo, numero 46. ad 51. vbi ver
sicu. sed horum opinio, testatur hanc
sententiam semper sibi visam fuisse ve
riorem, eamque nos quoque tanquam
magis communem, & æquitati confor
mem recipimus, vt litigantium con-
trouersijs finis imponatur, ex antiquis
Doctoribus eam receperunt Alber. in
l. penul. columna quarta, versicu. pro
parte filiorum, & versicu. ex quo collu
ditur, C. de donat. inter virum, & uxo
rem. & in proœm. ff. veteris, §. discipu-
li. numero 17. & numero 18. uers. siue
ergo Barto. in l. in diem, numero pri-
mo, ff. de aqua pluu. arcen. ubi Angel.
uersicu. in iudicijs sufficit Roman. in
l. in concedendo, numero 6. & Castrē.
numero secundo, uersicu. aduerten-
dum tamen eodem titu. Angel. in l. fi-
liusfamilias, §. diui, columna fin. in fi-
ne uersicu. at etiam de leg. 1. & ibi Ra
phael Cuman. columna secunda, Imo
la, columna fin. in fi. numero 18. Ias. in
prima lectura, numero 47. & secunda
lectura, numero 91. Ripa, numero 61.
qui de communi testatur Loazes, nu-
mero 126. Crotus, numero 38. Imola
in l. decem, numero 6. de uerbor. obli-
gat. & ibi Ias. numero 38. & 42. Socin.
Iun. & Ioannes Bolognetus Decian.
consilio 18. nume. 53. libro tertio, Me-
noch. consilio 630. numero 25. lib. 7.
Beretta, consilio 134. nume. 35. libro
primo, ibi fatetur hanc esse ueriorem,
& magis communem, & post omnes
Nicol. Intrigl. de feudis, centuria se-
cunda, articu. 5. numero 140. Auctor.
quidam, §. 33. glos. prima, numero 68.
Franc. Aret. consilio 14. numero 10. &
11. Camil. Saler. in consuetu. Neap. si
cui militi uersic. Vigesima prima con-
cordantia, fol. mihi 312. qui male pro
hac opinione allegat Andream. Domi
nus Fabius de Anna post hæc scripta
impressus, consilio 17. numero 41. qui
sequenti consilio 52. correxit. Franc.
de Caldas in Commentario ad l. si cu-
ratorem habens uerbo prohiberis, nu
mero 79. & 80. C. de in integrum resti
tu. minorum.

Probatur in l. prima, §. quamuis uer
sicu. denuntiare, & uersicu. denuntia-
ri de ventre inspi. in l. ex contractu de
re iudic. in l. si patroni, §. fin. ad Trebel
lia. l. si superatus, uers. at qui de pigno.
l. Papinianus, §. fin. & l. qui repudian-
tis, §. fin. & l. si suspecta in princip. de
inoffic. testamen. quorum argumento
hanc opinionem recept. Bart. in d. l. in
diem, nume. 1. de aqua plu. arc. proba-
tur etiam in l. sæpe, §. cur autem de re
iudicata.

44 Similia habemus in Episcopo œco
nomo, cui patrimonium pauperibus
relictum distribuendum lex defert,
cum quibus sententia lata ualet,
& successoribus præiudicat l. si quis ad
declinandam, licentiam, C. de episco.
& cleric. in Prælato succedente in be-
neficio in regimine & administratio-
ne, qui ex contractu prædecessoris te-
netur capit. primo, extra de solutio. &
45 cui sententia contra prædecessorem la
ta nocet, cap. cum inter de sentē. & re
iudic. capit. cum olim de præscript. &
Prælatus successor heredi comparatur
46 dicto capitul. primo, de solutionibus
quamuis a prædecessore causam non
habeat cap. moyses, & cap. Apostolica
8. quæst. prima, cap. secundo, vbi Ioan
nes Monacus post princi. Ioan. Andr.
Domi. Philip. Franc. omnes ad finem,
vt lite pendente Innocen. & Ioan. An
dre. in cap. ex parte versiculo sublato
post princ. de arbitris Ioan. Monac. in
cap. indemnitatibus, colum. secunda,
uersic. sed ius non habet de electio. in
sexto, & in cap. si tibi absenti columna
secunda, versic. item dices de præben.
eod. libro, Anto. in cap. cura versic. no
ta tamen de iure patron. & ibi Panor.
Imola in cap. ult. colum. secunda, ver-
sic. potes dicere de præscript. Alexan.
consil. 213. lib. secundo, colum. quarta
uersic.

versic. vel secundum Bertran. qui cæte
ros congerit, asseritque procedere etiã
47 si beneficium collatum fuerit per re-
signationem, siue renunciationem
prædecessoris consil. 250. viso proces-
su causæ, colum. secunda, versic. tertia
ratio lib. secundo, Tiraquel. de iure pri
mogen. quæst. 35. num. 18. & sequen.
plura similia congerit Crauetta consil
10. num. 8. Abb. consil. 62. lib. primo,
qui etiam in prælato loquuntur, vt sen
tentia pro vel contra prædecessorem
lata eidem obsit, vel prosit.

48 Similiter sententia lata cum admi-
nistratore Sindico, qui vniuersitati, &
rebus præest, ius facit aduersus suc-
cessorem Oldr. dicto consil. 93. qui in
49 Rege, aliisque temporalibus Principi-
bus loquitur, quorum sententiæ suc-
50 cessoribus nocent. Item sententia lata
contra hæredem ius facit aduersus le-
gatarios, & fidei commissarios etiam
non citatos in causa inofficiosi l. Papi-
nianus, §. si ex causa de inoffic. testam.
vbi glos. & communiter omnes quia
hæres est testamenti caput §. ante hæ-
redis instituta de lega. idem in causa
nullitatis testamenti l. si patroni, §. fin.
secundum vnum intellect. ad Trebel.
vbi Alexan. num. quarto, Peregrin. de
51 fideicommis. latè articu. vltimo, num.
48. & 49. Idem in sententia lata cum
tutore l. tertia, de reb. cor. §. primo,
quia possessor conuenitur, dicit hic l-
sern. l. officium in fine de rei vendic.

52 Item sententia lata cum hærede in
causa falsitatis testamenti præiudicat
legatarijs, & fideicommissarijs non ci-
tatis, per easdem rationes, & iura tenẽt
Aretin. Barto. Angel. Imola, Paul. Ale
xand. in l. si seruus plurium §. primo,
Butr. in cap. causam qui fil. sint legit.
Alexand. in dicta l. sæpe num. 25. Do-
cto. in l. controuersia de transact. Ra-
tio est, quia iudicium redditur in inui
53 tum l. inter stipulantem §. primo, de
verbor. oblig. & singulis controuersiis
vnus imponi debet finis rei iudicatæ
authoritate, quod frequens, & publi-
cum est l. singulis de except. rei iudic.
oportuit personam constituere, cum
qua iudicium actum negotio finem
acquirat, ne iura, & rerum dominia in
certa sint, ideo hæres grauatus fideico-
54 misso vniuersali pendente restitutio-
55 ne, quàm etiam fideicommissarius v-
niuersalis fideicommissum tenens le-
gitimam personam habet rem in iudi
cio deducendi actiuè, & passiuè dicta
l. prima, §. denuntiari de vent. inspic. l.
ex contractu de re iudic. Alexan. An-
ge. Floria. Imola, & alii ita deducunt,
ex iuribus prædictis in dicto §. diui &
post alios plures Marc. Ant. Peregr. de
fideicom. artic. vltimo, num. 49. & se-
quen. ubi contrariis omnibus respon-
det post Molin. dicto cap. 8. libro quar
to, alia plura congerit Ias. in l. decem,
num. 41. & sequen. de verbo. oblig. &
in l. de vnoquoque post Glos. ibi de re
iudic. aliqua alia ad confirmationem
adduci possent ex dictis hic per Iser. &
Ciuilistas in locis supra citatis, ex qui-
bus colligere quoque poteritis respon
siones adductas ad aliqua ex prædictis
argumentis per Octauian. Cacher. nõ
militare, præcipuè ad argumentum
Prælati Sindici œconomi tutoris, vel
curatoris, cui nullus penitus assignat
responsum neque congruum assigna-
ri potest, in ceteris videte Ciuilistas,
nè sæpius idem repetatur, Item prohi-
bere non potuit Agnatum ne litem
ageret l. sæpè §. cur autem de re iudi-
cata.

Ampliatur conclusio prædicta per
56 Ludouic. Molin. libro quarto, capitul.
8. numero quinto, & 6. ut nedum sen
tentia, sed omnia acta facta, ac instan-
tia cępta cum feudatario defuncto pro
sit, et noceat successori in feudo ex pa-
cto (de hæreditario nõ loquimur, quia
non dubitatur) ex iuribus, & authorita
tibus per eundem adductis l. in iudi-
cio ff. famil. hercis.

Ampliatur secundo, quia sicut sen-
tentia lata respectu feudi contra vas-
sallum nocet Domino, ita quoque, &
sententiam latam contra Dominum
57 feudi respectu illius directi dominij (si
directum vocari potest, vel potius ius
58 quoddam feudale ad instar seruitutis,
de qua re cum Author. quodam in se-
quent. capit. aliquid dicemus nu. . .)
subfeudatario nocere: iudicantur e-
nim ad paria, vt in sequent. capit. pro-
batur Afflict. decision. 396. numero
sexto, Alexand. in l. sæpe numero 109.

de re iudic. Rodulphus Schraderi in
tractat. de feudis par. sexta, capit. septi-
mo, numero septimo.
59 Limitatur tamen conclusio prædi-
cta, vt procedat, quando feudatarius
diligenter pure, & absque fraude li-
tem prosequitur bona fide citra collu-
sionem, & dolum, seu negligentiam,
alias detecta collusione, vel negligen-
tia, vel quod lis in contumaciam feu-
datarij non defensi terminata sit, eo ca
su absque dubio sententia successori-
bus non nocebit l. ex contractu de re-
gul. iur. ibi nisi culpa tutoris l. a senten
tia, & l. si per lusorio de appellatio. l. si
seruus plurium §. primo, & §. si quis an
te ibi vel minus plene ff. de leg. primo,
& ibi Areti. Imola. Cuma. & Ias. Af-
flic. hic numero octauo, & nono, alios
congetit post Iser. & Bald. hic Ludou.
Molina. dict. capit. octauo, numero se-
ptimo, qui numero 10. ampliat secun-
60 do, vt successores feudatarij possint ap-
pellationem non interpositam vel in-
terpositam, & p negligentiã non pro-
sequutam prosequi, & ideo cauti sint
agnati, vt compareant, & in iudicio as-
61 sistant pro eorum interesse ad euitan-
dum collusiones, & fraudes, quod face
re poterunt dic. l. si suspecta de inoffic.
testament. cum simil. per Peregri. post
alios adductis, subdit hic Bald. frau-
dem ipso iure præsumi, quando vassal-
62 lus Domino denunciare potuit, & non
denunciauit l. creditor hipothecas C.
de distractio. pignor. la secunda quam
Baldus vti notabilem hic commendat
quem Aluaro. cæterique sequuntur.

Qværstio Tertia.

63 QVÆRO TERTIO, vtrum
transactio absque assensu directi
Domini facta cum feudatario in feu-
do ex pacto, & prouidentia antiquo,
vel cum possessore maioratus, cæteris
agnatis noceat in maiorani, vel feudo
succedentibus? Tex. iste simpliciter di
cit feudatarium sincere, & bona fide
transigere posse, clarior tex. in capitul.
vnico infra de controuer. int. vassall. &
alium de beneficio.
Sed contra hæc iura, quæ apertè pro
validitate transactionis loquuntur, se
opponit hic Iser. de reg. Imperialem §.
callidis infra de prohibit. alien. per Fe-
64 der. quæ fraudes omnes fieri prohibet
vtcunque excogitari possent. Sed si
feudatario absque assensu Domini per
mitteretur transactio, faciliter fingere
posset litem, & ea contestata transa-
ctionem facere, & per indirectum feu
dum ad alias manus transferre, & alie
nare, & sic per hunc actum volunta-
rium posset fieri alienatio l. secunda,
de transactio. l. transactionis placitum
C. eodem, & l. si diuersa, consequens
est absurdum, ergo & antecedens leg.
scire oportet ff. de tuto. & Curat. datis
ab his, ad hoc est Gloss. notabil. in l. Re
gni Constitutionem diuæ memoriæ
verbo super eis, quæ hæc verba sugge-
rit super eis, vel super lite ipsorum fin-
gi enim lites poterunt, vt ff. de tran-
sact. l. cum hi, §. si cum is, ibi ne circum
ueniatur oratio: fingi enim lites pote-
runt, vt transactio etiam contra Præ-
toris authoritatem fiat; etsi replicando
diceretur, quod vassallus sicut per sen-
tentiam præiudicare potest, vt præce-
denti quæstione latius docuimus, ita
per transactionem, quæ pari passu pro
cedit in tex. isto, & dict. capitu. primo,
65 vnico de controuers. inter vassall. & a-
lium de beneficio Iser. respondet nu-
mero nono, sententiam etiam in inui-
66 tum reddi posse, non ita transactio;
quæ actus voluntarius est, l. inter stipu
lantem §. primo, de verb. oblig. l. 2. §.
idem scribit de peculio. l. si diuersa C.
de transactio.
Huius contrarij timore Bald. in di-
cto cap. primo, de controu. inter vassal.
& alium de benef. cęterique post eum
Aluaro. hic Iacobi. & alij in locis infra
citandis vltra Isern. varias assignant so
lutiones atque distinctiones.
Prima est, text. istum loqui de tran-
sactione, quæ fit litis timore, & futuri
iudicij, quod verè fieri dubitatur, abs-
que circumuentiontione argumento,
l. in summa ff. de condi. indebiti, sed so
lutio hæc difficultatem non soluit, ne-
que fraudibus occurrit, quæ faciliter
fieri possunt.
Secunda est solutio reassumpta ex
lectura Bal. hic quod text. iste cum si-
mil. intelliguntur, quando vassallus
domino

domino litem denunciauit, vel per
eum non stetit, quo minus denuntiaret,
eo casu transactio, quæ deinde sequitur,
iuridica dicitur. hic tamen intellectus
diuinat ad iura ista.

67 Tertia est solutio Iser. hic, & sequacium
dicentium, transactionem istam
valere, dumtaxat, quando dominus venit
ex persona vassalli, secus si ex persona
propria veniret, & consequenter agnati
omnes, qui in feudo ex pacto in
quo quæstio formata fuit ex propria
persona venire possunt transactionem
ratam habere non coguntur, secundum
Isern. lecturam qui post nume. 9.
hic eius theoricam his paucis verbis
claudit.

De transactione, quòd non noceat
alijs agnatis, certum est, quia non cauetur
de ea, quod eis noceat, nec est ratio
præmissa.

Quarta originalis fuit solutio, &
opinio Iacobi Ardizzonis feudorum
patris in tit. quib. mod. feud. amit. sub
rubricella, an habens extimationem
posset suscipere, qui dicebat hæc iura
loqui, quando feudatarius per transactionem
penes se retinet feudum aliqua
pecuniæ summa, vel quid aliud
aduersario data eo casu permissa est
transactio, quæ domino, Agnatisque
prodest, & obest, sincerè, purè, & bona
fide facta, quod præsumitur.

Contrarium procedit, quando feudi
possessio, vel dominium per transactionem
in aduersarium transfertur,
aliquo ab eo recepto, eo casu transactio
loco venditionis est, & prohibita l. litis,
ff. pro emptore, & procedit in hoc
secundo capite distinctionis argumentum
supra formatum l. non solum, C.
de prædijs minor. in effectu hanc opinio.
sequitur Bal. in capit. primo, infra
de controu. inter vassal. & alium de benefic.
& in l. Imperialem, columna 13.
infra de prohib. alien. per Federic. qui
subdit, quod licet in cæteris contra-
68 ctibus, ille, qui rem penes possessorem
dimittit, alienare dicitur l. quædam
mulier de rei vendicat. l. si sponsalibus,
§. primo, de iure dotium:
secus tamen est in eo, qui dimittit
ex causa transactionis, quia alienare
non dicitur l. si pro fundo, C. de tran-
69 sact. vbi probatur quoque, quod liti ce-
70 dens non dicitur alienare. Item redimere
vexationem vnicuique licitum
est, quia dies mali sunt cap. dilectus de
simonia, sequitur Aluaro. Præposit. &
Lipar. hic versic. quid autem Iacobin.
latè in versic. & cum pacto de non alienando,
numero 7. & 12. versicu. Subsequẽter
circa istam materiam, & versicu.
Quæro nunquid talis transactio
Curt. in quarta parte, quæstio. 7. Loffre.
consilio 10. Zas. parte nona, Marin.
Frec. libro secundo, de subfeud. authorit.
prima, versicu. à Regnicolis non
ponitur una quæstio, numero octauo,
quorum aliqui ampliãt etiam si agna-
71 ti sciuissent trãsactionem fieri, adhuc
eisdem non nocet, quia eorum ius durare
sciebant l. Caius, ff. de pignor. act.
sequuntur Crauet. consi. 197. numero
septimo, Cephal. consilio 133. numero
82. Tiraquel. de retract. §. primo, gl.
14. numero 67. & sequen. in maioratibus
quoque specificè loquitur Arius
Pinel. de bon. mater. l. prima, parte tertia,
numero 46. Ludou. Molin. libro 4.
cap. 9. numero 22. qui argumento hic
per Afflict. formato respondet, Iulius
Clar. §. feudum, quæstio. 38. & 39. Marcus
Anton. Peregr. de fideicommiss.
articu. 40. in fin. numero 124. & 126.
Decius consilio 183. numero quinto,
Cardin. Paris. consilio 16. numero 37.
& 23. numero 131. libro primo, nouissimè
Rodulph. Schraderi in tracta. de
feudis, parte octaua, cap. sexto, numero
secundo, Octauia. Cachera. consil.
31. numero nono, Feder. Schench. in l.
Imperialem, numero secundo, in fine
infra de prohib. alien. per Federic. A
Rossentale, cap. 9. conclus. 20. in fin. in
hanc opinionem in effectu inclinat relatis
omnium opinionibus Nicol. Intrigl.
de feudis centuria secunda, articulo
quinto, numero 112. & sequen. ad
138. Menoch. consilio 442. nume. 30.
libro quinto, Rolan. consilio vltimo,
numero 110. libro quarto, Liparul. hic
in fine versi. non expresso non contradicit
Petr. de Gregor. de concess. feudi
parte 8. quæstio. 16. titu. de iure decimæ,
nume. 5. Mozzius de feudis rub.
ex quibus cau. feud. amit. sub numero
152. & in Rubrica de natura feudi

sub numero 78. testatur hanc esse magis communem post Curt.iun. loco citato Socin.consilio 87.libro tertio, numero decimo,& hanc magis communem, & veriorem esse sententiam testatur Paris. consilio primo,numero 133.& 134. libro primo,ab eadem opinione non recedit Auctor quidam, §. 33.Glo. prima,numero 67.secundum nouam impressionem,quam uti neriorem opinionem, nos quoque sequimur post Tiraquell.de retract.lignag. §.primo, Gloss. 14. numero 68. & 69. Ioan.Campeg.consilio vndecimo, inter consil.feudal.num.15.versicu. Ad sextum dubium Paris.consil.16.num. 36.libro primo,qui post alios etiam de communi testatur Francis.Areti. consil.14.num.10.& 11. versicu. præterea posito Capyc.decisio.156.num. 15. &
72 16.& ita intelligendus est Molina lib. quarto,cap.9.num.8.& sequent.cuius rationes falsæ sunt,illa scilicet,quæ dicit text.istum esse correctum l. Imperialem,quæ lex iura ista corrigere non
73 cogitauit, bene tamen fraudibus obuiare omni conatu Imperator voluit, cæterę rationes ad probationem istius veræ conclusionis adduci possunt, testaturque etiam Molina in Forensib. controuersiis hanc opinionem esse receptam,quam latius exornat num.22. cum limitationibus quibusdam.

Cæterum contra communem magna fieri potest oppositio cum Cardinali hic de verbis text.istius,vbi feudatarius,siue agat,siue conueniatur,transigere rectè potest, nec quod accipit transactionis nomine feudum erit.

Ergo præsupponitur,quod ipse feudum,vel illius partem aduersario tradit,& pecuniam recipit,& sic confunditur distinctio;pro solutione difficultatis,dicatis feudatarium hoc casu nō tradere possessionem feudi aduersario, sed quando ipse agebat,vel conueniebatur super seruitute feudo debita iuxta terminos text. cap.rei autem supra de inuestit.de re alie.facta,hanc seruitutem bona fide transigendo temittit
74 aliquo accepto,quod per se esse non pōtest, neque feudo augeri,vt pecunia, quæ feudum non erit, & consequenter in illa seruitute,vel iure aliquo feudo debito feudatarius absque assensu bona fide transigere poterit,non super feudo,vel eius parte possessionem aduersario tradendo. Hic intellectus est de mente Gloss.hic ibi nisi sit tale, quod per se esse non potest, & probatur etiam in capit.primo,infrà de contro.int.vass.& alium de benef.vbi feudatarius est conuentus super feudo, vel aliquo iure,& dicitur,quod potest transigere,& non dicit text.quod feudum Actori relaxare potest.Ergo præsupponitur semper feudum penes possessorem remanere,& fuit opinio Liparuli,hic,quem postea vidi.

Quinta fuit opinio quorundam dicentium, quod si res penes possessorē dimittitur per transactionem,siue possessor ille sit feudatarius,siue alius,valet transactio absque Domini assensu, & Agnatis sit præiudicium. Si verò in alium transfertur possessio,non valet, argum.l.si pro fundo,C.de transactio. Cassan.Ferronus,Francis.Areti.Alex. & quidam alii,quos Intrigl. refert dicto loco num.120.alij dicebant vassallum posse in sui,non Domini præiudicium neque agnatorum transigere, quos Cur.refert num.96.Natta consi. 465.num.5.lib.secundo,& pro hoc intellectu vobis allego capit. quid ergo, sup.de inuestit.de re alie.facta.vos tamen non recedatis a communi,& hic vltimus intellectus fuit Isern. sed non est communis teste Socin. dicto consilio 87.num.10.lib.3. quidam simpliciter valere transactionem dicebant.

75 Sed communis præter Doctor.a simili roboratur in emphyteota, qui si ex causa transactionis rem alteri transfert,absque directi Domini assensu iure suo priuatur, Sin autem re redempta aliquid soluit,non incidit in pœnā & licitè transigit, quia res hoc modo non dicitur alienata glos.in l.nulli, ff. de transactio.quam ibi sequuntur Bartol. Bald. Alber.Ias. & plures alij.

76 Item in transactione de re Ecclesiæ facta, quæ non per Ecclesiam sed per alium possidebatur,si per transactionem res penes eundem possessorem relaxatur aliqua pecuniæ summa; vel id genus ab Ecclesia recepta non requiritur Apostolicus assensus Bald.notabiliter

tabiliter

tabiliter in l. preces C. de transactio. &
in dicto cap. primo, infra de contro. in
ter vass. & alium de benef. Alexan. con
silio 41. libro sexto, qui allegat ad hoc
text. uti singularem in l. si pro fundo,
C. de transact. Bertachi. in tract. de epi
sco. par. quarta, num. 51. fol. 339. tom.
13. tractatuum Rodoanus confusè se-
quitur in tract. de reb. Eccles. non alie.
cap. primo Ias. in dicta l. si profundo,
num. nono, & ibi adden. Curt. ibidem
nu. 31, quicquid dixerit de feudis par.
part. 4. quæst. septima, nu. 96. omnium
latissimè, & doctè Rolan. à Valle con-
sil. 15. libro primo, Alciat. respon. 17.
num. 8. Iac. Menoch. consil. 73. nume.
8. & sequen. Arnold. Ferron. tit. de re-
tractu. §. 25. colum. prima, & secunda,
Aliqua Frecc. limit. 18. ad legem Re-
gni, Constitutionem, Diuæ memoriæ
fol. mihi 16. & ita alias consului, serua
tumque vidi, quicquid dixerit Moli-
na, & alii per eum congesti libro 4. de
primogenit. cap. nono, num. 27.

77 In hærede vniuersali fideicommis-
so grauato, vt interim de rebus hæredi
tarijs transigere non possit, multi sunt
Doctor. in l. cum hæreditas ff. ad Tre-
bellia. etsi Alexand. Imola, Angel. &
quidam alij contrarium teneant quos
refert Peregrin. de fideicommiss. artic.
40. numero 123. conciliari tamen pos-
sent secundum prædictam commu-
nem distinctionem in feudis, & maio
ratibus firmatam.

Pro Regnicolis hæc dubitatio non
cadit, siquidem legem habemus, ex-
pressam iura communia corrigentem
in constitut. diuæ memoriæ in qua sta-
78 tuitur, transactiones super feudis, re-
busque feudalibus factis nullius esse
roboris, quæ correctio expressa arguit
contrarium fuisse statutum de iure
communi, alias lata esset super indubi
tabili, quod credendum non est l. quid
labeo. de Carbo. edicto. & consequen-
ter roborata remanet prædicta conclu
sio de iure communi feudor. supra fir-
mataque.

79 Limitatur primo, vt non procedat,
quando super transactione feudi, vel
maioratus, siue rerum ipsorum Regis,
siue directi Domini interueniret as-
sensus, eo casu transactio nedum assen
tienti, sed etiam cæteris agnatis in ma-
ioratu, & feudo ex pacto vocatis præiu
dicium affert, præsupposita bona fide
transigentium, & lite, atque legitima
transigendi causa, vt sunt Iurgia inter
proceres, & magnates, ex quibus scan-
dala, dispendia, aliaque similia oriri so-
lent, probatur in capit. primo, de tran-
sactio. ibi vires plenissimæ notionis ex
nostra authoritate suscipiat, ex quo
tex. Gloss. & Doctor. ibi notant transi-
gi recte posse cum Principis authori-
tate de rebus alienari alioquin prohi-
bitis capit. examinata de confirm. vtil.
vel inutil. & ibi scriben. Alciat. consil.
10. numero nono, Afflict. in capit. pri-
mo, numero 110. infra, quæ sunt regal.
Paris. consil. 16. numero 35. & sequen
tibus libro primo, Arius Pinel. in l. pri
ma, C. de bon. mater. part. tertia, nume
ro 50. Mencacha. libro tertio, contro-
uersiarum frequentium capit. 61. nu-
mero septimo, Anton. de Padil. in l. v-
num ex familia §. si de Falcidia nume-
ro 20. in fi. de leg. secundo, Ludou. Mo
lina de primogenit. libro quarto, ca-
pit. nono, numero 20. & 21. nec Prin-
cipis potestas adeo coarctari debet, vt
non extendatur ad imponendum fi-
80 nem iurgijs, atque feudalibus contro-
uersijs etiam in agnatorum præiudi-
cium, qui a principio in feudis ex pa-
cto, & maioratibus vocati sunt. Tres
alias congerit limitationes parum pro
babiles, minusque frequentes Ludou.
Molina loco citato, in cæteris Iser. ver-
bosus potius quam obscurus fuit, ip-
sum videre, quia explicatione non
eget.

SVMMARIVM.

1 *Dominus aduersus vassallum, seu sub-
feudatarium suum felloniam commit-
tens proprietate priuatur. & nu. 17.*

2 *Dominus indignis iuspatronatus aufer-
tur.*

3 *Fellonia sufficiens ad priuandum sub-
feudatarium, sufficit quoque ad priuan-
dum dominum proprietate.*

4 *Dominus, & vassallus ad paria iudican-
tur regulariter, cum viginti tribus am-
pliationibus, nume. 5. & 7. & quindecim
limi-*

limitationibus, & nu. 22.

6 *Dominus delinquens aduersus subfeudatarium non priuatur proprietate totius feudi dominantis, sed iure tantum quod habet supra subfeudum, quod remanet liberum.*

8 *Rex, & supremus Princeps superiorem non recognoscens non priuatur feudi proprietate si aduersus feudatarium deliquit.*

9 *Prelatus nec etiam priuatur proprietate feudorum, quæ ab Ecclesia sua tenentur, si aduersus feudatarium delinquit.*

10 *Dominium vtile reseruatum supra subfeudum non est verè, & propriè dominium subalternum, sed ius quoddam superioritatis ad instar seruitutis.*

QVÆSTIO PRIMA.

11 *Comes, vel alter feudatarius aduersus Regem delinquens cui applicatur dominium, siue ius subfeudorum fisco, vel subfeudatarijs?*

12 *Rebelliones quorundam Baronum Regni quomodo practicata.*

QVÆSTIO SECVNDA.

13 *Subfeudatarius delinquens aduersus Regis Coronam, cui applicatur subfeudum Regio fisco vel domino à quo tenetur?*

14 *Bona omnia per rebellionem confiscantur.*

15 *Bona quæ in extraneum non transeunt, non confiscantur.*

16 *Subfeudum si ex pacto ad extraneos transit, an confiscari possit.*

17 *Verba tex. ibi siue in alium explanantur.*

18 *Aluarotus, & Nicolaus Intrigliolus intelligentes tex. istum in feudo nouo corripiuntur, ac etiam Afflictus, qui putabat tex. istum correctum.*

QVÆSTIO TERTIA.

19 *Subfeudatarius delinquens aduersus Regem, & subfeudatarium cui proprietas subfeudi applicabitur?*

20 *Crimen maius trahit ad se minus.*

21 *Fellonia aduersus subfeudatarium commissa, est causa priuationis ipso iure illius proprietatis siue iuris, quod feudatarius habebat.*

23 *Subfeudatarius delinquens ipso iure feudum perdit.*

QVÆSTIO QVARTA.

24 *Quid si duo sint domini vnius subfeudi, quorum vnus aduersus subfeudatarium deliquit, cui eius portio proprietatis applicabitur?*

25 *Dominus offendens socium, siue alterum æquè dominum in rata subfeudi, quo modo priuatur.*

26 *Feudatarius delinquens erga subfeudatarium tempore quo non est subfeudatarius non priuatur.*

27 *Decidendi vera ratio istius tex. quæ sit.*

QVÆSTIO QVINTA.

28 *Maritus aduersus subfeudatarium delinquẽs, an proprietate ipse, vel eius vxor priuetur.*

29 *Negligentia, & dolus mariti nocet vxori in re dotali, quia dominus est, & quo modo intelligatur.*

CAP. DOMINO COMMITTENTE.

1 DOMINVS aduersus vassallum felloniam cõmittens proprietate priuatur, & cum vtili in vassalli beneficium consolidatur. hoc dicit text. iste mirabilis, & singularis secundum Bald. hic, & Iser. in contextu capit. infra qualiter Dominus proprietate priuetur, dicit quod vtile est hoc capitulum æqualitatem continens, quam iura desiderant §. vt autem æquitas infra, de allodijs, concordat etiam tex. singularis pro hac regula in capit. vnico in fine supra de forma fidelitatis, de iure communi quoque Romano indignis Dominis ius patronatus aufertur l. final. C. de bon. li-

2 bert. vbi notant Bald. & Doctor. hic nec alteri per alterum iniqua conditio afferri leg. iniquissimum de iur. & fac. ignor. forma etenim in vno ex correalijs tradita, altero tradita censetur l. fi. C. de indicta viduitate tollen. Aluaro. in

in capit. primo, §. præterea secundo no
tab. supra quid sit inuestit. capitul. pri-
mo, supra de forma fidel. in fine, & ibi
Bald. dicit, quod text. ille videri debet
Dominis terribilis Afflict. decis. 265.
numero primo, & secundo, Iser. infra
de alien. feudi pater. §. non est consue-
tudo numero quarto, Hippolit. singul.
122. vassalli. Curt. Iun. late consil. 137.
libro secundo, Rodulph. Schraderi de
feudis par. sexta, capit. septimo, per to-
tum vbi de materia late Andr. Gail. li-
bro secundo, obseruatione 34. & libro
secundo, de pace publica capit. 15. nu-
mero 10. & sequen. Ioachim Misinge-
rius singularium obseruationum cen-
turia quarta, obseruatione 91. numero
secundo, in expositione litteræ, & ca-
sus positione videndus Isern. hic, & in
dict. capit. primo, infra qualiter Domi
nus proprieta. priuet. qui vbique testa-
3 tur quod ex omni fellonia, ex qua vas-
sallus perderet feudum, ex eadem Do-
minus perdit proprietatem: deciden-
di rationem habes infra numero 27.
4 & sic ex iuribus istis reassumitur regu
la, & conclusio, quod Dominus, & vas
sallus non iudicantur ad imparia 22.
quæstione quinta, capitu. de forma ca-
pit. primo, §. si enim in fine supra quid
sit inuestit. & capit. primo, §. fin. de mi
lite vassall. qui contumax est Isern. ca-
pitu. primo, §. porrò in fine quæ sit pri-
ma cau. benef. amitt.

Eademque conclusio in Regno ro-
boratur, atque statuitur per constitu-
tionem si vassallus sub titul. de fideius.
dominor. a vassall. libro tertio, rubric.
19. quam Iacob. Cuiacius allegat libro
secundo, de feudis tit. septimo, circa fi
nem fol. 88. Vbi istius materiæ aliqua
verba fecit, certisque modis regulam
prædictam limitando, sed omnium e-
5 xactissimè Afflict. decision. 265. quin-
decim huius conclusionis congerit li-
mitationes: cui in octaua fallentia nu-
mero 31. omnino pugnandum puto
ex ea enim non firmatur regula præ-
terquam in exceptuatis, cuius naturæ
solet esse limitatio, sed penitus destrui
tur. in cæteris ipsum sequimini, & ibi
Vrsill. a quibus omnia transcripsit Do
ctissimus Glossator consuetudinum
Parisiensium reprobati nominis au-
thor titu. primo, §. tertio, Gloss. quarta,
numero 10. ad 25. vbi regulam hanc
firmat cum ampliationibus, & limita-
tionibus Capye. doctè quoque conges-
sit 22. paritates, vt ipse illas vocat, a-
liasque disparitates inter Dominum,
& feudatarium in inuestitura capitul.
feudorum dominia vers. paritas, quæ
non transcribo, vt fecit Lipar. in capit.
primo, ver. Dominus quoque supra de
forma fidel. vbi cum Capycio longam
fecit additionem, ad eos me remitto,
noteris tamen pro terminorum cogni
tione dicti Authoris innom. dicto lo-
co numero 11. quod patronus in casu
grauis felloniæ per eum contra vassal-
lum commissæ non leuis, priuatur pro
prietate non totius feudi dominantis
6 sed directo dominio, & omni iure feu-
dali, quod habebat tanquam patronus
in subfeudo, ita quod res illa efficitur
libera erga eum; & offendens desinit
esse vassallus eius nedum in vita offen-
dentis, vel offensi, sed perpetuo. Et ex
dictis per Afflic. decision. 265. Capyc.
Author. quedam doctè loquentem suo
more §. tertio, Gloss. quarta, nume. 10.
ad 25. vbi discutit aliquas ampliatio-
nes, & limitationes ad tex. istum, & Li
parul. qui alios, quoque recenset, vos
habetis regulã, quod vassallus, & sub-
feudatarius a pari iudicantur, cum vi-
7 ginti tribus ampliationibus, siue regu-
læ effectibus per Capyc. & Liparul.
congestis post Iacobin. & alios. Item
cum quindecim limitationibus per
Afflict. & Author. quendam discussis:
Quarum duæ sunt notabiles, & hic
tantum summatim recensendæ. Pri-
ma, vt non procedat in Rege, & supre
8 mo Principe superiorem non recogno
scente, regula istius text. Item nec e-
tiam in prælatis delinquentibus aduer
sus Ecclesiæ subfeudatarios, in omni-
9 bus Author. quendam, & Afflict. adea
tis, & post eos Rodulph. Schraderi de
feudis par. sexta, capitu. septimo, Intri-
gliol. centur. 1. artic. 25. quorum dicta
non transcribo, ne sæpius absque fru-
ctu loquamur, vt insipidè fecit idem
Intrigl. de feudis centuria prima, quæ-
stio. 62. & centuria secunda, articu. 26.
vbi aliorum scripta rudi modo trans-
cripsit membranas implẽdo, quorum

nemo

nemo citat dicta per Ioan. Blanc. in secunda parte, eius summæ feudalis cap. quinto, qui doctè loquitur, & post eos And. Gail. libro secundo, practicarum obseruatio. 34. obseruat. per totam, & libro secundo, de pace publica, cap. 15. numero decimo, & sequen. Ioã. Iacob. Leonard. consilio 119. numero 112. & 152. inter consilia feudalia, & in omnibus regulariter dominus tenetur reddere vices vassallo, & è contra: Gramnat. consilio 13. numero 41. in criminalibus, Ruin. consilio 61. numero 16. libro quinto, Grat. consilio decimo, numero 16. libro primo, Gozad. consilio nono, numero 21. Decius, consil. 469. numero quarto, Ioannes Barto. de Scarampis, consilio 111. numero tertio, inter consilia feudalia. & regula sumpta ex hoc tex. indubitata est in casibus in quibus diuersa non vrget ratio, & specificè non reperitur exceptuata Franc. Aret. consilio 63. numero septimo, Socin. iun. consilio 77. numero 144. libro primo, And. Barbat. consil. antepenul. columna 16. libro primo, numero . . . Accedamus tamen ad Iser. theoricam explanandam.

Ex prædictis firmata est regula in vassallo crimen committente aduersus suum subfeudatarium, quod feudi proprietate priuatur, & subfeudatario
10 dominium illud subalternum applicatur, siue potius illud feudale, quod seruituri potius adæquatur, quam vero dominio subalterno rei secundum veriorem opinionem. Auctor quidam, titulo primo, §. tertio, Glos. 4. numero 13. adeo quod feudum recognoscet immediate, & in capite à Regia Curia, format nunc Iser. in versicu. nam si committeret in Regno, dubitationem, & cum eo.

QVÆSTIO PRIMA.

11 QVÆRO, quid si Comes, vel alter feudatarius aduersus Regem felloniam committeret, cui applicabitur proprietas subfeudorum in beneficium fisci, vel subfeudatariorum, dicit Iser. quod confiscatur in beneficium Regis, & eius fisci, contra quem commissa est fellonia, quia absurdum esset dicere, vt fellonia commissa aduersus Regem prosit subfeudatarijs, quibus tunc prodest, quando aduersus eos est commissa, vt supra dictum fuit, & in hoc tex. probatur, immo rationabile non est hoc, inquit Isern. nec iure cautum, & vbi esset mos contrarius esset seruandus nõ alibi, probatur etiam in dicta l. Regni si vassallus in fine à contrario sensu, & in hoc regula, & adæquatio supra facta inter dominum, & vassallum restringitur, & limitatur ff. de legibus: Princeps dedit augustæ eadem priuilegia, sed non omnia secundum Glos. sic de arbitris l. 1. §. generaliter de legat. præstan. & opinio hæc aliàs fuit in praxi recepta in rebellionibus Baronum quorundam huius Regni, inter quos fuit Princeps Salerni, cuius olim subfeudatarij nunc subfeuda tenent immediatè à Regia Curia
12 testatur quoque Afflict. hic, eius tamen rationes in omnibus veræ non sunt, vt sequenti quæstione in fine dicemus exponendo text. ibi in alium, fuit opinio Speculatoris ante Isern. in rationibus per eum allegatis titu. de feudis, quæstio. 40. numero 62. sequitur Iacobi. in versicu. dictique vassalli promiserunt non committere felloniam in fine, numero 66. qui perperam à Lipar. hic in versicu. ad Regem pro cõtraria opinione allegatur. idem Iser. & Doctor. in contextu capit. primo, qualiter dominus propriet. priuetur Lipar. ibi, & hic in litera E. non dissentit Ludou. Roman. in l. si finita, §. si de vectigalibus, numero octauo, & decimo, ff. de dam. infect. Ruin. consilio septimo, numero 12. libro primo, Iacob. Cuiacius de feud. libro secundo, cap. septimo, & ita in Imperiali Camera quoque obseruari testatur And. Gail libro 2. de pace publica, capit. 15. in fine.

Contrariam opinionem, quod proprietas non applicetur Regio fisco sed vassallo, seu subfeudatario tenet Bart. in l. si finita, §. si de vectigalib. de dam. infec. Aluaro. hic Capic. in cap. feudo. domin. § parilitas versicu. tertio, quod sicut vassallo. Additio ad Capellam Tholosanam decisio. 395. & quidam alij, quos congerit Boer. decis. 263. numero

mero septimo, & octauo, Præpos. hic
dubius fuit, qui omnes eorum opinio-
nem fundant in l. Imperialem, §. illud
infra de prohib. feud. alien. per Feder.
qui tex. in serie præposita non loqui-
tur, sed quando subfeudatarius delin-
quit in Regno eius subfeudum non
Regi, sed Domino suo applicatur, vt
sequenti quæstione nos dicemus, non
tamen loquitur, quando Comes, vel
Baro deliquit, cui applicabitur pro-
prietas subfeudorum, si delictum
non contra subfeudatarios, sed Re-
gis coronam erit patratum, nos ita-
que à vera, & communi opinione
Isern. non recedimus, quę frequentius
ne dum in Regno, sed in Camera Im-
periali, & in Gallia recepta fuit.

QVÆSTIO II.

QVÆRO SECVNDO, cum
13 Isern. hic quid è contra, si subfeu
datarius delinquit aduersus Regem,
eiusque coronam, cui applicabitur sub
feudum Regio fisco, vel immedia-
to Domino, à quo subfeudum tene-
tur? Respondet Isern. quod non fisco,
sed directo Domino feudi applicabi-
tur, text. est in l. fin. §. si libertinum ff.
de bon. damnat. quem Isern. allegat.

Ego tamen vobis adduco casum l.
feudalis in dicta l. Imperialem §. illud
infra de prohib. feu. alien. per Federi.
idem Isern. in contex. & in cap. secun-
do, versic. hæredes de pace tenenda, &
in constit. post mortem & in cap. pri-
mo. supra qualit. vassal. iurare debet
domino fidelit. & in cap. primo, §. præ-
terea, colum. quarta, quæ sit prima cau
sa benef. amit. cętera bona omnia mo-
14 bilia, & stabilia, fisco Regis applican-
tur subfeudo excepto, dicto §. si in li-
bertinum Docto. in l. si finita, §. si de
vectigalibus, ff. de dam. infec. Marin.
Frec. latè libro secundo, de subfeud.
authoritate 29. allegat tex. in l. Regni
si quando contigerit libro 3. rubr. 10.
versic. in hæreditarijs, de cuius intelle
ctu latè Camer. in l. Imperialem num.
40. colum. primo. Isern. sequuntur Ca
pella Tholos. decisio. 395. vbi Bar. Spe
culator, & alii congerunt etiam in ad-
ditione Stepha. Aufrer. Alexan. consi.
89. libro quarto, Socin. consil. 206. in
causa versic. postremo libro secundo,
Curt. consil. quarto, Lipar. hic Boer. de
cisio. 263. num. septimo, & 8. ea enim,
quæ in hæredem extraneum non tran
15 seunt in publicationem bonorum, nó
includuntur l. prima, & quæ ibi notan
tur per Barto. Bald. & alios C. de oper.
libert. vbi Bald. indistinctè hoc fatetur
& in dicta l. Imperialem, §. illud, feu-
da sunt huiusmodi, ergo non confis-
cantur, quando tamen ex tenore inue
stituræ, vel alio particulari pacto, vel
16 vsu feudum esset ad extraneum transi
torium, maior esset dubitatio. in hoc vi
dete doctam additionem Stephani
Aufrer. dicta decisio. 393. post Ludo.
Roma. in l. si finita §. si de vectigal. ff.
de dam. infec. Boer. & alios & si oppo-
neres de hoc tex. ibi, siue peccauerit in
vassallum, siue in alium, intelligatur
in Dominum supremum, & tamen
proprietas non ei, sed vassallo applica-
tur. Huic obiectioni, respódet hic Iser.
versic. vel expone, vt intelligatur, siue
in alium a vassallo dependentem, ut
in eius familiarem verberatum in su-
gillationem, & dedecus vassalli l. item
apud labeoné, §. si quis sic, ff. de iniur.
Et sic verba illa tex. siue in alium non
respiciũt Regem uel supremum Prin
cipem, sed alium familiarem vassalli,
per quem ipse uassallus censetur offen
sus, cui proprietas feudi applicatur, &
hic intellectus verus est in se, ratio ta-
men, quæ sequitur assignata per Isern.
hic rectè reprobatur ab Author. quo-
dam tit. primo, §. 3. glos. quarta, nume.
11. & 12. quem in hoc nos sequimur, di
cebat Iser. quod vassallus est subditus
Domino, & sic non in omnibus debet
parilitas seruari, sed in his, quæ vassal-
lum tantum tangunt. Author. tamen
quidam dicit æqualitatem regulariter
17 semper esse seruandam, quando tamé
offensa facta per Dominum Vassallo
esset grauis fellonia, quæ si per vassal-
lum commissa esset, feudo priuaretur,
& ad Dominum non Agnatos applica
retur, alioquin si esset talis fellonia
commissa per Dominum in familia-
res feudatarij, quæ si per feudatarium
esset commissa in familiares Domini
priuaretur feudo, sed agnatis non Do-

mino

mino applicaretur, licet propter hoc priuaretur Dominus directo dominio non tamen liberatur subfeudatarius a conditione feudali nec ei acquiritur dominium directum feudi, alioquin plus haberet subfeudatarius, quam patronus, quod est absurdum, & ita in telliguntur illa verba, text. siue in aliũ cum Author. quodam & Iser. reiecta tamen falsa eius ratione, ac confutata quoque opinione Bald. & Aluarot. hic

18 male intelligentis tex. in feudo noitro, & quod peius maior est error Nicolai Intriglioli, qui dicebat opinionem Aluaroti esse communem in secunda cẽtutia de feudis attic. 26. num. sexto, & nemo ex Doctoribus, quos allegat sequitur Aluarotum specificè, & si vidisset Author. quodam, aliter dixisset, eos igitur ritè reprehendit Author quidam, sequitur Lipar. hic versic. quid dic. & ex his quoque explicatus est aliter Isern. locus in cap. vnico infra qualiter Dominus proprietate priuetur numero secundo, liquet quoq; error Affl. hic, qui dicebat hunc tex. correctum esse in illis verbis textus supra expositis.

Sed an durante vita subfeudatarij delinquentis Rex subfeudum detinere possit, fructusque percipere in suæ iniuriæ vltionem, & post mortem naturalem illud restituere ex regula leg. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iure fisci, & l. peto §. prædium ff. de l. secundo. Item vtrum in vita prælati delinquentis, & an in vita mariti de feudo dotali Rex fructus percipere posset, hæc & alia late Marin. Frecc. libro secundo, de subfeu. authoritate 19. qui Iser. Bal. aliosque congerit quibus addo Ludouic. Roma. in dic. l. si finita §. si de vectigal. numero 10. & 11. ff. de dam. infec. Boer. decision. 263. numero octauo, Author quidam §. 3. Gloss. quarta, numero 18. 19. & sequent. post Bald. Afflic. Federic. Schench Aluaro. & alios hic Afflic. decision. 265. numero 24. & Doctor. in capitu. primo, §. & iterum de Capitulis Corradi; vbi Iser. Beluis. Aluarot. Nicol. de Neap. & alij Capyc. in inuesti. vers. feudorum Dominia decima octaua adæquatione siue parilitate inter Domin. & vassall. Author quidam tit. primo, §. tertio, gl. quarta, numero 19.

QVÆSTIO TERTIA.

19 QVÆRO TERTIO cum Iser. in capit. primo, infra, qualiter Dominus proprietate priuetur versic. quid si semel rebellando Regi Comes iniuriam atrocem intulit vassallo; ex qua feudi proprietatem perderet, cui applicabitur proprietas subfeudi Regio fisco, vel subfeudatario? Iser. duas refert opiniones.

Prima est si non apparet culpa aduersus vassallum commissa, ante quam esset Regis proditor, prævalebit quod

20 enormius est quasi maius crimen trahat ad se minus argumento l. per minorem ff. de iudic. l. fundum ff. de except. l. in rem §. item de rei vendic.

Secunda est opinio, & verior, vt attendatur id, quod delinquens principaliter agebat, vt si voluisset vassallum occidere eodem actu occidendo, vel atrociter iniuriando desperauit de Rege, & rebellauit; argumento notat. per Gloss. in leg. non uere ff. ex quibus causis maior l. etsi non sunt §. præueniamus ff. de auro, & argento legato l. repetundarum in fine ff. de testib. & l. quæritur de statu homi. eo casu proprietas subfeudatario applicabitur, secus si principaliter contra Regem deliquisset, & in consequentiam contra subfeudatarium; tunc in vita Domini Rex habebit fructus proprietatis, vt supra quæstione prima nos explicauimus.

21 Tertius casus est, quando fellonia per prius commissa fuit aduersus subfeudatarium, tunc ex superuenienti fellonia aduersus Regem non priuatur subfeudatarius proprietate subfeudi sibi quæsiti ipso iure, dicatis vos argumento l. prima in fine, & l. sequenti ff. de itinere, actuque priuato l. si post mortem ff. de bonor. possess. contra tabul. l. fin. de pactis, & quamuis Iser. in dic. capit. Qualiter Dominus proprietate priuetur dubitauerit, an ipso iure perdatur proprietas, sicut perditur subfeudum, vel requiratur sententia, ne in omnibus ad paria iudicentur Dominus,

22 minus,& vassallus, Vos tamen dubitare non debetis, & cum Authore quodam tit.primo,§. tertio, Gloss.quarta, numero 10. & 11. dicatis regulam esse,vt Dominus,& vassallus ad paria in omnibus iudicentur, quæ probatur in tex.isto,& in capitu.primo, in fine supra de forma fidelitatis, & in l. Imperialem §. illud infra de prohibit. feud. alien.per Feder.præterquam in his, in quibus reperiuntur specialiter impares,de quibus Afflic.decision.265.Capyc.in inuestit.capit.feudorum Domini uersic.parilitas, & alij in principio repetitionis istius capit.citati. Sed vas-
23 sallus ipso iure subfeudum perderet Iser.in capit. primo,de feudo sine culpa non amitt.& in capit.primo,& tertio, quo tempore miles, & alibi. Ergo etiam Dominus ipso iure proprietate priuatur aduersus subfeudatarium felloniam grauem committendo, ex qua idem subfeudatarius perderet subfeudum si aduersus Dominum deliquisset, & hæc est vera opinio quicquid dixerit idem Author quidam numero 22.dic.glo.4.§.3.

QVÆSTIO IV.

24 QVÆRO QVARTO cum Iacobo Aluar.hic numero quinto,quid si duo sunt Domini eiusdem subfeudi, quorum vnus in vassallum deliquit,cui eius proprietas applicabitur subfeudatario aduersus quem crimen est commissum, vel alteri Domino? Aluarotus Ardizzonem allegat, cuius locum inuenire non potui, Vidi tamen Ioannem Blancum antiquum feudistam in secunda par.suæ summæ feudalis cap.5.numero 7.versicul. etsi vnus Dominus faciat contra ius feudi, qui his paucis uerbis articulum disputat,& si vnus Dominus faciat contra ius feudi,eius pars proueniet ad contrarium argumento,ff.de bonis liberto.l.tantum,& ff.de assignatio.liberto. l.primo,§. sed si is, sed argumentum
25 contra ff.de iureiuran.l. duo in princ. vel illud verum est, quando vnus ex Dominis alium Dominum offendit, vt notatur simile in vassallo supra in summa quib.mod. & in quib. casibus feu.amitt.§. vbi uero plures,& §.sequenti,Quod dictum est in Domino, ut ius feudi amittat,verum est si faciat contra vassallum, cũ erat uassallus, secus
26 si non erat vassallus,tunc argum.ff. de bon.libert.l.vltima,& ff.de susp.tuto. l.quarta.§.nunc, sicut dicitur in vassalli filio,vt in Constit.Federici Imperialem §. insuper, vt filius vassalli feudo priuetur propter sui delictum, sicut filius Domini, vt de hoc plene dictum est supra in summa quibus mod. & in quib.casib.feud.amit. §. item si filius vassalli. hactenus Ioannes Blanc. hanc eandem opin. vltim. loco refert, & sequi videtur Aluar.quamuis contrariũ dicat esse de mente Iacobi Ardiz. Vos indistinctè,& absque dubio sequamini Ioannem Blanc. vt portio ista Domini delinquentis applicetur subfeudatario,aduersus quem crimen cõmissum fuit,non alteri Domino, quæ sententia probatur in tex.isto cum cõcordantibus in princ. adductis, quorum decidendi ratio est, ut habeat subfeudatarius offensus proprietatem offen-
27 dentis in suæ iniuriæ vltionem, & vindictam,sed alter condominus non est offensus,ergo nullo modo sibi applicari ius illud potest. Item si feudatarius vnum tantum ex Dominis offenderet,illi,& non omnibus subfeudum deuolueretur tanquam offenso in suæ iniuriæ vltionem, & vindictam, ergo ita econtra, postquam ad paria iudicãtur regulariter vt supra probatum fuit.

QVÆSTIO V.

28 QVINTO QVÆRO, quid in marito aduersus subfeudatariũ delinquente an eius vxor proprietate subfeudi priuetur? Ioannes Blanc. in loco proxima quæstione citato format quæstionem, & Primo in partem negatiuam C.ne vxor pro marito per totum,Item illud feudum,siue proprietas subfeudi non transit in plenum dominium mariti,sed tantum in eius administrationem,ergò vxor ex alterius delicto priuari non debet c. delictum personę de regul.iur.in sexto,& in pręlato Bald.hic Aluar.Marin.Frecc. au-

thor.29.cæterique communiter ita cō
cludunt,ut eius Ecclesia non priuetur
ex delicto sponsi,quia Prælatus spon-
sus est, bene tamen in vita fructibus
priuatur prælatus l. Statius Florus §.
Cornelio fęlici ff.de iure fisci,cap.fin.
infra de capitulis Corradi,ita dici pos-
29 set de marito inquit Ioan.Blanc. è con
tra arguitur,quia negligentia,ac dolus
mariti nocet vxori in re dotali , quia
Dominus est l.doce ancillam C.de rei
vendic.l.si fundum ff.de fundo dotali
& in hac opinione tandem residet, vt
maritus priuetur proprietate subfeu-
di sibi in dotem dati, quando de cæte-
ris eius bonis mulieri consuli potest
alias non authen.siue a me C. ad vel-
leia.& C.de seru.pignori dato manu-
misso l.prima,& vltima , & hanc opi-
nionem nos sequimur,quia rationabi-
lis est,& contradictorem ex his , quos
hactenus vidisse recordor , non ha-
bet.

Pro complemento tamen materiæ
vltra remissiones Aluarot. & cætero-
rum hic videndus est Afflict. decisio.
295.Ioannes Blanc.doctus feudista &
antiquus in secunda part. suæ summæ
cap.quinto,cuius rubrica est de causis
propter quas ius Domini, quod habet
in feudo amittatur,Rodul. Schraderi
tracta.de feud.par.sexta,cap. septimo,
Capic.in feudali Inuestit. cap. feudo-
rum dominia verbo parilitas,& verbo
disparitas Author quidam. Lipar. In-
trigliol.& alij, quos in princip. supra
num. . . citauimus , & in Regno a-
dest constitutio,si vassallus libro tertio
rubrica 19.& ibi Glos.Marini, ceteri-
que Regni Periti Capella Tholos. de-
cisio.395. & ibi Stephan. Aufrer. Ia-
cob.Cuiacius libro secundo,de feudis
cap.septimo,colum.secunda , in fi. &
colum.tertia,probat regulariter vassal
los,& Clientes conuenire , ac in mul-
tis quoque distare. Boer. decisio. 263.
num.septimo,& sequen. Andr. Gaiel.
libro secundo,de pace publica,cap. 15.
Ex quibus explicita quoque remanet
materia capit. vnici infra qualiter Do-
minus proprietate feudi priuetur.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum non habens propriam feudi naturam eisdem culpis amittitur , quibus cætera feuda.& nu.11.*
2 *Fœminæ ad feudorum successionem de iure communi feudorum non admittuntur.*
3 *Alienatio absque assensu prohibetur.*
4 *Infeudatio de iure communi feudorum absque assensu directi dominij permittitur.*
5 *Natura feudi pacto alterari potest.*
6 *Pacta contra feudi naturam in inuestitura inseri possunt,non contra substantiam. & num.23.*
7 *Fidelitas feudo substantialissima,remitti non potest.*
8 *Substantiæ corruptio essentiam perimit.*
9 *Naturalia feudi mutabilia sunt,& quæ sunt ista.*
10 *Iuramentum fidelitatis remitti potest.*
12 *Clausula,& cui dederis operatur,vt feudum vendi,donari,& alienari possit.*
13 *Clausula (& cui in feudum dederis) quid operatur.*
14 *Pactum , quòd feudatarius non seruiat, quid operatur.*
15 *Tex.in cap.primo,de feudo non hab. propriam feudi naturam , quomodo intelligitur.*
16 *Feudum in eo,in quo alteratur in inuestitura,non interpretatur per consuetudines feudales.*
17 *Feudum mutata persona ex vi pacti mutat naturam.*
18 *Feudum aliquando desinit esse feudum virtute pacti.*
19 *Feudum penes vnum : potuit esse allodium penes alium virtute clausulæ , pro te,& cui dederis.*
20 *Feudum ad tempus poterit postea esse allodium virtute pacti.*
21 *Clausula , & cui dederis multa operari potest.*
22 *Pactum operatur resolutionem contractus feudalis ipso facto.*
24 *Reuocatio virtute cōstitutionis Regni aliquando denegatur.*
25 *Subfeuda alia lege concedi nequeunt , quàm sub forma prima inuestituræ.*
26 *Subinfeudatio in Regno prohibetur absque assensu.*

27 *Natu-*

27 *Natura feudi non mutatur per alienationem proximè successuro.*

Qvæstio Prima.

28 *Clausula pro te, & heredibus tuis, & quibus dederis cuius est virtutis, & an hi, quibus virtute clausulæ prædictæ datum fuerit feudum in dubio illud retineant iure feudi, vel vt allodium.*

29 *Feudatarius virtute dictæ clausulæ pro te, & quibus dederis, an disponere possit absque assensu inter viuos, & in vltimis voluntatibus.*

30 *Feudatarius disponens virtute dictæ clausula pro te, & quibus dederis, in dubio concessionarij an rem retineant in feudum vel in allodium. & num. 38.*

31 *Verbum dederis omnem casum comprehendit, per quem dominium transfertur.*

32 *Clausula concedo tibi, & habentibus causam à te; quid operatur.*

33 *Clausula quibus concedere volueris, vel cuiuis dabit quid operatur. & nu. 43.*

34 *Clausula pro te, & quibus dederis comprehendit etiam extraneos hæredes.*

35 *Feudum concessum cum clausula, & quibus dederis donec apud vassallum est, recti feudi naturam retinet.*

36 *Feudum concessum cum clausula, & quibus dederis, poterit absque assensu alienari, & emptor vti allodium retinebit.*

37 *Clausula, & quibus dederis apponenda erit in verbis dispositiuis non in exequutiuis.*

39 *Intellectus capitu. 1. infra de feudo non haben. propriam feudi naturam, & istius text.*

Qvæstio Secvnda.

40 *Clausula (pro te, & quib. dederis) vtrum talis sit virtutis, vt feudum absque alio assensu alienari possit.*

41 *Natura feudi propria est, vt absque assensu non fiat alienatio.*

42 *Feudum cum dicta clausula concessum, poterit, vt allodium alienari.*

43 *Clausula pro te; & heredibus tuis, & cui tu dabis, quid operatur.*

44 *Clausula pro te, & quibus legitimè dederis quid operatur.*

Qvæstio III.

45 *Feudatarius virtute clausulæ pro te, & quibus dederis, an possit sibi ipsi causam possessionis mutare, & sibi concedere hoc feudum in allodium sicut exteris posset.*

46 *Concedentis persona excipitur in generali sermone.*

Qvæstio IIII.

47 *Clausula pro te, & hæredibus, & successoribus quibuscunque vtrum comprehendat etiam hæredes extraneos ex corpore non descendentes, & legatarios eisdemque vtrum institutiones, & legata de feudis prædictis fieri possint.*

48 *Dictio quibuscunque adiecta in dispositione hominis, non legis sui natura restrictionem non patitur.*

49 *Dictio quibuscunque includit etiam casus non expressos maiores.*

50 *Clausula pro te, & quibus dederis, confunditur cum clausula pro te, & hæredibus quibuscunque.*

Qvæstio V.

51 *Clausula in concessionibus apponi solita ad habendum, vendendum, & disponendum non tamen assensu reseruato, vtrum operetur, vt rex præcise assentiri teneatur.*

52 *Clausula ad habēdum, vendendum, &c. vtrum in dispositiuis vel exequutiuis verbis inseri debeat.*

53 *Rex vel alius dominus feudi, quibus in casibus assentiri teneatur.*

54 *Clausula transferentes omnem actionem vtilem, & directam, quid operatur.*

55 *Capicij, Zasij, & cæterorum error corripitur asserentium in Regno omnia ferè feuda non habere propriam feudi naturã.*

CAP. FEVDVM ea lege.



1 EVDVM non habens propriam feudi naturã eisdem culpis amittitur quibus cætera feuda; quando tamen alienatur desinit esse feudum, hoc dicit, pro

Tironibus permittendum est, quod
2 propria feudi natura non admittit fœ-
minas ad successionem cap.primo,in-
fra de natur.success.feu. Item non ad-
mittit alienationem absque assensu,
3 cap.primo,supra de vassal. qui contra
Consti.Lothar.& infra de prohi. feu.
4 alien.per Lothar.& Feder. Infeudatio
tamen de iure communi feudorum
est permissa capit.primo, supra qualit.
olim potet.feud.alien. capitu. benefi-
cium, vbi fusius diximus supra eod.

5 Item propria feudi natura potest
per pactum alterari, vt in text.& in ca
pitu. primo ,infra de feudo non habe.
propr.feu.natu.cuius materia est huic
adeo consanguinea, vt non nisi con-
iunctim explicari possit. Insolita pa-
6 cta, & contra naturam feudi apponi
possunt,& seruanda sunt cap. penult.
& fin.supra quid sit inuestitura, non
tamen contra substantiam feudi, velu
ti contra fidelitatem, quæ nullo modo
7 remitti potest tanquam substantialissi
ma feudo. Additis enim aliquibus quę
contra substantiam sunt, facit corrue-
re feudum,& eius nomen l. ubi ita do
netur ff. de donat. cau. mort.l. si quis
8 antè de acquir.posses.l. cum precario,
de præcario. Substantiæ enim corru-
ptio essentiam perimit.l. Iulianus, §.si
quis rem ad exhiben. naturalia vero
9 feudi mutari possunt qualitates scili-
cet à principio generationis feudi ad-
iectæ Zas.de feud.pat.12.num.20.re-
mitti etiam potest iuramentum fideli
10 tatis, vt alibi cum Camer.& cęteris di
ximus, contractus enim ex conuentio
ne legem accipiunt l.prima,§.si conue
niat,ff.depositi Aluaro.hic in princip.
& Zas.par.12.nume. 45. allegat iura,
quæ probant iuramentum fidelitatis
remitti posse non fidelitatem, ad quā
vassallus tenetur, etiam si non curauę
rit vltra text.in cap.primo,§. nulla su-
pra per quos fiat inuest.capi. primo,§.
primo, quæ sit prima cau.benef. amit.
Gugliel.Pernus.cons.12.nu. 29.

His præhabitis sequitur casus,& li-
teræ expositio cum Isern. hic. dedi ti-
11 bi feudum ea lege, vt tu, & hæred. tui
masculi,& fœminæ,& cui tu dederis,
vel dare volueris, habeant, Quæritur
quid iuris? dicitur? quod in cæteris om
nibus præter quam in expressis, habe-
12 bit naturam feudi,& eisdem culpis,&
causis perdes, quibus perduntur alia
feuda,& per hanc clausulam,& cui de
deris, poteris illud vendere alienare,
& donare, cui volueris Ioannes Anto.
Lanar.consil.sexto, num.9. secus si ad
13 iectum esset,& cui in feudum dederis,
tunc enim habebit propriam feudi na
turam cap.primo, infra de feu. non ha
be. prop. feu. natur. Quia infeudatio
hoc iure permissa est cap.primo, supra
qualit.olim poter. feud.alien.& capit.
beneficium supra eodem titu.ratio de
cisionis assignatur ab Iser.in dict.con-
textu cap.primo, de feudo non habe.
propr.feud.natu.quia sic in re sua Do-
minus dixit,& dicere potuit vulg.l.in
re mandata, C. mandati Camer. in l.
Imperialem num.29.lit.I, infra de pro
hib.feu.alien.per Federi. tunc per pa-
ctum res redit ad formam suam l. si
vnus, §.quod & in specie de pactis,
Isern.in capit.primo, nom.12. supr. ex
quib.cau.feud. amitta. his verbis ve-
rum sensum istius text. nobis reliquit.
14 Sed quid si detur feudum expressè,
quod nullum seruitium inde fiat?
Respondeo contra naturam feudi, seu
contra illa quæ consueuerunt apponi
in feudi concessione, vt ex præmissis
patet, tamen ex quo in feudum datū
est iure feudi censebitur, quantum ad
ea, de quibus conuenit, vt non fierent
& quantum ad expressè remota, sicut
quantum ad seruitij pręstationem, &
eisdem modis, causis, & culpis amit-
tit (excepto si non seruiet, quia non te-
netur ex pacto) quibus perditur feu-
dum sic potest intelligi infra de feud.
15 non habe.propr.feu.natur.cap. primo
etsi de feu.de fuer.controu.capit. feu-
dum ea lege datum. Iacob. Cuiac. lib,
quarto, de feud.titu.25. per alia verba
in effectu idem intellectus approba-
tur a Socin.consil.257.uisis inuestitu-
ris Romanorum Pontificum numero
quarto, libro secundo, etsi Socin. Iser,
non viderit, doctè tamen,& per regu-
las feudales loquitur, quod in eo in
quo alteratur feudum, non recipit in-
terpretationes a consuetudinibus feu
16 dorum, In reliquis vero omnibus re-
gulatur secundum feudorum natu-

ram,

ram, vt in iuribus istis probatur Ca-
mer. in l. Imperialem fol. 14. colum. 4.
versic. itaque mordicus contendo, &
fol. 31. lit. T, & fol. 40. colum. 4. uersic.
qui si ita diceret, & alibi semper solitus
est dicere: quod in his feudis præter
ea, quæ remissa sunt in specie in reli-
quis per omnia iure feudi detinentur.
Guerinus Pisonus Scacius in prælud.
feudor. in capit. cuius rubrica est pro-
pria, & impropria feuda, quę nam sint;
versic. tertia species feudi, & versi. sed
ego in vtroque Dec. consil. 193. sub nu
mero quinto, versic. non obstat funda-
mentum Paris. de reintegr. feud. capit.
94. numero sexto, & septimo.

17 Noto primo cum Afflict. hic, quod
feudum mutata persona, ex vi pacti
initi tempore primæ concessionis mu-
tat naturam, quia contractus ex con-
uentione regulantur l. contractus de
reg. iur. l. prima, §. si conueniat ff. de-
positi.

18 Noto secundo, quod feudum desi-
nit esse feudum, hoc casu ex vi pacti
mutata persona, & sic eadem res pe-
19 nes vnum erit feudum, & penès alium
poterit esse allodium virtute clausulæ
illius, & pacti, pro te, & cui dederis, cu
ius vim infra in quæstionibus explica-
bimus numero. . . Item ad tempus
20 erit feudum, & post tempus poterit
esse allodium secundum Afflict. & a-
lios hic.

21 Noto tertio, quod pactum operari
22 potest resolutionem contractus feu-
dalis ipso facto, concordat dict. capitu.
primum, infra de feu. non habe. propr.
feud. natur. & l. Titius ff. de seru. ex-
portan.

23 Quarto Noto, quod in concessioni-
bus, & primis inuestituris feudorum
apponi possunt pacta contra eorum na
turam, non contra substantiam. vt su-
pra diximus l. traditionibus C. de pa-
ctis.

24 Quinto Noto, quod vassallo lici-
tum est alienare feudum sine Domini
consensu, hoc casu, nec iure constitu-
tionis Regni poterit vassallus reuoca-
re, quia lege permittente fit, per illum
tex. & notabilia hæc omnia procedere
intelligas in inuestituris, & conclutio-
nibus factis a Regibus, vel alijs Domi
nis superiores non recognoscentibus,
non in subfeudis Baronum, qui regu-
25 lariter de iure communi feudorum a-
lia lege infeudate nequeunt, quã ipsi
feuda tenent, dict. capitu. beneficium
supra eodem Afflict. hic, quæ infeuda
tiones per l. Regni constitutionem di-
26 uæ memoriæ absque Regio beneplaci
to prohibitæ sunt vt alias diximus in
dict. capit. beneficium post Iser. in dic.
capit. primo, in fine infra de feud. non
habe. propr. feu. natur. Camer. fol. 29.
colum. tertia, & fol. 34. in fine simul.

Sexto Noto ex illis verbis, quod si
vassallus alienauit feudum esse desi-
nit apud emptorem, quod alienatio
hæc intelligitur, quando facta est ex-
27 traneo, vel agnato remoto, non proxi-
me successuro, alias si fieret immedia-
te successuro diceretur refutatio a lege
permissa, & feudum eandem haberet
naturam, quæ per hanc alienationem
non mutaretur secundum Afflict. hic
in fine numero 48.

QVÆSTIO PRIMA.

28 QVÆRO PRIMO cuius e-
rit virtutis clausula in textu ex-
pressa, quando apponitur in concessio-
nibus feudorum pro te, & hæredibus
tuis, & quibus dederis, & an hi, quibus
virtute clausulæ istius datum fuerit
feudum, in dubio illud retineant iure
feudi, vel vt allodium? Quæstio hæc
diuiditur in duos articulos.

29 Primus est, an virtute istius clausu-
læ in concessione feudorum appositæ
feudatarij libere absque alio assensu
disponant nedum inter viuos, sed e-
tiam in vltimis voluntatibus.

30 Secundus est, si quando disponunt,
non exprimunt, an in feudum, vel in
allodium concessionarij isti rem reti-
neant, an in dubio res illa etiam con-
cessa intelligatur in feudum, vel in al-
lodium? quando exprimitur siue in
feudum, siue in allodium res conceda-
tur, vtroque casu plana res erit, & abs-
que controuersia, nec procedit titulus
quæstionis istius, sed voluntas iam ex-
pressa per contrahentes attenditur,
qui vigore pacti potestatem habebant
concedendi in feudum, vel in allo-

 dium

dium dict. capit. primo, de feudo non
habe. propr. natu. feu. & ibi Iser. & feu
distæ, & sic si datum esset in allodium
desineret, esse feudum apud empto-
rem, quia ex conuentione contractus
legem accipiunt l. prima, §. si conue-
niat ff. depositi l. contractus de regul.
iur. omniaque pacta, quæ contra leges,
vel bonos mores non sunt, valent l. Iu
risgentium §. prætor ait ff. de pactis l.
legem C. eod. est Theorica Isern. hic
versic. sed tunc quando, & in dicto ca-
pit. de feudo non habe. propr. natur.

Circa primum conclusiue loquen-
do, dico communem, & veram esse o-
pinionem, feudatarium absque assen-
su dictæ clausulæ virtute, tam inter
viuos, quam in vltima uoluntate di-
sponere posse, quia illud (dare) ex uer-
31 bis, & mente contrahentium omnem
casum compræhendit, per quem do-
minium transfertur, l. non uidetur ff.
de regul. iur. §. sic itaque instit. de actio
nib. etiamsi ius duntaxat in re consti-
tueretur l. fin. C. de pignorib. Cur. iun.
late consil. primo, qui omnium dicta
vsque ad sua tempora coaceruauit, vl-
tra Alexan. Felyn. & alios, Bal. in l. Im
perialem colum. quinta, infra de pro-
hib. alien. per Federic. vbi Camer. fol.
29. colum. prima, & secunda, in princ.
hanc communem esse Doctorum sen-
tentiam testatur Ias. in l. fideiussor §.
prætor ff. qui satisd. cogant. & in præ-
lud. feudor. colum. 15. Laudensis in ca
pit. primo, §. hoc quoque supra de suc-
cess. feu. Dec. consil. 185. colum. secun
da, & tertia, & consil. 171. colum. fina.
Albert. Brun. consil. nono, colum. ter-
tia, & consil. 10. per totum Iacobi. de
Sancto Georg. in vers. & cum pacto,
quod de ipso feudo, idem Brunus con-
sil. 16. column. secunda, & 18. columna
quarta, & consil. 24. in fine Afflict. in
leg. Imperialem 11. notabili, & cæteri
passim. Adden. ad Iser. in capit. primo,
infra de feu. non habe. propr. feud. na-
tur. in vers. dederis, ubi post Camerar.
idem procedere dicit, quando in inue-
32 stitura adesset clausula, tibi, & haben-
tibus caussam a te, & ibidem post Ias.
de clausula quibus concedere nolue-
33 ris, uel cui ius dabit, & alia similia, &
hæc dispositio uirtute dictæ clausulæ
pro te, & hæredibus, & cui, uel quibus
dederis, compræhendit etiam extra-
34 neos hæredes, qui in tali feudo succe-
dunt ut probatur in hoc tex. & in con-
tex. capit. primi, infra de feu. non hab.
propr. feu. natur. Ias. notabiliter consi.
155. numero octauo, & nono, libro se-
cundo, & consi. sequenti numero quar
to, post Bald. & Angel. in l. cum essent
§. primo, per illum tex. ff. de seruit. ru-
stic. prędio. Bal. in l. prima, quęstio. 45.
de rerum diuisio. Alber. in l. fi. colum-
na penult. C. de iure emphyt. Angel.
Imol. Alexan. & cæteri in l. qui Romę
§. duo fratres de verborum obligatio.
Octauian. Cacher. decis. 26. nume. 18.
Natta, consilio 683. in causa, numero
nono, Roland. consilio 79. stante for-
ma, numero 26. 27. libro secundo, &
in tract. de lucro dotis, quæstio. 54. nu
mero 22. Clarus, §. feudum, quæst. 31.
versiculo vltimo quæro Franc. Becius
ad Ias. dictis consilijs, & consilio 88.
num. 21. & 22. vbi de communi: con-
ferunt dicenda in sequenti quæstione
vbi tractabimus de viribus clausulæ
pro te, & hæredibus quibuscunque,
quæ conferunt etiam ad præsentem
quæstionem. Interim videndus est
Zas. de feud. parte 12. numero 29. ver-
sicu. Quinta conclusio, vbi hanc fir-
mat conclusionem, & ex ea quinque
illationes notabiles ad intellectum
istius tex.

35 Quarum prima est, quod hoc feu-
dum donec apud vassallum est recti
feudi naturam retinet, quia fidelitatis
iuramentum præstatur, item serui-
tia, amittitur sicut cætera feuda, vt in
tex. & dicto contex. de feu. non habe.
propr. feu. natur.

36 Secũda est illatio hoc feudum cum
prædicta clausula concessum adeo li-
berè alienari, atque vendi posse, quod
emptor illud iure pleni dominij reti-
nebit, vt allodium, ita vt ad iuramen-
tum fidelitatis, nec ad seruitia aliqua
teneatur, nec etiam ex culpis amittet,
Aluaro. Præpos. & alij in dicto cap. pri
mo, de feu. non hab. propr. feud. natu.
Zas. loco citato, numero 50. limitat ta
men totam theoricam notabiliter, vt
procedat quando clausula hæc apposi-
ta fuerit in principali dispositione in-
uestituræ,

nestiturae, & in verbis dispositiuis, nó
in verbis executiuis, eo casu prædi-
37 ctas vires retinet, & non aliter, Decius
consilio 178, columna tertia, Mozzius
de feu. rubr. ex quibus cau. feud. amit.
numero 166. qui testatur communem
Iacobin. in versicu. ita etiam quod di-
cti vassalli, columna prima, Paris de
reintegr. cap. 95. Dec. consilio 390. nu
mero octauo, Grat. consilio nono, nu-
mero 140. Paris. consilio tertio, nume-
ro 13. & 29. Rolan. consilio 42. nume-
ro 13. Menoch. consilio primo, nume-
ro 128. Rimin. iun. consilio 834. nume
ro 17. libro septimo, Natta, consi. 504.
numero septimo, libro tertio, Menoc.
216. numero 27. & 724. numero ter-
tio, Surd. consilio 217. nume. 28. The-
saur. decis. 147. numero 6. Dominus
de Franch. decis. 6. numero septimo,
Nicol. Intrigliol. de feud. centuria se-
cunda, articulo sexto, numero 56. pro-
batur in clementina prima, de præbé.
ibi Imola D. Regens de Ponte, consi-
lio 57. numero 49. & sequen. & consi-
lio secundo, aliqua ille de Franchis de
cisione 6.

Circa secundum articulum Iser. in
dicto cap. si quis ea lege, numero pri-
mo, versicu. Item in dubio infra de
feu. non habe. propr. feu. natu. format
quæstionem, refertque duas opinio-
nes.

38 Prima fuit quorundam, qui in du-
bio dicebant præsumi datum in feu-
dum, & quòd illa clausula vt tu, tuiq;
hæredes, & quibus dederis habeant, in
telligitur repetita scilicet in feudum,
quia dicta in præfationibus censentur,
& in subsequentibus repetita, multo
magis in eadem oratione, argumen. l.
Titia, §. idem respondit de verborum
obligat. l. si quis ex argentarijs, §. si ini-
tium, ff. de edend. secus tamen si ex
verbis vel coniecturis contraria in-
tentio feudatarij, & concessionarij
eligi posset, quia illa attéderetur l. sem
per de reg. iur. ita intelligentes hunc
text. cum cap. vnico de feu. non habe.
propr. feu. natur.

Alij dicunt, & melius secundum
Isern. quod quando dicitur, vt tu, tui-
que hæredes & quibus dederis habeas
(nisi contrarium probetur) videntur di-
ci eo ipso istorum verborum virtute,
quod hi, quibus dederis habeant libe-
re in allodium, si non dicitur expresse
quod in feudum habeant, & hic est ve
39 rus sensus istius text. in cap. primo, in-
fra de feu. non habe. propr. feu. natur.
Iser. teste, verba enim debent aliquid
operari l. si quando de leg. primo, in fi-
ne ad municipia, sed hoc modo reci-
piens potest rem illam habere in feu-
dum, & in allodium ex dantis donatio
ne vigore facultatis sibi in prima con-
cessione tribute, ergo quando habet
per hæc expressa verba, debet plus ha-
bere scilicet quod liberè habeat, hæc
Isern. sententia recipitur à Bal. hic Al-
uaro, cæterisque in dicto, cap. si quis ea
lege de feu. non habe. propr. feu. natu.
idem Aluar. hic propè, num. 3. versic.
oppono ab extra, & alij passim Domi-
nus Regens de Ponte, consil. secundo,
num. quarto, Afflic. hic latè octauo no
tabili, qui similia deducit ad proban-
dum plurimum operari, quando ali-
quid deductum est in pactum, quod di
spositum erat de iure communi ad cō
firmationem Theoricæ Isern. & Bal.
hic, & in dicto cap. primo, de feu. non
habe. propr. feu. natur. argum. l. si sti-
pulatus ff. de vsur. Dominus Ioannes
Anto. Lanar. consil. sexto, numero no-
no, Curt. iun. par. quarta, nu. 141. versi.
tertio, & vltimo, qui communem te-
statur Nicol. Intrigl. de feu. centu. 2.
artic. sexto. nume. 53. Iacob. Cuiac. de
feud. lib. 4. tit. 25.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVÆRO SECVNDO. vtrū
40 clausula (de qua in text. & in con
tex. cap. primi, infra de feu. non habe.
propr. feu. natu.) pro te, & quibus de-
deris operetur, ut feudatarius possit
feudum absque alio Domini assensu
alienare? Iacobin. in versic. in feudum
num. 15. versic. quarta diuisio, tenet q;
41 sic, quia propria feudi natura est, vt si-
ne assensu non fiat alienatio l. Impe-
rialem infra de probib. alien. per Fe-
der. cum simil. hæc clausula in hoc im-
propriat illius naturam, vt sit alienabi
le absque assensu, in cæteris vero omni
bus remanet feudi natura præterquā

in

in alteratis per pactum, vt in text. isto,
& concordan. sequitur Ioan. Raynal.
in l. Imperialem, §. habito, num. septi-
mo, versic. attende benè, & est de men
te Camer. pluribus in locis congestis
in addit. ad Isern. in uersic. si quis ea le
ge infra de feu. non hab. propr. feu. na
tur. qui eiusdem fuit sententię, sequi-
tur Guerin. Pison. Soacius de feud. in
cap. cuius rubr. est, propria & impro-
pria feuda, quæ nam sint versic. tertia
species qui post alios dicit etiam, vt al-
lodium absque assensu alienari posset
fuit doctrina Bald. in l. cum essent §.
primo, num. secundo, de seruit. rustic.
42 præd. Dec. consil. 193. sub num. quin-
to, versic. Non obstat fundamentum
Clari §. feudum quæstio. 31. versic. vl-
terius quæro, qui de communi testa-
tur post Rolan. consil. 96. num. 34. lib.
primo, qui plures congerit vltra Ni-
col. Intrigliol. de feud. centu. secunda,
artic. sexto, num. 23. & 24. Mozzius in
rubr. ex quib. cau. feud. amitt. nu. 157.
qui de communi testatur Laurentius
Chirocof. commun. opin. centu. secun
da, lit. F. 48. num. 21. & conclus. 42. Fe
deric. Schench in cap. primo, §. rursus,
numero quinto, quib. mod. feud. amit.
Sonsbecius de feudis part. quinta, nu.
8. a Rossentale cap. 9. conclus. 48. in fi.
Capic. in cap. feudorum alienationes,
limi. 3. Menoch. consil. 278. nume. 32.
libro quarto, & consil. 111. num. 66. &
67. libro secundo. Rimin. iun. consilio
55. sub num. 15. libro primo, qui com-
munem testatur Marc. Anto. Peregr.
fideicommis. art. 52. num. 38. qui plu-
res congerit Bursat. consil. 254. nume.
20. libro tertio, Hieron. Gabriel. con-
sil. 84. num. 15. libro secundo, Paris de
Put. de redintegratio. feudor. capi. 94.
& plures alij, quos prætermitto.
Contrarium, & malè tenebat Spec.
tit. de locato. §. nunc aliqua quæst. 94.
qui dicebat dicta verba esse regulan-
da secundum naturā contractus, super
quo interponitur argumento l. si quan
do C. de inoff. testam. capit. si non spe-
ciali extra de electio. l. si stipulatus de
vsuris sequitur Rubeus Alexandrin.
consil. 110. num. 10. Bellon. consil. 35.
num. quinto, quibus videtur se subscri
bi Menoch. causę inseruiens, consilio
514. circa finem libro sexto.
Limitatur primo, conclusio com-
munis supra firmata, vt non procedat,
43 quando inuestitura diceret pro te, &
hæredibus, & cui ius dabit, quæ verba
nullo modo alterant feudi naturam
Bald. in l. liberti, libertæque nume. 39.
C. de oper. liberto. Curt. iun. de feud.
part. quarta, num. 141. Capic. in capit.
feudorum cap. 94. sub num. nono, Ni-
col. Intrigl. de feud. centu. secunda, ar-
tic. sexto, num. 29. a Rosenthal, capi. 9.
conclus. 50. Iacobin. versicu. ita etiam
44 quod ipsi, col. secunda, Rola. cons. 79.
nu. 15. lib. 2. idem si diceretur pro te, &
quibus legitime dederis Curt. Iun. con
sil. 130. sub numero septimo, Menoch.
consil. 514. numero 15. Intrigl. loco ci-
tato numero 30. Et quid si alia similia
verba apposita essent Aym. Cranet.
consil. 92. numero sexto, Lipar. ad Iser.
in capit. primo, infra de feu. non habe.
propr. feu. natur.

QVÆSTIO TERTIA.

45 QVÆRO TERTIO an feu
datarius virtute prædictæ clau-
sulæ possit sibi ipsi mutare causam pos
sessionis, & sibi concedere hoc feudum
in allodium, sicut exteris posset? Zas.
format quæstionem post Bal. in tract.
de feud. par. 12. numero 33. vers. quin-
to inferimus, & tenet quod non, quia
nemo causam possessionis sibi ipsi mu
tare potest l. nemo C. de acquir. possess.
46 & persona concedentis excipitur in ge
nerali sermone l. prima, §. primo, de se-
nator. l. inquisitio C. de solutio. gloss.
in capitu. petitio de iureiur. quibus ad-
do Sonsbecium in tractat. de feudis
part. quinta, numero octauo, Guerin.
Pison. Soac. in prælud. capitu. propria,
& impropria feuda quæ nam sint, ver-
sic. Tertia species in fine.

QVÆSTIO QVARTA.

47 QVÆRO QVARTO vtrum
clausula in inuestituris apposita
(pro te, & hæredibus, & successoribus
quibuscunque) comprehendat etiam
hæredes extraneos ex corpore non de-
scendentes, & legatarios alioquin ad
succe-

succedendum habiles (de mutis, sur-
dis, & alio modo imperfectis nunc nõ
loquor, sed tantum de inhabilitate ex
defectu sanguinis, quia extranei) in
quibus dubitatur, an talis clausulę vir
tute in feudis institui possint, vel eis-
dem feuda legari? Author quidam ad
Alexand. consil. 30. vers. Quibuscun-
que libro primo, in hoc articulo testa-
tur, quod quanto magis vidit tanto mi
nus discernere potuit, quæ crebrior sit
opinio propter Doctorum varietatẽ,
& in eorum doctrina contrarietatem,
nos relatis plurimis hinc inde Docto-
ribus communem sequimur, quam ali
quibus medijs probare contenti eri-
mus, ex quibus tacitè sequitur quoque
contrariorum confutatio.

Quod feuda per talem clausulam
nedum ad fœminas, sed etiam ad ex-
traneos hæredes, & quoscunque suc-
cessores etiam legatarios, & fideicom-
missarios transferantur, tenuit Bal. in
l. prima quæstione 34. de rer. diuis. &
in l. Imperialem infra de prohib. alie.
per Federic. Alexand. in l. quædam §.
nihil interest column. prima, de eden.
& in l. etiam soluto matrimonio, vbi
Roma. & in l. Gallus §. etiam si paren-
te de liber. & posth. & consil. septimo,
libro septimo, Iacobi. verbo, & cum
pacto, quod de ipso feudo Curt. de feu.
par. tertia, quæstione penult. & consil.
primo, Ias. in prælud. numero 47. & in
l. quodcunque in princip. de verb. ob-
ligat. & alibi Roma. in l. id tempus de
vsucapit. Albert. Brun. consil. nono, &
10. Cornel. consil. 16. Cotta in ver. qui
buscunque Dec. consil. 78. colum. ter-
tia, 185. & 305. Soci. Iun. consil. 72. co-
lumn. quinta, Marcusantonius Natta
consil. 159. cum sequent. qui de com-
muni testatur. Author quidam ad Ale
xand. dicto consil. 30. libro primo, Pa-
ris. qui de communi post plures testa-
48 tur consilio 32. numero 170. libro pri-
mo, & consil. 71. numero quarto, & se
quent. libro tertio, qui subdit, quod di-
ctio quibuscunque in dispositione ho-
minis, & non legis de sui habilitate
nullo modo restrictionem recipit se-
cundum Bald. in l. fin. C. sine cens. vel
reliqui. Franc. Ripa in l. quæsitum §. si
quis numero sexto, de priuil. credit. &
in l. ex facto §. si quis ita numero septi-
mo, ad Trebellia Socin. consil. 10. co-
lum. quarta, inter consil. Alber. Bruni
Ruin. consil. 16. column. secunda, libro
primo, & consil. quarto, numero 36. li-
bro quinto, Ludouic. Ara. consil. octa-
uo, numero 25. qui probat, quod dictio
hæc vniuersalis includit etiam casus
49 non expressos maiores Gloss. in clem.
prima, de re iudic. in vers. quamuis, &
in clement. secunda, de reb. Eccles. nõ
alien. in Gloss. final. Ias. consil. 147. co-
lum. fin. libro quarto, allegat text. in l.
omnes iuncta Gloss. in vers. quaslibet
C. de quadrien. præscript. & consil. 63.
column. tertia, versic. confirmatur ad-
huc libro tertio, Ioannes Antonius
Cannet. late in extrauagan. si aliquem
fol. 226. capitu. incip. sed non est omit-
tenda numero secundo, ad octauũ, Ca
mer. fol. 28. & 29. in l. Imperialem Ca-
mil. Salern. in procem. consuet. fol. 3.
Petr. de Gregorio in tractat. de conces.
feudi par. sexta, quæstione septima, &
ibi Don Garsias Mastril. doctissimus
Iuuenis, qui Ioannem Petr. Surd. con-
sil. 153. numero quarto, Dominum Re
gentem de Ponte Iureconsultum emi
nentissimum consil. 15. numero 13. ac
plures alios congerit, quibus addo e-
tiam Camillum Gallineum libro no-
no, de verbor. signific. capit. primo, nu
mero 10. & sequent. qui Alciat. Cra-
uet. Iul. Clar. Cephal. & alios congerit
Octauianus Cacher. decision. Pede-
mon. 26. numero 18. qui de communi
opinione testantur, & loquitur etiam
de clausula, & quibus dederis, vt cum
prædicta etiam confundatur Curt.
Iun. consil. primo, colum. secunda, Ias.
cons. nono, num. 6. inter cons. feudalia
Alberti Bruni, idem Brun. consil. 59.
numero septimo, ex quibus alij quo-
que Doctores coaceruantur, & dubita
ri non potest hanc magis communem
ac veriorem esse sententiam, sequitur
Capic. in capit. de clausulis feudorum
versicu. & suis hæredibus, & successo-
ribus quibuscunque, ante eum Alua-
ro. hic, columna secunda, versic. oppo-
nitur in Glos. & Nicol. de Neap. Au-
ctor quidam, ad Alexan. dicto consilio
30. suo quoque tempore hanc crebrio-
rem, & veriorem esse testatur opinio-

nem

nem Roland.consilio 96.numero 54. libro 1.

Contrariam tamen opinionẽ, quòd dicta verba coarctãtur ad habiles tantum, & vocatos de iure feudorum ex regula cap.primo, §.& si clientulus supra de alien.feud. tenet Aret.in l.Gallus,§.etiam si parente de liber.& posthumis, Præposit.in capit.primo, §.donare supra qualiter olim poter.feu.ali. Iacobin.in versicu.Quibuscunque hæredibus, Ias.de feu.parte octaua, Dec. in cap.in præsentia de probat. sibi contrarius, consilio 208.599.Curt.senior, consil. 82, columna quarta, Ant.Rub. Alexand.consilio 84.columna prima, & consilio 90. columna secunda, & quidam alij, quos congerunt Tiraquel. de retra.§.primo, Glos.7. numero 22. Camil.Gallin. Auctor quidam, & alij locis supra citatis.

Qvæstio Qvinta.

51 QVÆRO QVINTO. Vtrum clausula in concessionibus apponi solita, ad habendum, vendendum, & disponendum; nostro tamen assensu reseruato operetur, vt Rex pręcisè assentiri teneatur? Afflict.hic, numero nono, & sequen. exactè probat, quod sic, si concessionarius est fidelis, nec alia subest iusta causa cõtradictionis, ad hoc vt pactum hoc aliquid operari possit, vltra ius commune l. si stipulatus, ff.de vsur. hæc Afflict. sententia à Regni Peritis communiter, & benè recepta fuit, idem Afflict.in constitut.si quis post litem, numero 12. Loffre.latè in cap.primo, §. donare supra: Qualiter olim poterat feudum alienari Capic. in l. Imperialem, & ibi Camer.fol.30.litera A.Marin.Frec.libro secundo, auctor.29.numero septimo, Panfil. Moll. & Nicol. Antonius de Montibus per Camer.relati, idem Camer.fol.45.litera H:& 46.per totum; Dominus Regens Ioan. Antonius Lanar.consilio 6.numero quinto, & seq. & consilio 30.numero 12.& consi.92. numero decimo, Bursat.consilio 127. numero 70. & 253. numero quarto, Afflict.decisio.265. numero 68. & ibi addent.numero 73. in fine, Menoch. de arbit. Iudi.libro secundo, centuria secunda, casu 182. numero 13. Octau. Corset. Siculus in suo consilio inserto in tract. Petri de Gregor.de concessio. feu.parte sexta, quæst.7.numero quarto, & qui Liparulum quoque ad id allegat Dom.Regens de Ponte, consil.57. & consilio secundo, numero sexto, ad 10. qui de communi testatur Nicolaus Intrigliolus de feud. centuria secunda, articulo sexto, numero 62.& 65. ac
52 98.de viribus istius clausulæ, & quando apponenda sit in dispositiuis; non in exequutiuis post Menoch. Grat. Decius, Rolan. & alios Nicol. Intrigl.de feud.centuria 2.artic.6.numero 56.& sequentibus.

53 Et quibus in casibus Rex assentiri tenetur, habemus Iser. in constitut. si quis post litem versicu. feudalia versus finem, Lanar.dicto consilio 6. nume-
54 ro decimo, & quid operatur clausula transferentes omnem actionem vtilem, & directam. Ias.parte vltima, nume. 33.Capicius in inuest.versi.transferentes, Adden.ad Iser.in cap.primo, infra de feu.non hab. propr.feu. natu. cum quibus in omnibus non conuenio, siquidem facta concessione in feudum dicta clausula non alterat illius naturam, sed quoad illud vtile dominium concessum intelligitur, & in eo verificatur, non quoad reliqua, & in hoc aliquantulũ errauit Zas. Capicius & eorum sequaces dicentes hanc clausulam mutare feudi naturam, & consequenter in Regno isto omnia ferè
55 feuda non habere propriam feudi naturam per frequentiam dictæ clausulæ.

In reliquis pro materię complemento vltra Doctor.in cap. primo, de feudo non habe.propr.feud. natu. videndus erit Zas.parte 12.de feu. Gueri.Pison.Soac.in prælud.feud.cap.propria, & impropria feuda, quæ nam sunt Nicol.Intrigl.de feud. centuria secunda, articu.6. Camer. in l. Imperialem, folio 29.Paris. de reintegr.feud. cap.94. Iacob.Cuiac.de feud.lib.4. titu.25.de Franchis decis.6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non succedendo in feudo intelligitur descendentibus extantibus, non in eorum defectum*

2 *Pactum de non succedendo in feudo sine assensu non valet, quia alienatio est.*

3 *Pactum de non petendo feudum non valet sine assensu.*

4 *Hæredum appellatione descendentes masculi comprehenduntur. & nu. 6.*

5 *Feudi antiqui natura mutatur per pactum, vt feudatarius illud retineat, vt nouum, non vt antiquum.*

7 *Renuntiatio generalis in feudis non operatur deficientibus proximioribus agnatis.*

8 *Renuntiatio quantumuis generalis facta contemplatione certæ personæ habet vim pacti personalis.*

9 *Renuntiantis ius conualescit cessantibus personis, quarum contemplatione fit.*

10 *Pactum declaratur, interpretatur, & adaptatur iuxta naturam rei in pactum deducta.*

11 *Pactum reale omnibus prodest.*

12 *Pactum quodlibet factum inter vassallum, & proximè successurum an valeat sine assensu.*

13 *Ioannes Vincentius de Anna feudista grauissimus.*

14 *Clausula pro te, & hæredibus intelligitur de descendentibus non de exteris in feudis.*

CAP. TITIVS CVM Sempronio.

1 PACTVM de non succedendo feudo antiquo intelligitur extantibus descendentibus feudatarij, quibus deficientibus pactum non procedit, hoc dicit. in figuratione casus videndus est Isern. & Bald. hic, quos omnes sequuntur vltra Iacob. Cuiac. de feudis libro secundo, tit. 14. col. 2.

2 Noto Primo ex text. cum Isern. hic, quod pactum de non succedendo sine assensu Domini non valet, quia alienatio est; inquit Iser. in capitu. primo, in-
fra de eo, qui finem fecit agna. quem
Lipar. hic allegat post Capic. decision.
3 156. numero 19. qui loquitur in pacto
de non petendo, vt non valeat absque
assensu, & si hoc pactum de non succe
dendo feudatario fratri, & hæredi-
bus suis fieret cum assensu, idem esset,
4 quia heredum appellatione intelligun
tur descendentes masculi secundum
Ias. consil. 207. in fine libro secundo,
non extranei capit. primo, §. etsi clien-
tulus supra de alien. feu. & capitu. pri-
mo, supra de success. feu. Iser. & cæteri
hic, qui conclusionem limitant, vt non
procedat, quando in pacto de non suc-
cedendo adiectum esset, vt feudata-
5 rius habeat feudum, vt nouum non vt
antiquum, cum Domini assensu eo ca-
su frater non succedit capit. primo, in-
fra, de eo, qui finem fecit agna. Iacob.
Cuiac. loco supra citato, idem Ias. dict.
consil. 207. in fi. limitat text. istum, vt
procedat, quando factum est pactum
de non petendo feudum a certa limi-
tata persona, veluti a fratre, secus si fie
ret renunciatio simpliciter post Ale-
xand. consil. 13. perspectis his, quæ in
themate narrantur colum. secunda, in
fi. libro quinto, quorum dictum si alio
modo intelligeretur, quam supra ex-
posuimus, falsum esset, siquidem deci-
6 dendi ratio principalis istius text. fun-
data est, quia hæredum appellatione
in feudis non veniunt, nisi filij, & de-
scendentes dict. capitul. etsi clientulus
non extranei Bald. hic primo notabil.
quibus deficientibus pactum nil ope-
ratur, & sic etiam si simpliciter, & ge-
neraliter renunciatur successioni feu-
dorum, adhuc renuncians admittitur
in defectum proximorum agnatorum,
& ita corrigenda erit Alexand. & Ias.
sententia, quos errans quoque seque-
batur hic Lipar. & hæc est opinio Iaco
bi de Beluis. hic, qui subdit, quod si ex-
traneus esset hæres, casus esset indubi-
tabilis, sed quoniam in feudo non suc-
cedit, ideo non obijcit exceptionem pa
cti, & renunciationis quãtumuis gene
ralis, quia quoad extraneum Titius fra
ter renuncians liberas ædes habet, ar-
gumento l. loci corpus §. competit ff. si
seruitus vendicetur, & facit capit. pri-
mũ, infra de eo, qui finem fecit agna.

sequi-

sequitur Bald. hic, qui subdit, quod re-
nunciatio quantumuis generalis, quá
do fit contemplatione personæ habet
8 vim pacti personalis C. ad Velleia. l. iu
bemus l. Paulo Callimaco §. 1. de leg.
3. & hæc lectura Iacobi de Beluis. Bal.
& Afflict. vera est, quicquid Aluar. di-
xerit hic num. 1. Ius etenim renuncian
9 tis reconualescit cessantibus personis,
quibus fit, vt hic, & in cap. 1. de eo, qui
finem fecit agna. probatur in l. Paulo
Callimaco §. 1. in ratione sui de leg. 3.
Afflict. hic nu. 1. qui alias decidendi ra-
tiones docte congerit. Aretinus plura
consil. 5.
10 Noto Secundo, quod pactum decla
ratur, interpretatur, & adaptatur se-
cundum naturam rei in pactum dedu
ctæ; quia feudum deductum in pa-
ctum, ergo hæredes in pacto compræ-
hensi non extenduntur, nisi ad filios
masculos, & perinde est, ac si speciali-
ter fuissent expressi, & personaliter pro
pter eorum affectionem, & contem-
plationem, Ergo alijs pactum non pro
dest, nec extenditur l. Idem in duobus
§. 1. de pactis Bal. Aluar. & cæteri hic,
secus si pactum esset reale, quia tunc
omnibus prodesset, & omnes compræ
11 henderet l. & hæredes §. fin. de pactis,
Gloss. in c. 1. infra de eo, qui finem fecit
agna. vbi materia latius tractatur. Al-
uarot. hic in fine allegat Iacob. Ardiz.
& alios.
Noto Tertio ex verbis Isern. ibi nisi

quia est frater in eo non est alienatio
supra per quos fiat inuest. §. 1. ex quib.
verb. Dominus Ioannes Vincent. de
Anna feudista grauissimus singul. suo
569. notabat omne pactum factum in
ter vassallum, & proxime successurum
12 valere sine assensu. huius dicti verita-
13 tem explicauimus supra in capit. bene
ficium vassallo quæst. 2. & quæst. 1. in
3. opin. supra eod. tit.
14 Noto Quarto, quod clausula pro se,
& hæredibus intelligitur de descen-
dentibus, non de exteris, concordat d.
cap. 1. §. etsi clientulus supra de aliena.
feu. Bal. in l. qui se patris C. vnde vi. Ci
uilistæ in l. ex facto ff. ad Trebellia. &
ad tollendas omnes obiectiones in Re
gno addi solet in inuestituris clausula
ex corpore legitime descendentibus.
Afflict. hic num. 5. & alibi passim. cæ-
tera pro materiæ perfecta cognitione
habetis in c. 1. infra de eo, qui finem fe
cit agna. de feu. pater. Cæterum si mi-
nus perite, aut parum caute forte ali-
quid in hoc opere dictum fuerit, emen
dari cupimus. ad instar Pauli in l. Clau
dius Felix, in fine ff. qui potiores in
pigno. habea. & multomagis a Sacro-
sancta Catholica Romana Ecclesia
eiusque Beatissimo Pontifice qui Petri
Apostoli Sedem tenet. Sin autem la-
bores isti peritorum iudicio compro-
bant, quicunque nos culpare volue-
rit, se imperitum, vel maleuolum, com
probabit, c. hæc est fides 24. q. 1.

IVRIVM ALLEGATIONES
PRO
DON LELIO VRSINO
CVRATORE PRINCIPIS
BISINIANI,

Contra Refutationem factam statuum, & feudorum omnium, in beneficium Serenissimi Domini & potentissimi nostri Regis.

SVMMARIVM.



1 *Litteræ suæ Maiestatis, in quibus nota transmitti iubent consultatiuæ.*
2 *Prodigo competit primum, & secundum beneficium.*
3 *Prodigus non deponit in beneficijs.*
4 *Prodigus æquiparatur furioso quoad obligationem.*
5 *Prodigus sub curatore existens non contrahit, & multo minus donat.*
6 *Prodigus donare non potest, etiam cum decreto iudicis, & consenso Curatoris.*
7 *Curator dari non potest ad autorandum donationem, & qua re.*
8 *Tutor in donando non potest præstare authoritatem.*
9 *Donatio sine causa non cadit in administratione, sed dissipatio est.*
10 *Feudatarius in præiudicium agnatorum an possit feudum directo domino refutare & numero 14.*
11 *Feudatarius debet esse habilis, non prodigus, & interdictus, vt valeat refutare.*
12 *Inhabilitas contrahentium, etiam de iure communi, feudorum impedit refutationem, & inuestituram.*
13 *Feudatarius furiosus, & mente captus, nõ contrahit, nec in vltima volũtate disponit.*
15 *Refutatio facta primogenito Regis, & Vicario eget assensu Regis.*
16 *Vassallus Episcopi non refutat feudum capitulo absque assensu.*
17 *Vassallus plurium dominorum non refutat feudum vni, absque assensu aliorum.*
18 *Refutatio facta in fraudem agnatorum nullius est roboris, etiam si domini assensus interuenerit, num. 19.*
20 *Actus etiam legitimus quando in fraudẽ detegitur corruit.*
21 *Prodigus an possit refutare Regi, qui est lex animata.*
22 *Refutatio quæ fit agnato proximè successuro, non est alienatio.*
23 *Prodigus etiam cum authoritate curatoris, & iudicis decreto exteris donare non potest.*
24 *Rex in sui beneficium prodigalitati dispẽsare non potest, nec Prorex in sui beneficium assensum præstare.*
25 *Donatio, de qua agitur, an legitimè, & honestè acceptari possit.*
26 *Fiscus non acceptat institutiones, & donationes subditorum.*
27 *Priuilegia Regia exequutoriantur infra annum.*
28 *Assensus fauore dotis etiam post mortem impetratur.*
29 *L. si ego, § si res, ff. de iure dotium, non procedit in antefacto, et q. d in augmẽto dotis.*



1 CIRCA negotium, de quo agitur coram eminentissimis, & supremis huius Regni iunctis Tribunalibus, ac Italiæ supremo Consilio penes potentissimum Dominum nostrum Regem assistente, vbi magnæ authoritatis, & profun-

dæ scientiæ Regentes resident, quo-
rum discretioni res dignoscitur esse
commissa præuia consultatione cun-
ctorum huius Regni supremorum iu
dicum, vt præ oculis pateat, ac manife
stum sit, Donationẽ factam per Prin-
cipem Bisiniani bonorum omnium
feudalium, & allodialium, iurium, &
actionum in beneficium Serenissimi
Domini nostri Regis tunc Hispania-
rum Principis, nullius fuisse roboris,
& momenti, nec de illius acceptatione
iuridicè agi posse: Subscripta pauca
breuiter annotantur. Et sequendo Re
giarum Litterarum ordinem, super tri
bus Articulis Cath. Sua Maiestas ab
1 Officialibus Regni huius vota trans-
mitti iussit consultatiua. Quorum.

Primus est: Vtrum Nicolaus Berar
dinus Sanseuerinus Bisiniani Prin-
ceps prodigus mediante sententia de-
claratus, & sub Curatore existens legi
timè eius bona omnia donare potue-
rit, ac feuda in Suæ Maiestatis benefi-
cium tũc Hispaniarum Principis abs-
que Curatoris assensu, nec Iudicis de-
creto refutare?

Secundus si dicta donatio, & refuta
tio iuridica reputatur. Vtrum liceat,
congruumque, & honestum sit digni-
tati, ac potentiæ Serenissimi Domini
nostri Regum omnium potentissimi,
munificentissimi, ac religionis speculi
illam a suo subdito talis qualitatis ac-
ceptare.

Tertius, & vltimus versatur circa
commodum, & vtilitatem, quam affer
re posset donatio ipsa in suæ Maiesta-
tis beneficium, dempto ære alieno per
dictum Principem eiusque Prædeces-
sores contracto, quoduè emolumentũ
creditoribus dicti Principis Bisiniani
donatio ipsa afferre posset.

Circa primum præsupponitur in fa
cto Principi Prodigo, & sub Curatore
existenti, ac pupillis æquiparato sem-
per per Sacrum Consilium cæteraque
Tribunalia fuisse in integrum restitu-
tionem concessam, quam in Regno
2 primum & secundum beneficium ap-
pellamus ex communi theorica Do-
ctorum in l. si curatorem habens, C.
de in integr. restit. minor. vbi Bal. Pau.
Aret. Alexan. Franc. Pereira Lusitan.
in versio. cum non absimilit prima, &
secunda colum. Castr. in l. Marcellus,
in fin. ff. de fideiuss. & probatur in l. se
cunda, cum Glos. C. de Curato. furiosi
l. quarta, cum duabus sequentibus, ff.
de priuileg. credito. l. Fulcinius, §. pla-
nè, ff. ex quibus caus. in posses. eat. & l.
respublica, C. ex quibus caus. maior.
Quibus accedit si quidem omnia pri-
uilegia de iure prodita in beneficium
minorum, quibus tam de iure commu
ni, quam municipali huius Regni per
Constitutionem, quæ incipit, Mino-
rum iura concessum est beneficium re
stitutionis in integrum. sunt etiam cõ
cessa Prodigo ex Glos. singulari in l. se
cunda, in verbo, Adolescentium, C. de
iureiuran. quam Glos. reddunt singu-
larem Imol. Alex. & Ias. in l. Impera-
torem, ff. de re iud. Bald. in l. qui neque
ad finem, ff. de reb. eor. Alexan. & Ia-
cobi. in dicta l. si Curatorem habens,
Antonius Gomez. de contractib. cap.
14. numero 30. & nouissimè Bolog. in
Rubr. si certum petatur, numero sex-
to, quasi sint idem prodigi, & minores
de iure text. in dicta l. Fulcinius, §. ad-
eo, §. planè, & §. idemque, ff. ex quibus
caus. in posses. eat. quinimò authoritas
Curatoris Superioris, nec Prodigo de
negatur prænarratum restitutionis in
integrum beneficium, scripsit Alexan.
in dicta l. si curatorem habens, sub nu
mero quatto, C. de in integr. restitut.
mino. quod nunquam prædictis perso
nis de iure censetur sublatum, nisi in
specie tollatur, & expresse inductum
sit. ita Dec. consil. 556. ad finem, nec
Principis dispensatio in consil. 403. in
tertio dub.

Ex quibus me Patrono fuit prima
vice per sacrum Concilium ita deci-
sum sub die 15. Iunij 1596. relatore
doctissimo Regente de Constantio,
tunc causæ Commissario, & in cæteris
causis deinde passim seruatum, fuit e-
tiam pluries decisum diuersis in cau-
sis, in quibus Princeps est actor, vel
3 reus de depositione sua nullam haben
dam esse rationem, & dum alias peto-
batur exploratio voluntatis ipsius, qui
litteras missiuas varias, & contradicto
rias in eodem negotio transmiserat
per Sacrum Consilium iunctis Aulis

mediante

medi ante decreto fuit legitimè denegata ea ratione per Bart. tradita in l. is, cui bonis, num. 7. ff de verbor. obliga. quia Prodigus non habet animi discretionem, seu iudicium, & proinde nec etiam iuramēto obligatur, inquit Bar. sequitur idem Alexan. numero 2. & cæteri passim. Ripa in l. is, cui bonis, numero 28. ff. de verborum obligat. & est communis opinio latè Francisc. Turtanus communi opinio. in verbo, iuramenti absolutio. Alciat. in ca. cum contingat. numero 132. 138. & 146. de iureiur. & Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, l. prima, 327. numero 119. libro nono, in primo Tomo commun. opin. & Bart. in consuetud. Bitturie, §. 8. idque procedit, etiam Curatoris authoritate intercedente, ita scripsit Bal. in capit. penult. numero tertio, de consuet. Alex. in dicta l. is, cui bonis, numero 27. & ibi Franc. Curt. in additione ad. eam ea potissimum ratione, quia cum Prodigus careat voluntate, & iudicio, vt habetur in l. furiosi, ff. de regulis iuris, & in iuramento requiruntur tres Comites, iudicium, iustitia, & veritas, C. & si Christus, de iureiuran. cessat iuramentum cessante iudicio, & voluntate. Insuper quia iuramentum est, quid speciale ligans animam, quo casu de Curatoris authoritate non est curandum, sic scripsit Bal. in loco præcitato.

4 Æquiparatur etenim Prodigus furioso quoad obligandum dicta l. is, cui bonis, & l. is, qui, in fine, ff. de tutor. & curat. datis ab his, l. 1. in princip. ff. de curat. furiosi.

Ex quibus elicitur indubitata conclusio Prodigum sub curatore existentem non potuisse, nec posse citra eius

5 consensum legitimè contrahere, & multo minus donare; dicta l. is, cui bonis, de verborum obligat. & l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minor. & vbique per Doctores, Et donatio omnium bonorum, vel maioris partis est perfectus actus prodigalitatis dicit Butticella in dicta l. is, cui bonis, numero 17. versicu. mihi. Secundo limitatur. Ripa numero 14. Iodocus in trac. de patrocinio pupillorum, C. de tutore, & curatore, tom. 8. numero octauo, fol. 80. Francisc. de Caldas Pereira in commentario dictę l. si curatorem habens, verbo, cum non absimilis, post nume. 7. & multo magis quando facta est donatio in fraudem successorum, quo casu ipso iure nulla reputatur, vt infra latius probabimus, & hęc pauca duntaxat verè sufficerent pro iuridica causæ huius consultatione, & decisione.

6 Cæterum, vt res, (de qua agitur) facilior reddatur, ampliatur notabiliter conclusio prædicta, vt donatio præfata nulla sit etiam si cum consensu curatoris, & iudicis decreto facta esset: ex notabili doctrina Bal. in l. prima, C. si aduersus donat. cuius hæc sunt verba: Dicit hic Iacobus Butrigarius, quòd simplicem donationem in re immobili non potest facere minor, quia non potest super tali donatione interponere decretum. Ego dico, quòd nec

7 potest dari curator ad auctorandum in donatione, vt ff. de curat. furios. l. ab agnato, & l. si eodem tim. Nam curator dandus est causa cognita; item ex iusta causa, sed non est aliqua iusta dandi curatorem ad donandum, cum donare sit perdere, argumen. ad hoc, ff. de pactis. l. contra iuris, §. si filius, ff. quòd vi, aut clam. l. prohibere, §. planè, ff. de donat. l. filius, cum similib.

Propterea dico, quòd si dicit statutum, quòd contractus factus cum minore sine authoritate curatoris non valeat, etiamsi minor iurauerit, quòd impossibile est, eum habere curatorem ad donandum hactenus. Bald. & ante eum Butrigar. quem Bald. allegat his verbis, sed iusta causa interponendi decretum, non est, vt fiat sponsalitia donatio, ergo non interponitur decretū, & per consequens non valet donatio, hæc sunt verba Butrig. sequitur And. Barbat. consil. 53. incip. ad dictam donationem rescindendam, nu. 5. libr. 2. & consil. 70. incip. pro præsentis mihi propositæ, nume. 12. lib. 3. Paul. Cast. notabiliter in l. si filius, numero secundo, C. de inoffic. donat. testatur donationem à minore de re immobili factam etiam cum curatoris authoritate nullius esse momenti. quia non potest minor (inquit ipse) alienare, nisi cum

decreto iudicis, & ex causa æris alieni
exoluendi, allegat l. secundã, C. si ad-
uersus donatio. & est tex. notab. in l. fi.
§. fina. C. si maior factus alienationem
factam sine decreto ratam habuerit,
ibi, cum autem donationes à minori-
bus, nec cum decreto celebrari possint
&c. hoc ibi notat Salyc. numero secun
do, & Bald. numero quarto, probatur
etiam in l. non omni, C. de administr.
tutor. l. 1. §. 1. de tutelis, & ratio distra-
hen. l. tutor. ad vtilitatem 24. de admi-
nist. & periculo tuto.

Ad idem allego Bal. in l. prima, ff. de
tutelis, & ratio distrah. dicentem tuto
8 rem in donando non posse præstare au
thoritatem, nisi sit talis donatio, quæ
procedit de conscientia legis inquit ip
se allegat. §. nonnullos, & §. propterea,
dict. l. prima, de tutelis, vbi exprimun
tur causæ quædam alimentorum, &
similes vrgentes ad diminuendum bo
na pupilli decreto mediante, refert, &
9 sequitur Claud. Seysellus in l. si ante,
ff. soluto matrimon. circa finem sub-
dens amplius, quod donatio sine causa
non cadit in administratione, sed est
dissipatio, l. contra iuris ciuilis, §. final.
de pactis. sequitur Raphael Cuma. in
l. apud Celsum, §. si minor, ff. de doli
mali except. Barto. in l. interdum, nu-
mero 10. ff. de cond. indeb. Pau. Castr.
egregiè consil. 468. incip. ad primum
quo quæritur, numero tertio, libro pri-
mo, & ibi Addentes sequuntur alle-
gando Corneum consilio 11. in præ-
senti consultatione, numero sexto, li-
bro tertio, idem Castren. in l. prima, §.
fuit quæsitum, numero tertio, ff. ad
Trebellia. Campeg. de dote, parte se-
cunda, quæstio. 10. Suarez allegat. 20.
numero septimo, Vasq. de successi. Lu-
dou. Roman. in dict. l. si ante, in final.
verb. soluto matrim. & est incontro-
uersa conclusio.

Audio pro validitate donationis,
seu refutationis allegari theoricam.
Iser. in cap. primo, §. & si libellum, nu-
mero 7. versic. nunquid ergo de alien.
10 feudi paterni, qui formando quæstio-
nem, an feudatarius possit in præiudi-
cium filij, & agnatorum refutare feu-
dum directo Domino, dicit, quòd si
feudum est ex pacto, & prouidentia
antiquum non potest: in feudo verò
hæreditario, & feudo ex pacto, & pro-
uidentia nouo, potest fieri refutatio ea
præcipua ratione, quia sicut potest feu
datarius feudum extero alienare inui-
to successore, ita Domino refutare, sed
Aduersarij dicunt hanc esse simpli-
cem feudorum hæreditariorum refu-
tationem factam directo Domino, er-
go valet.

Difficultas hæc verè non eget solu-
tione, sed vt res tutissima reddatur,
quinque modis resoluitur.

Prima solutio est Iser. non loqui in
casu, de quo agitur, sed in feudatario
ex omni sui parte etiam respectu per-
11 sonæ habili ad contrahendum, præsup
ponitque indubitanter habilitatem
personæ faudatarij, & non loquitur in
Prodigo, & inhabilitato, vt eius verba
clarè sonant, & dicunt feudatarium
alienando alteri non posse alienatio-
nem ab hæredibus reuocari. Ergo præ
supponit habilitatem personæ feuda-
tarij ad contrahendum, & in feudo ex
pacto denegat refutationem fieri pro-
pter impedimentum perueniens ratio
ne rei, dicens, quod sicut non potest alie-
nare feudum ex pacto, ita nec etiam
Domino refutare. in vtroque igitur ca
su ab Isern. præsupponitur habilitas
personæ feudatarij refutantis, & con-
trahentis: quæ cessat in casu, de quo
agitur, ergo eius doctrina allegari nõ
potest, & quod nedum iure commu-
12 ni Romano contrahentium inhabili-
tas impediat refutationes, inuestitu-
ras & contractus dicta l. is, cui bonis,
de verbor. oblig. cum similib. supra ad
ductis, sed etiam iure feudorum habe
mus legem claram. in cap. 1. in princi.
per quos fiat inuestitura, & per quos
recipiatur, cuius hæc sunt notanda ver
ba. Inuestitura feudi non ab alio rectè
fit, nisi ab eo, qui legitimè suorum bo-
norum administrationem habet, qui
enim qualibet ratione aliquid de suis
rebus impeditur alienare, is nec per
feudum potest inuestituram facere, &
Bald. consil. 304. libro secundo, incip.
donatio, quam Antonius num. primo
dicit feudatarium posse donare cum
assensu, nisi sit furiosus, vel mente ca-
13 ptus, qui nullum contractum facere
possunt

possint, nec etiam in vltima voluntate, allegat l. in negotijs, ff. de reg. iur. & hæc responsio omni penitus pœnes me caret difficultate.

Secunda est solutio, quia Donatio, de qua agitur, non est pura, & simplex feudorum refutatio, sed bonorũ omnium feudalium, & allodialium, iurium, & actionum pura, & mera donatio.

Tertia solutio elici potest ex theorica eorum, qui simpliciter formant
14 quæstionem, an feudatarius possit feudum directo Domino refutare in Agnatorum præiudicium & non distinguendo hæreditarium à feudo ex pacto simpliciter tenet quod non, Iacobus de Ardiz. feudorum pater in eius Summa, cap. 112. cuius Rubrica est; si vassallus refutauerit feudum Domino, vtrum præiudicet agnatis viuente vassallo, & eius filiis, sequitur Iacob. Beluis. in eod. §. & si libellum, in fine, de alien. feu; pater. & ante eum glos. in uersic. nec in filiam. Bald. numero quinto, Mart. Laudens. Aluaro. sequitur Afflic. num. 95. qui testatur opinionem Glos. & Bald. communem esse. Curtius in tract. de feudis, part. 4. nu. 147. Iacobin. & alij quos congerit Ludulfus Schraderi in tractat. de feudis, par. 8. c. 7. nu. 9. Cæterum, an hæc opinio simpliciter vera sit, vel cum distinctione Isern. recipienda pro nunc non discutio.

Quarta est responsio, quia refutatio, & donatio facta non fuit directo Domino, vt Iser. cæterique loquũtur, sed Serenissimo Hispaniarum Principi tunc Domini nostri Regis Primogenito, & consequenter Regio egebat assensu, qui deficit, & vera est feudistarum
15 conclusio, refutationem, & venditionem factam primogenito Regis etiam Regni Vicario patre viuente, & in Regno presente absque Regio assensu nullius esse momenti. Sigismundus Loffredus in proprijs terminis loquitur consil. 17. numero 41. & sequ. propriè num. 52. & 53. Felyn. in capit. quæ in Ecclesiarum, colum. fina. nume. 94. versic. ad idem facit, de constit. sequitur Barthol. Camerar. post Capyc. in l. Imperialem, fol. 33. column. quarta, in magnis, versicu. ex quibus hæc alia; reprobando opinionem Afft. in dict. ca. Imperialem, quæst. 20. contrarium tenentis, ratio est prompta, quia Dominus, & vassallus non iudicantur ad imparia; & sicut non licet refutare agnato vlteriori absque assensu directi Domini, cap. 1. de aliena. feud. pater. æqua lance non licebit refutare agnato domini vlteriori, qui dominium tempore refutationis non habet secundum
16 Bal. in l. voluntas, C. de fideicom. colũ. penult. Item vassallus non refutat feudum capitulo, quod tenet ab Episcopo, cumulat Fely. in d. ca. quæ in Eccle
17 siarum. Item vassallus plurium Dominorum non potest feudum vni duntaxat refutare Bal. Aluar. & alij in l. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Feder. quia inter Dominos datur etiam gradus: alias quoque demonstratiuas rationes adducunt Caner. & Loffr. locis citatis, quas non repeto, & Curatores tam præsentes, quam prædecessores Principis pro recta administratione curæ, (vt tenebantur) reuocauerunt vigore Constitutionis Regni, Constitutionem diuæ memoriæ omnes, & quoscunque contractus, donationes, & alienationes quomodolibet per Principem factas, inter quas donatio, de qua agitur, etiam comprahensa censetur.

Quinta erit tutissima solutio, & confirmatio primæ conclusionis irritantis donationem. Etenim donatio (de qua agitur) facta fuit non ad alium finem, nisi fraudandi Don Lelium Vrsinum nepotem proxime successurum; & causa hæc fraudis, & asserti odij est expressa in proœmio eiusdem donationis, adeo quod coniecturis nõ egemus ad fraudem probandam (& refutatio)
18 ac quilibet contractus, a feudatario factus ad finem fraudandi agnatum proxime successurum feudi successione nullus dicitur, ad hoc probandum Dominus Regens Marthos scientiarum omnium peritissimus allegabat mihi l. Titius 54. ad Trebell. & authoritatem Bal. in capit. primo, in fin. verb. de vassall. decrep. ætat. dicentis in eius libro habuisse text. dicentem vassallum potuisse refutare feudum Domino, nisi fecerit in odiũ filij, vel nepotis. Sed

quia communiter non habetur, apo-
cryphum est, notabile tamen est, in-
quit Bal. addo tex. in capit. primo, §. sed
etiam res ibi, nisi fiat in fraudem, & ibi
Gloss. versic. in fraudem, per quos fiat
inuestit. dicitur in text. quod alienatio
feudorum est prohibita, sed infeuda-
tio est permissa, dummodo non fiat in
fraudem legis prohibentis alienatio-
nem, recenset Gloss. duos casus, in qui-
bus censetur facta infeudatio in frau-
dem legis Lotharij, & Federici. Pri-
mus est, quando ad illam ætatem per-
uenit feudatarius, vt filios habere non
possit, tunc infeudatio præsumitur fa-
cta in fraudem prohibitę alienationis.
Secundus, quando ideo facit (inquit
Gloss.) vt priuet eum, qui in ea succede
re debet, a sua successione, refert, & se-
quitur Sebastian. Napod. in consuetu-
ne Neapolis. Et si testator in vers. di-
sponere, num. 14. vbi alias quoq; recen
set fraudis coniecturas, præsertim quã
do donatio est omnium bonorum, l.
omnes, §. Lucius, ff. quę in fraudem cre
dito. Gloss. illam bene declarat, & se-
quitur Iser. in eod. §. sed etiam res, per
quos fiat inuest. numero quinto, & ibi
Liparulus in vers. dicitur (fieri) allegat
Dec. consi. 269. colum. secunda, nume
ro quinto, qui bene probat refutatio-
nes, cæterosque contractus in agnato-
rum fraudem de re feudali factos etiã
cum assensu directi Domini Regis nul
19 lius esse momenti, ante omnes Iacob.
Ardizo. in eius Summa capit. 16. cuius
rubric. est si feudum detur in feudum,
idque in fraudem, & quando fraus in-
telligatur. Alexand. consil. 15. numero
octauo, libro quinto, idem Iser. in d. §.
& si libellum, loquendo de refutatio-
ne, quæ fit Domino, excludit casum
fraudis, ibi posset fraudare filios suos
refutando, qui non posset alienando,
non debet lex alia via circumueniri, ff.
de tutor. & curator. l. scire oportet. Hu
iusmodi namque donatio non solum
maxima est, in qua fraus præsumitur,
quemadmodum testatur Bald. in leg.
fraus, ff. de legi. cuius dictum refert, ac
sequitur Alexand. consil. 55. numero
quinto, ver. & dicit Bal. vol. 1. sed om-
nium bonorum, in qua tanto magis
fraus præsumitur, vt idem Alexan. lo-
quens, non solum in venditione, sed in
donatione omnium bonorũ, siue ma-
ioris partis, ac rerum pretiosarum in
loco præcitato comprobat, quorũ om-
nium meminit Afflict. in decis. 170.
numero 13. Camer. in l. Imperialem,
fol. 6. col. 4. in fine versic. in text. ibi, &
fol. 7. in princip. bene probat post Iser.
quod si Rex assentit actui faciendo, nõ
valet assensus, si actus ille fit in frau-
dem alicuius, eo quod lex fraudem nõ
concomitatur, l. si sponsus, §. circa, de
donat. inter vir. & vxor. Ioan. Rainal.
in l. Imperialem, §. callidis, num. quin-
to, versiculo quæro hic prohibetur,
de prohib. alienation. feud. per Fe-
der. idque exclamat Liparulus in dic.
§. sed & res, numero quinto, in vers. di-
20 citur fieri dicens, quod actus etiam le-
gitimus, & permissus non valet, quan-
do in fraudem fit, ab omni namq; con
tractu, quantumcunque a iure permis
so fraus excipitur, cap. Imperialem, §.
1. de prohib. feu. alien. per Feder. l. cre-
ditor, §. Lucius, ff. mandati. Nap. in d.
consu. & si testator, numero 19. verb.
sed an pater, & numero 14. versic. sed
quando, & numero 19. & Afflic. in de-
cis. 84. numero tertio, & decis. 111. nu-
mero tertio, & alias in Collaterali con
silio ita decisum fuit, & denegatus as-
sensus feudatarijs contrahentibus in
agnatorum fraudem in feudis hæredi-
tarijs, idq; referente circumspecto Re
gente Moles in causa Aureliæ, & Ioan
nis Baptistę de Ebulo cũ Comite Op-
pidi nunc Duce Ferulit, in simili alias
maiori casu in venditione omnium bo
norum feudalium, in qua Sacrum Cõ
silium Collaterale censuit assensum
non esse impartiendum. Ex quibus ne
dum resoluta est difficultas supra pro-
posita, sed alia quoque elicitur conclu- 21
sio, quod etiam si Princeps Bisiniani
non esset Prodigus, nec sub Curatore
existeret, sed habilissimus ad contra-
hendum, adhuc donatio, & refutatio
ista corrueret tanquam facta in frau-
dem in Donatione iam expressam) a-
gnati proxime, & immediate successu
ri, & fraudis capita plura sunt expres-
sa. Primum, quia de filijs legitimis, &
naturalibus dicebat donans, quod erat
desperatus. Secũdum expressit odium
contra-

contractum cum immediate successu
ro, quæ capita a Gloss. cæterisque Do-
ctoribus supra citatis sunt præcipue
ponderata. Vltra quod donando om-
nia bona præsumitur fraus, dict. l. om-
nes, §. Lucius, quæ in fraud. credit. ad-
sunt quoque alia fraudis argumenta,
quæ in re adeo clara non recensentur,
ne tractatum potius quam allegatio-
nes scripsisse videar.

Vnus ex Dominis in discursu causæ
talem proposuit difficultatem, dicens,
feudatarium etiam prodigum posse re
futare immediate successuro præser-
tim cum decreto, ergo multo magis po
21 test refutare directo Domino Regi,
qui est lex animata, & supra decreta,
& eo ipso censetur dispensare, ac dona
tioni sibi factę decretum interponere,
eidem ego allegaui Loffr. consil. 17. nu
mero 39. & sequent. præcipue numer.
51. & 52. qui in proprijs terminis du-
bium proponit atque resoluit, quem
domini Iudices latius videre poterunt,
nec valet consequentia feudatarius re
futat immediate successuro. Ergo etiã
directo Domino, quia refutatio, quæ
fit agnatis ex regula capit. vnici, de eo,
qui finem fecit agnato de feudo pater-
no, non est alienatio, nec alienatum di
22 citur id, quod est in agnatorum corpo-
re, seu linea conseruatum, quæ sicut ge
nus repræsentatur, in quolibet suo su-
biecto, l. voluntas, C. de fideicom. l. 1.
C. de impon. lucr. descrip. libro 10. Bal.
consil. 300. incipit tex. in capit. primo,
de alienan. feu. numero 11. Tiraq. de re
tract. §. 11. glos. 6. numero 9. quæ ratio
in feudi refutatione directo Domino
non militat, nec refutatio cadit a vassal
lo in filium Domini: alias quoque tra-
dit diuersitatis rationes Loffr. numero
23 52. Secundo respondeo, maiorem fal-
sam esse. Prodigus etenim etiam cum
auctoritate Curatoris, & Iudicis decre
to exteris donare non potest, ex doctr.
Bal. in l. 1. C. si aduersus donatio. cum
alijs supra adductis. ergo consequen-
tia cessat.

Tertia solutio est, quia dato, & non
concesso, quod maior propositio argu-
mẽti vera esset, adhuc minor falsa est,
siquidem Rex non potest donationi in
24 eius beneficium factæ assensum præ-
stare, multo minus inhabilitati dispen
sare ex reg. l. 1. §. quæsitum, ff. ad Tre-
bell. vbi Roma. & Imola, Glos. & Bar.
in l. si procurator, de cond. inde. Loffr.
in filio Regis, & Vicario Regni loqui-
tur, vt non possit sibi ipsi assensum prę
stare, dicto consilio 17. numero 54. &
alios congerit. Rex enim & si legi-
bus solutus sit, attamen legibus viuit,
dicit tex. in §. fin. Instit. quibus modis
testamen. infirmen. singularis in isto
casu, nec testamentum illegitimè fa-
ctum, in quo Rex instituitur, valida-
tur neq; ex vlla scriptura, cui iuris au-
thoritas desit Regem aliquid adeptu-
rum, dicit ibi tex. ex imperfecto testa-
mento, neque Imperatorem vendica-
re posse, dicit text. in l. ex imperfecto,
C. de testamen. Dico etiam quod do-
natio hæc non fit directo Domino, sed
eius Serenissimo Primogenito, requi-
rebat assensum Regis in capite, qui de
ficit, & sic vndique cadit difficultas.

Secundus principalis articulus in
duas subdiuiditur quæstiones.

25 Prima est, an donatio (de qua agitur)
quando ex omni sui parte valida esset,
& prædicta non militarent, possit per
Regium fiscum, & per ipsum Serenis
simum Dominum nostrum Regem
acceptari.

Secunda, vtrum deceat, congruum
que, & honestum sit, potentissimo Do
mino nostro donationem, vel refuta-
tionem à persona huius qualitatis fa-
ctam in eius Regali patrimono incor-
porare.

Circa primam sunt iura clara in par
tem negatiuam, l. penult. ff. de hęredi-
bus instituẽdis Imperatorem, (inquit
Paulus) litis causa hæredem institui in
uidiosum est, nec calumniæ facultà-
tem ex principali Maiestate capi opor
tet, & ibi Glos. §. fin. Institu. quib. mo-
dis testamen. infirmen. l. prima, C. ne
fiscus vel respublica ibi bonorum ma
ior pars fisco donata fuit, vt ab eo do-
nans protegeretur; Respondet Impe-
rator hanc litium donationem admit-
ti temporum meorum disciplina non
patitur, accedunt Regulæ omnes pro-
hibentes donationes in potentiores,
& tex. in l. res, quæ, §. penult. ff. de iure
fisci prohibet fisco, ne suscipiat in se
dona-

26 donationem, vel institutionem bonorum omnium, vel partis ipsorũ, præcipuè si sub litigio fuerint, subdens amplius Iureconsultus donantem dignũ fuisse puniri pro tam turpi, tamq; inuidioso commento, bona autem, de quibus agitur, fuisse, & esse sub diuersis litigijs iam in facto deductum est, & plenius in tertio principali articulo demonstrabitur.

Secunda quoq; quæstio ex prædictis terminatur, ea etenim, quæ iuri consona non sunt, nec honesta videri possunt, text. in dicta l. res, quæ, §. lites donatas, ff. de iure fisci, dicit hoc esse turpe, ac inuidiosum Commentũ. Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris formalia refert verba orationis relatæ in dicto §. eadem oratione instituta, quibus modis testamen. firm. transcripta ibidem per Misingerium, quæ libet quoque hic inserere. legem inquit, tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent, neuè ob hoc fiscus aliquando succederet, ipseque professus est nullius se aditurum hæreditatem, quę aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes, & necessarij priuarentur, addiditque Senatusconsulto hæc verba: Sanctius est Patres conscripti inopem Rempublicam obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per discriminum, atque dedecorum vestigia peruenire. Hæc Capitolinus apud Misingeriũ. Si igitur Paganis Principibus hæc inhonesta videbantur, quantò magis Catholico Regi fidei protectori, & Christianorum omnium Principum Aurigæ; eiusque circumspectis, & integerrimis Ministris turpia, & vilissima videri debent?

Accedit quoque prædictis donationem factam fuisse à Carcerato in Castro nouo, & per prius etiam in Castro Caietæ per annos octo ferè detento, item ratificationem celebratam tempore, quo donans sub fideiussoria cautione habilitatus erat, & quod peius alia ratificatio à fugitiuo Principe tũc in Ciuitate Ferrariæ existente confecta fuit, vt in facto deductum est, & ex eisdem donationibus liquet, quæ omnia metu carceris facta præsumuntur, & nullius sunt momenti ex dictis per Doctores in l. qui in carcerem, ff. de eo, quod metus causa, & in cap. fin. de appel. latè Loffre. dicto consilio 17. in primo dubio. & metus iste ex parte donantis saltim præsumitur (absit, nec cogitare metum ex parte Excellentissimorum Proregum, eiusq; sacri Collateralis Consilij, quorum mandato ex alijs causis eorum sanctam mẽtem mouentibus Princeps detinebatur) & consequenter contractus isti nullius sunt momenti. Tandem ne alienigenis, & non subditis Domino nostro iustam causam prædicti carceris ignorantes, ad extorsionem feudorum, & Status Principis vaniloquendo extendere possint Circumspectissimi Iudices ab hoc latrantium morsu omnino cauere debent.

In tertio principali articulo iam in facto deductum est, onera Patrimonij Principis superare introitũ in annuis ducatis decem mille, & plus. Item valorem Patrimonij parum, vel nihil excedere ęs alienum super eo contractum computatis bonis per Principẽ in Donatione reseruatis. Et proinde inanem, & absque vtilitate in beneficium fisci fuisse, & esse assertam refutationem. Item in facto deductum est Statum Basilicatæ non fuisse, nec esse in dominio Principis donantis, & refutantis, sed in dominio Don Lelij Vrsini filij quondam Donnę Fœlicis Sanseuerinæ, cui per Principem Petrum Antonium Sanseuerinum in partem, & augumentum dotium fuit assignatus, casu quo Princeps Nicolaus Berardinus refutans absque filijs legitimis, & naturalibus decederet cum clausulis ex nunc pro tunc, & è contra, constituto, & præcario, & alijs amplissimis contentis in instrumẽto capitulorum matrimonialium stipulato, mediante Regio assensu, & quod plus est in anno 1572. dum Princeps Nicolaus Berardinus alienare voluisset aliqua feuda, & Terras dicti Status Basilicatæ, se opposuit quondam Dux Grauinæ dicens Statum fuisse in partem dotiũ assignatum dictæ D. Felici, & eius filijs præuio Regio assensu, & cõsequenter in eorum pręiudicium non potuisse

se

ſe nec poſſe vendi Statum prædictum
nec illius partem. Tandem per Col-
laterale Conſilium (audito Principe)
& productis ſcripturis fuit deciſum,
quòd detur terminus in cauſa,& inte-
rim Princeps nihil innouet relatore
Regente Salernitano Feudiſta maxi-
mo, à quo decreto reclamauit Prin-
ceps, & iterum ſuccubuit, & ſic per
tria Decreta fuit deciſum,quæ jam trã
ſitum fecerunt in rem iudicatam.

Quis ergo ſani capitis poterit hodie
conſulere Principem potuiſſe,& poſſe
donare Statum,& feuda prędicta,quę
non fuerunt nec ſunt in eius domi-
nio, & per tria Decreta in rem iudica-
tam tranſacta,deciſum fuit,quòd non
vendat,nec aliquid innouet, quomo-
do ergo hodie poſſit donare, ego qui-
dem non video?

Expedit quoque ex eiſdem ſcriptu-
ris tunc in Collaterali Conſilio pro-
ductis, & in præſenti cauſa reprodu-
ctis aliquas iuricas elicere Concluſio-
nes,vt videant Doctiſſimi Iudices per
veras Regulas,tunc Collaterale Con-
ſilium decreuiſſe: impediendo aliena-
tionem Status Baſilicatæ, & nouatio-
nes, quas tunc Princeps agere prætẽ
debat.

Contractus Capitulorum habet aſ-
ſenſum fel. memor. Caroli V. In an-
no 1545. exequutoriatum, & regiſtra-
tum in Camera in anno 1564. contra
quem vnica opponitur per aduerſa-
rios difficultas, dicentes non fuiſſe exe
27 quutoriatum per Regni Proreges in-
fra annum ſeruata forma Pragmaticæ
editæ in anno 1518. ſub titulo, de pri-
uilegijs infra annum regiſtran. Et
quando ſuperuenit Diſpenſatio Phi-
lippi II. immortal. mem. in anno 1564.
quæ mandauit exequutoriari priui'e-
gium lapſu temporis non obſtante.
Princeps Petrus Antonius mortuus
erat in anno 1557. & dominium Sta-
tus translatum in modernum Princi-
pem Nicolaum Berardinum, & con-
ſequenter alius requirebatur contra-
ctus,& alius nouus aſſenſus ex theori-
ca Iſer. & aliorum in l. Imperialem, in
principio,de prohibit. feud. alien. per
Feder. & in cap. primo, §. donare quali
ter olim poterat feudum alienari no-

niſſimè D. Io. Vincen. Anna alleg. 66.
in principio.

Faciliima tamen eſt ſolutio,doctri-
na enim Iſern. vera eſt,& communis,
28 ſed limitatur,vt non procedat in dote,
cuius fauore aſſenſum poſſe impetrari
etiam poſt mortem obligantis ſuper
bonis obligatis, vel in dotem datis.
Nec hæredes feudatarij poſſe reuoca-
re receptum eſt, & nunquam in Re-
gno controuerſum per tex. in l. ſi ego,
§. ſi res de iure dotium, originalis fuit
deciſio Bartholomæi de Capua ab om
nibus Regnicolis recepta, Loffr. con-
ſil. 31. in princip. Frec. in 9. limitat. ad
conſtit. Regni, num. 22. Paris de Put.
de reintegr. feud. cap. mihi 273. Afflic.
deciſ. 111. Capic. Camer. fol. 90. col. 4.
& 91. col. 1. qui teſtatur omnes Neapo
litanos ad hoc cõcurrere Lipar. & alij,
quos allegat, & ſequitur Præſid. de
Franch. deciſ. 86. num. 1.

Secunda quoque affertur ſolutio,
quia Afflict. dicta deciſione 111. plu-
reſque ex dictis Doctoribus præſuppo
nunt hæredis reuocationem, contra-
ctus per Defunctum celebrati,& arti-
culum diſputant, an aſſenſus ſuperue
nire poſſit non obſtante hæredis reuo
catione, quæ reuocatio antè annum
1564. non oſtenditur, nec præſupponi
tur in facto. ergo ceſſat difficultas.

Et ſi diceretur dictã l. ſi ego, § ſi res,
de iure dotium, loqui in dote, & non
habere locum in antefacto ſecundum
veram deciſionem Domini de Franc.
126. ergo nec etiam habet locum in
29 ſtatu dato in augumentum dotis. Re-
plicatur primo Statum datum fuiſſe
in partem dotis, & in eiſdem Capitu-
lis re integra non poſt cõtractum ma-
trimonium, & ſic attenta veritate rei
non verbis contractus dicitur pars do
tis. Secundò nos habemus caſum le-
gis dicentis, priuilegia conceſſa doti-
bus habere locum etiam in augmen-
tum dotium, in authẽ. de æqualit. dot.
§. aliud quoque, ibi, vt & dos, & aug-
mentum ſimiliter habeat aduerſus an
tiquiores creditores priuilegium, &
ibi Ange. poſt principium, & in ante-
facto, vbi non de damno vitando, ſed
de lucro captando agitur, ſatis diuerſa
vrget ratio, quã in augumento dotis,

Ad

Ad faturitatem quoque allegare possumus assensum Regis Catholici in gratijs editis in anno 1505. cap. 21. folio 42. & 43. vbi fauore mulierum Neapolitanorum de Dominica, & plena Regia potestate, voluit præstitum esse assensum circa feudalia omnibus instrumentis dotalibus cum viris celebrandis, ex quibus (pluribus omissis breuitatis causa) liquet Collaterale Consilium in anno 1572. instante Dñ Lello Vrsino, & eius fratribus legitimè decreta protulisse, quod circa Statum Basilicatæ Princeps nihil innouet, nec ad alienationem procedat.

Dempto itaque Statu Basilicatæ absque vlla controuersia Donatio, & Refutatio, de qua agitur, quando valida esset (quod non creditur) nullum penitus afferre potest emolumentum in beneficium Serenissimi Domini nostri Regis, stantibus cęteris oneribus soluendis super allodio, & Statu Calabriæ, quorum valor, & pretium non ascendit ad onera.

Domini Collegæ visis prius meis allegationibus, sequentes scripserunt lucubrationes.

Octauius Bammacarius.

ADDITIONES.



QVÆ supra doctè, subtiliter, & eleganter fuerunt conclusa per facundissimum causæ Patronum ad fauorem Don Lelij Vrsini prętendentis Refutationem, & Donationem ab Illustrissimo Principe Bisiniani factam Suæ Catholicæ Maiestati non conuenire, neque expediens esse illam acceptare, sed ex honestate, & utilitate illam respuendã esse, omni iuri, & æquitati consona, esse arbitror. Et propterea de subscriptione requisitus in eiusdem sententiam pertranseo. Et ne summis tantũ labijs, quæ vtrinque deducta sunt, & deduci possunt, degustasse videar, pro comprobatione eiusdem opinionis, & obiectorum confutatione, hęc in medium afferre mihi visum fuit.

Supponitur enim pro constanti, quod omnia feudalia refutata processerint à Serenissimis Regibus Suæ Maiestatis prædecessoribus, quodque licet Refutatio, & Donatio facta sit eidem Maiestati viuente (gloriosæ memoriæ) Rege Philippo II. fuerit tamen ratificata post eius obitum, immo de nouo reiterata. Vnde non videntur obstare parti affectanti donationem acceptari ea, quæ suprà, versi. Quarta est responsio, officere, sed stante donatione facta Regi, a cuius Prædecessoribus bona donata obuenerunt, subintrat regula alia, quod prohibitus donare etiam iudicis auctoritate, & curatoris interuẽtu donare non valeat, cum donare sit perdere, vt vltra superius deducta latè congerit Rolan. à Val. consilio 54. numero 29. cum sequen. libro primo, & Menoch. consil. 29. numero 14. volu. primo. & Simonc. de decret. in loco vt infra. Nòn tamen censetur prohibitus sibi donata retrodonare, ita limitat Paul. de Castr. consil. 171. in casu præsenti, visis omnibus, in principio ibi, nisi dicamus lib. secundo, quæ refert, & sequitur Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in versic. donatione largitus, sub num. 194. cum sequen. C. de reuocat. quia qui retrò donat, non videtur damnum pati, iux. Glos. & ibi Ias. post alios in fi. in l. si ita stipulatio facta fuerit, ff. de verb. oblig. idque comprobat Tiraquel. ex dicto Plinij Iunioris lib. 8. Epistol. ad Ruffinum, incip. falsum est, ibi, neque enim reliquisse opes filiæ, sed reddidisse, quibus auctus fuit per filiam.

Respondetur, quod licet rem dubitabilem prędicta reddere videantur; præsertim, quoniam Princeps ex hac causa motus appareat ad retrodonandum, vt expressè enuntiatur in publico donationis documento, tamen nihil ad rem faciunt, nam opinio Pauli de Castro ab ipsomet dubitabilis reddita fuit eod. in loco, sed eam post Ias. & alios reprobat Tiraquell. de legat. Connub. glos. quinta, num. 56. per tex. clarum in l. secunda, C. si aduers. donat. Cui non posse responderi ipse fatetur, & Octau. Simonc. in tractat. de cret.

cret. in tit. de donat. sub num. septimo qui allegat etiam Atium Pinell. in l. prima, part. tertia, sub nume. 58. C. de bon. matern. & Ferdin. Vasq. in tract. de success. creat. tit. de testam. potest. §. 10. ampliat. 21. sub num. 72. parte 1.

Praeterea omnino nulla redditur ista retro donatio, (immo quatenus ad allodialia vera donatio, quoniam respe ctu Status Basilicatae (quo deducto) non expediret illam acceptare, sed dānosa esset Regiae Coronae propter grave pondus aeris alieni, quod cum rebus donatis assumendum esset, iuxta l. in contractu dictam.) Quia est facta con tra expressam inhibitionem superiorum Supremorum. Nam si quilibet Magistratus potest interdicere bonorum alienationem, & stante inhibitio ne alienatio nulla dicitur, Decius con silio 103. numero primo. sequitur Robertus Lancellot. in suo copioso tracta tu de attent. parte secunda, capitu. 20. numero 228. & latius ampliat. 10. per totam, & inhibitio continet in se clau sulam decreti irritantis Cassad. decis. secunda, nu. 6. de restitut. spoliat. Lan cell. d. ampliat. 10. num. 6. etiam si ille actus esset alias licitus Lancell. vbi supra. Quia inhibitio, siue iusta, siue iniu sta est timenda, rota roma. decisio. 26 in fi. de appel. in antiquis, & Lancell. dicto capit. 20. circa fin. Igitur multò magis debet timeri, quando est iusta, & reiterata, & praecedente causae cognitione, & emanauit a supremo Tribunali, vt i proposito. Quod aūt sit iu sta, patet, quia fuit facta (lite pendēte) super dictis bonis feudalib. Bar. in l. si ius sa. §. Diui, numero 16. in fin. & ibi Ias. in 2. lect. num. 130. in fi. ff. de lega. 1. Roderic. Suarez alleg. 4. pag. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. numer. 21. Alex. consil. 103. nume. 7. lib. 2. Et est bonus tex. in l. de pollicitatio, ff. de pollicit. vbi Bart. & Bal. in l. per diuersas, numero nono, C. mandati. Vnde ex hac sola causa correfutatio debet di ci nulla.

Et licet obijciatur contra praetensam successionem in dictis feudalibus Basilicatae, quod assignatio conditiona liter facta in augmentum, seu partem dotis olim matris D. Lelij, quatenus scilicet Princeps assignans, vel moderans absque liberis decessisset, dicatur nulla, tanquam carens Regio assensu, licet impetrato post mortem.

Responderi potest dupliciter: primo, quod sat fuit, & est, quod interim stantibus dictis prohibitionibus non potuit, nec potest fieri talis alienatio, sed erat differenda decisa causa per superius tradita. Secundo respondetur, quod immo non erat opus assensus hominis, cum adesset assensus legis circa dotes. Supponendum est enim quod dictum dotis augmentum fuit eodem contextu, quo fuit promissa alia portio dotis in pecunia numerata assignatum conditionaliter tamen, vt supra. Vnde debet dici pars integralis ipsius dotis. Omnia enim pacta in instrumento do tali, seu (vt vulgo dicitur) capitulis matrimonialibus inserta, dotis pars esse dicuntur, sine quibus quis non esset alias contractutus. Pacta enim talia vestiuntur cohaerentia contractus, & ipsi doti inesse dicuntur, vt post Guid. Pap. & alios, vt per eum firmat Rolan. a Val. consil. 44. & consil. 70. libro quarto, Bursat. consil. 304. num. 4. cum plu rib. sequ. vol. 3. conferunt late tradita per Caesarem Fiumagiol. in l. in Quartam sub nume. 402. & alibi, ff. ad leg. Falc. & per Ant. Gabriel. de communib. conclus. in tit. de praesumpt. concl. 13, num. 14. 20. & alibi ex reg. l. petēs, C. de pact. & l. lecta, ff. si cert. pet. Nec est absurdum, quod vna pars dotis in pecunia fuisset assignata purè, & altera sub spe, & conditionaliter, quia valet talis dotis constitutio, vel pactum con ditionale circa dotem, l. cum pater, & l. pater, ff. de pact. dotal. & idem iuris est de toto quoad totum, quod de parte quoad partem vulgata, l. quae de tota, ff. de rei vendic. cum concord. allegatis per Glos. in l. qui scit, ff. de vsur.

Nec obstat si replicaretur, quod sicut assensus hominis praestitus dispositioni feudalium, non censetur praestitus nisi primae promissioni, & non substitutioni ex reg. text. l. boue. §. hoc sermone, ff. de verbor. signific. vt tradit latè Freccia de subfeu. libro secundo quaestio. 35. tum quia respectu dictę promissionis dotis non est facta ali

qua

qua substitutio, sed cõcessio, quatenus ipsi decessissent absque filijs masculis, in eum enim euentũ fuit dos assignata. Nec prior aliqua institutio fuit facta, & esset absurdum asserere, quod Rex, qui permisit, seu assensit, vt bona feudalia possent in dotem assignari purè absque Regio assensu impetrando, prohibuisset assignare sub aliqua conditione, præsertim, quia assensus generalis per viam legis prestitus plus comprehendat, quam hominis specialis ad latè tradita per Frecc. quæstio. 12. sub num. 17. dicto libro secundo. Cum minor sit, & quidem longè actus conditionalis, quam purus, vt est tex. clarus in §. plus, Instit. de action. & ibi Scriben, tum quoniam, ex quo sine dicta spe matrimonium Illustris. tunc Dux Grauinæ non esset contracturus, si prætenderetur annullari dictæ partis dotis conditionaliter assignatio, vtique esset supplendus valor illius dubij euentus in alijs bonis Illustris. Principis vna cum interesse iuxta tradita in l. prima, §. si hæres, ff. ad Trebel. vt suo tempore latius comprobabitur, & sic Don Lelius quocunque se vertat habebit intentum suum, & consequenter stante hoc onere absque dubio non expediet Suę Maiestati donationem, Immo onus acceptare.

LAVS DEO.

FINIS.

INDEX

INDEX GENERALIS
RERVM ET VERBORVM
OMNIVM,
QVAE NOTATV DIGNA
In toto opere explicantur.



Assen-

Cardi-

Con

D

Dispen-

Dona-

Feudo

Haeres

Ius

M

N,

Praxis

S.

T

Testa-

FINIS.

VENETIIS, M D C I I I.

Apud Ioannem Guerilium.